Von der Kreisbibliothek Regensburg

Rat. ep. 479.

SBR 069026552693

23

Ep. et. Cler. Ratisb.

Fxo 479

LIBER PROBATIONUM

SIVE

BULLÆ SUMMORUM PONTIFICUM: DIPLOMATA IMPERATORUM, & REGUM, ALIÆQUE EPISCOPORUM &c. DUCUM &c. PRINCIPUM &c. COMITUM LITTERÆ

Quæ ad Hiſtoriam Monaſterii & Principalis Eccleſiæ S. Emmerami Ratisbonæ maximè ſpectant,

Unà cum Sigillis ad roborandam veritatem, magis neceſſariis.

Von der Proispibliothek Regensburg Rat. ep. 479.

RATISBONÆ,
Typis JOANNIS VITI RÆDLMAYR, Aulici & Epiſcop. Typogr. 1752.

DIBGOMLY

ГОЛИЮОВЫЙ ГОМЛЕНСБИ:

ВОГЕ

ГУКЕ

ЬКОВАЛЮОМСИ

ГІВЬЬ

L. S.

I.

DUbius hæsi, si historiæ Monasterii nostri S. Emmerami Ratisbonæ, Germanico idiomate conscriptæ, *Bullas*, *Diplomata*, *Chartas &c.* adderem, quas Monasterium nostrum possidet? Ut id facerem, suadebant alii, ne id agerem, alii consulebant. Hi, nullam vel omnino exiguam utilitatem inde consequi posse judicabant; *primò* quòd historia præcedens, *brevis*: *germanico sermone* scripta: *Communis Plebis Usui* tantùm destinata videatur, cui Moles ex Bullis, Diplomatibus, & notis criticis &c. accrescens, grata esse nequit; plebs enim horum instrumen-

mentorum pretium æstimare nescit, nec longiori hujusmodi lectione delectatur; *secundò*, quòd (dum plurimæ istarum litterarum latinè exaratæ sint, Plebs autem latinum sermonem ignoret,) harum longior Recensio, inutilis, & incommoda censeri debeat. At, Priores persuaserunt, ut Bullas, Diplomata, aliasque notatu digniores litteras exhiberem; licèt enim historia nostra germanico sermone conscripta, Plebis usui tantùm destinata videatur, Eaque hujus curiositati sufficiat; fortè tamen aliis, illam lecturis, minùs placeret brevis ista ennarratio absque Bullarum & Diplomatum exhibitione; cùm eorum sæpius mentio facta sit, iîsque veritas historiæ nostræ probari debeat. *Moles* ex numero charturum accrescens, quibusdam incomoda esse potest, multis tamen ob rerum Antiquarum Notitiam in iis contentam, *levis*, & grata accidet &c.

II. Plura de Diplomatum *utilitate*, *veritate*, hîc dicere haud vacat. Id præstitere pridem Eruditissimi, à quibus discere me oportet. Notum est Eruditissimum opus *Joannis Mabillonii* Benedictini è Congregat. S. Mauri, *de Re Diplomatica*. Item *Chronicon Gottwicense*. Amplissimam quoque istius Eruditionis segetem offert Novissimum opus, *Nouveau Traitè de Diplomatique &c. par deux Religieux Benedictins*

dictins de la Congregation de S. Maur. à Paris 1750. Offeret ſeſe occaſio, quædam de *veritate* horum Diplomatum differendi, dum pro rerum exigentia de ea quædam dicendi neceſſitas erit. Mirari quisque debet, quòd à tempore *Caroli Magni: tot inter turbines: graviſſima bella: Temporum injurias: Incendia Monaſterii noſtri frequentiora: tot inter Perſecutiones, quas Monaſterium S. Emmerami perpeſſum eſt: Terrarum ac Regionum iſtarum devaſtationes:* Chartæ iſtæ *(Bullæ, Diplomata, &c.)* huc usque illæſæ ſervatæ fuerint. Id ſanè miratu dignum eſt. Imprudenter tamen ille faceret, qui has chartas, eò quòd tam *antiquæ* deprædicentur, & tales eſſe dicantur, ob illarum *antiquitatem* reiiceret, vel *ſuſpectas* teneret. Imò, quia Chartæ iſtæ tam ANTIQUÆ ſunt, ideo à quovis ſuſpici & honorari debent, niſi quis eas errore eſſentiali, aut falſitate laborare demonſtrare valeat.

III. Numerus harum litterarum apud nos tantus eſt, ut cum præcipuis germaniæ Monaſteriis de his Antiquitatis Monumentis æquè gloriari valeamus, *ſi tamen gloriari oportet, niſi in Chriſto JESU.* Antiquiores litteras, (Diplomata intelligo) ante *Carolum Magnum* datas, hiſce in terris vix reperire erit. Duos præterea pretioſos codices tenemus, quorum prior, Sæculo X. exarari cæpit. Leguntur ibi *Noti-*

tiæ traditionum, & Donationum cum teſtibus, quæ ſancto Emmeramo, Sæculo VIII. factæ ſunt. His *Notitiis* ſuccedunt aliæ, diverſo charactere conſcriptæ usque ad Sæculum XIII. Ex hoc Codice clariſſimus D. P. Bernardus Pez plurimas Traditiones, magis legibiles, excerpſit, eásque *Tomo* 1. *Theſauri Anecdot. Parte III. pag. 80.* typô vulgavit. Idem Eruditus P. Pezius citato Tom. 1. Alium etiam codicem noſtrum DIPLOMATICUM, cum quibusdam ibi exaratis Parte III. pag. 1. &c. publicæ luci comiſit. In Codice iſto, Sæculo XI. exarato, Sæculo hoc poſteriores litteræ nullæ deprehenduntur. Plurimas litteras ego ex Autographis, paucas ex Codice hîc adduco. Cur autem aliquas *ex Codice* tantùm exhibere hîc liceat, lector ſuô locô in *notis* poſt deſcripta Diplomata factis intelliget.

IV. Integer iſte *Probationum* liber typîs jam abſolutus erat, & ecce, cùm *Eccardi Scriptores Rerum German:* per ocium curioſus luſtrarem, incidi in *Udalrici Babenbergenſis* Codicem. Tom. II. initio poſitum, ubi obvium habui Diploma *Caroli Magni*, quod ego ex Codice noſtro Diplomatico, absque DATA (vide Num. II. pag. 5.) exhibui. *Udalricus Babenbergenſis* illud citato mox Tomo II. apud Eccardum pag. 25. Num. XVIII. cum DATA ita profert: [*Signum Karoli*

Karoli glorioſiſſimi Imperatoris. Datum VIII. Kalend. April: Anno XXXII. Regni noſtri. Actum ſuper fluvium Moinum ad Franchenfurt.] Nolo hîc multîs diſſere-re de verbo: IMPERATORIS, quod ad *Signum Karoli*, additum eſt; Imperator enim nondum erat *Karolus:* neque Imperii *annus* expreſſus eſt, quem tamen in aliis Caroli litteris additum legimus. Forte *Udalricus Babenbergenſis*, vel alius exſcriptor nomen *Imperatoris* locò *Regis* poſuit. Nomen *Imperatoris* ſubin etiam ante adeptam *Imperii* coronam, *Carolo* fuiſſe datum ex Mabillonio, ſuo loco adverti, an vero Nomen iſtud ad SIGNUM KAROLI ante Imperium ſuſceptum poſitum ſubin fuerit, cùm nullum mihi ſuppetat exemplum, dicere nequeo. Prætereo verba: *Moinum: Franchenfurt:* cùm in priore noſtro Caroli M. Diplomate legantur iſta: *Actum ſuper fluvium Moin in loco nuncupante Franconofurd.* Annus declaratur, XXXII. REGNI NOSTRI: qui, (ſi ab anno 768. (etſi integer computetur,) quo *Carolus* Regni Francici Rex factus eſt, deſumatur,) anno 799. reſpondet; cùm tamen in litteris *Leonis* P.M. Annus DCCXCVIII. notetur. Forte Res iſta Anno DCCXCVIII. confecta fuit, litterîs dein Anno DCCXCIX. primum exaratis. Ubinam *Udalricus Babenbergenſis* has litteras viderit, ego dicere nequeo. *Ulricus* ſcripſit anno 1125. vide Notam 6. pag. 15.

V. Nul-

V. Nullas fundationis Monaſterii noſtri (à THEODONE Duce Bavariæ poſt mortem S. Emmerami anno 652. factæ) chartas, nec Autographas, nec exemplatas exhibere valemus. Veritas hujus fundationis ab Hiſtoriæ Bavaricæ ſcriptoribus, & noſtris Manuſcriptis ſatis confirmata patet. Vide etiam, quæ in hiſtoria pag. 40. dicta fuerunt. Nullas quoque fundationis chartas à *Theodone* Duce Bavariæ confectas fuiſſe mihi perſuaſum habeo. *Hundius* in ſua *Metropoli Salisburgenſi*, licèt de antiquiſſimis Bavariæ Monaſteriis varia exhibeat inſtrumenta, nullas tamen de iis *(Antiquiſſimis Monaſteriis)* fundationis litteras adducit. Aliis in Terris & Regnis Privilegiorum litteras pridem confectas fuiſſe, Eruditiſſimus Mabillonius in opere ſuo Præſtantiſſimo, *de Re Diplomatica*, contra ſuos Adverſarios invictus oſtendit; at in Bavaria, litteras Sæculo VII. confectas vix invenire erit. Legimus temporibus illis multas fuiſſe factas donationes, ſed absque ſcripto, coram teſtibus tamen. Harum *Traditionum Notitia* dein in *Pitacia*, *tabulas*, *Membranulas*, *libellos* illata fuit. Narrat noſter *Arnoldus* Monachus, Sæculi XI. Scriptor, *Hugbertum* Ducem Bavarie ſub Adventitio quodam Epiſcopo *Rathario* curtem in *Pirchinwag* S. Emmeramo donaſſe: hancque donationem ſe *(Arnoldum)* ex *Pitaciis*, Membra-

branulis, Schedulis, quæ tunc ad S. Emmeramum ſervabantur, excerpſiſſe. vide *Basnage Tom. III. Lection. Antiq. Henrici Caniſii. pag. 105.*

VI. Bullas, Diplomata, aliasque chartas, quæ ad hiſtoriæ Notitiam magis neceſſariæ videbantur, juxta annorum ſeriem afferendas eſſe cenſui, *Notas* eisdem pro modulo meo ad faciliorem *intelligentiam adjunxi.* Cùm plurima etiam à Ducibus Bavariæ Monaſterio noſtro conceſſa ſint privilegia, quorum Memoria nunquam intermoritura erit, nec etiam gratiſſimi animi indicia, & officia à nobis deſiderari patiemur; hinc litteras illas, ob earum copiam ad finem, *conjunctas,* exhibere volui, adjectîs paucîs aliis chartîs, quas ibi producendas eſſe judicavi. Cùm frequentiore Documentorum, *Diplomatum* & litterarum &c. lectione clariorem notitiam de rebus Monaſterii noſtri accepiſſem, propoſui diſſertationem quandam brevem de *Advocatia, & Advocatis Eccleſiæ S. Emmerami* annectere, pro cujus meliori intelligentia, litteras, quorumdam Comitum, &c. *hinc* inde, Bavaricis chartis adjungere volui. Denique gratum quid lectori me præſtiturum fore reputavi, ſi ſigilla præcipua, ex Originalibus deſumpta, ejus oculis obiicerem. Abſit tamen, ut ex horum ſigil-

lorum,

lorum, præſertim Bavariæ Ducum, quorum pauca deeſſe puto, oſtenſione, vanam inde gloriolam aucupari velim. Sed, DEUS, qui Glorioſum effecit ſuum Martyrem *S. Emmeramum*,

IN OMNIBUS GLORIFICETUR.

SERIES
DIPLOMATUM, ATQUE CHARTARUM.

Num. I. *Carolus M. Monaſterio S. Emmerami quædam prata confert.* Pag. 1

II. *Carolus M. Monaſterium S. Emmerami* liberum *& in poteſtate Imperatorum permanere debere declarat.* 5

III. *Leo III. P. M. promulgat Monaſterium S. Emmerami ſub* Protectionem Apoſtolicæ Sedis *receptum &c.* 8

IV. *Ludovicus Pius Caroli M. Filius confirmat Monaſterio S. Emmerami privilegium libertatis & immunitatis cum auctoritate Eugenii Papæ.* 16

V. *Commutatio inter Appollonium primum Abbatem, & Erchanfridum Diaconum.* 19

VI. *Traditio Richpaldi Abbatis ad Sezpach & ad Niuuenhuſon (Neuhauſen.)* 21

VII. *Alia Richpaldi Abbatis Traditio.* 22

VIII. *Sigefridus Abbas ad S. Emmeramum tradit S. Emmeramo hæreditatem ſuam in* Lauterbach. *Anno DCCCXXI.* 29

IX. *Commutatio inter Bathuricum Epiſcopum Ratisbonenſem, & Sigimodum Abbatem ad S. Emmeramum.* 32

X. *Concambium inter Baturicum Epiſcopum & Maurentium virum illuſtrem.* 34

XI. *Ludovicus Rex, Ludovici Pii filius, confirmat quandam præſtariam.* 35

XII. *Lu-*

XII. *Ludovicus Rex Monaſterium Obern-Munſter Hemmæ Reginæ uxorì concedit, & Bathurico Epiſcopo Ratisbonenſi Monaſterium Monſee tradit.* 38

XIII. *Ludovicus Rex in terra Avarorum quasdam res S. Emmeramo donat.* 41

XIV. *Idem Rex donat S. Emmeramo Eccleſiam prope Tüngulvingam.* 43

XV. *Idem Rex omnia beneficia, quæ ab Eccleſia S. Emmerami acceperat, eìdem poſt mortem ſuam reſtitui jubet.* 45

XVI. *Præceptum Ludovicì Regis de quibusdam prædiis ad S. Emmeramum ſpectantibus.* 47

XVII. *Ludovicus Rex confirmat Traditionem quorumdam bonorum in Auſtria, Monaſterio S. Emmerami à Wilhelmo Comite factam.* 49

XVIII. *Idem Rex donat quandam Capellam Monaſterio S. Emmerami.* 53

XIX. *Idem Rex confert Medietatem fiſcì, qui vocatur Tullina in Regione Pannonia, ad Menſam Monachorum S. Emmerami.* 55

XX. *Idem Rex confirmat quamdam Traditionem.* 57

XXI. *Karolomanni Regis præceptum de quadam complacitatione.* 59

XXII. *Karlomannus Rex quasdam res proprietatis ſuæ S. Emmeramo donat.* 62

XXIII. *Idem Karlomannus quandam complacitationem confirmat.* 64

XXIV. *Karoli Craſſi Præceptum de quadam bonorum permutatione.* 66

XXV. *Karolus Craſſus confirmat quoddam concambium.* 70

XXVI. *Arnolfus Rex donat Cancellario ſuo* Aſperto *Capellam in Aufhauſen, à quo ad Monaſterium S. Emmerami pervenit.* 72

XXVII. *Arnolfus Rex præcipit loca quædam in Quinzingouve Monaſterio S. Emmerami reſtitui.* 74

XXVIII. *Arnolfus Rex confirmat quamdam complacitationem.* 77

XXIX. *Arnolfus Imperator ratam habet quamdam mutationem inter* Tutonem *Epiſcopum, & Nobilem fœminam* Winpurch. 79

XXX. *Idem Imperator donat S. Emmeramo civitatem Ratisbonenſem noviter factam cum XL. vineis.* 81

XXXI. *Lu-*

XXXI. *Ludovicns Rex, Arnolfi Filius vineas quasdam S. Emmerame tradit.* 84

XXXII. *Idem Ludovicus Res quasdam proprietatis ſuæ S. Emmerame confert.* 85

XXXIII. *Idem Rex quasdam Res genetricis ſuæ,* Outæ, *S. Emmerame donat.* 88

XXXIV. *Ludovicus Rex confirmat Privilegium Libertatis Monaſterii S. Emmerami.* 90

XXXV. *Idem Rex villulam quamdam S. Emmerame donat.* 95

XXXVI. *Idem confirmat quamdam commutationem.* 97

XXXVII. *Chunradi Regis Præceptum de quadam commutatione inter* Tutonem *Epiſcopum, & Ellinrat feminam facta.* 98

XXXVIII. *Idem Chunradus Rex confirmat quamdam rerum commutationem inter* Tutonem *Epiſcopum & hominem quemdam,* Ecih, *dictum.* 101

XXXIX. *Chunradus Rex Monaſterio S. Emmerami donat Foreſtum juxta Sulcibach.* 102

XL. *Idem Rex de ſuo jure, de Miniſterio Zollenarii decimam partem vectigalium S. Emmerame tradit &c.* 104

XLI. *Chunradus Rex quoddam proprium juris ſui in loco,* Goldaron, *donat Erchenfrido clerico.* 105

XLII. Otto I. *Monaſterio S. Emmerami donat locum, Helphindorf, cum foreſto & foreſtariis.* 106

XLIII. *Idem Otto Rex confirmat Monaſterio S. Emmerami quasdam Res in loco* Ruit *juxta* Ænum *fluvium.* 110

XLIV. *Otto Rex Monaſterio S. Emmerami donat partem hæreditatis Diotmari in loco,* Prieperch, *vocato.* 112

XLV. *Otto Imperator confirmat Privilegium libertatis Monaſterii S. Emmerami.* 113

XLVI. *Otto II. Imperator donat S. Wolfgango in terra avarorum locum, qui Zuiſila dicitur, juxta Erlaffam &c.* 116

XLVII. Ot-

XLVII. *Otto Imperator confirmat Monachis S. Emmerami poſſeſſionem* Ruit *juxta Ænum fluvium.* 119

XLVIII. *Otto Imperator concedit Monaſterio S. Emmerami quoddam prædium,* Scierſtat, *nominatum.* 121

XLIX. *Otto Imperator traditionem quamdam confirmat.* 123

L. *Otto Imperator aliam traditionem locorum* Alpurc, & Perg *à Wilhelmo Mercatore &c. factam, ratam habet.* 125

LI. *Idem Imperator confirmat Ejusdem Wilhelmi traditionem, qua S. Emmeramo,* Atasfeld *in pago Nortgauue donat.* 127

LII. *Henricus II. Imperator confirmat omnia bona Monaſterii S. Emmerami.* 128

LIII. *Idem Henricus Imperator Monaſterio S. Emmerami confirmat curtem in* Eitterhoven. 130

LIV. *Idem Imperator confirmat Traditionem in Ruitt juxta Ænum fluvium.* 133

LV. *Otto Epiſcopus Ratisbonenſis Monaſterio S. Emmerami remittit decem talenta, à Gebehardo Anteceſſore uſurpata.* 135

LVI. *Lucii II. P. M. Litteræ de Immunitate Monaſterii S. Emmerami.* 139

LVII. *Fridericus I. Imperator Lucii II. litteras approbat, novasque gratias Monaſterio S. Emmerami concedit.* 146

LVIII. *Ejusdem Friderici I. Imperatoris litteræ Monaſterio S. Emmerami conceſſæ, de non infeodandis fœminis.* 150

LIX. *Hartwicus Epiſcopus Ratisbonenſis litteris ſuis teſtatur, Anteceſſorem ſuum Henricum Epiſcopum, à Monaſterio S. Emmerami litteras & documenta de exemptione Monaſterii abſtuliſſe.* 153

LX. *Heinricus Dux Auſtriæ, donat Monaſterio S. Emmerami quamdam juſtitiam &c.* 155

LXI. *Chunradus Epiſcopus Ratisbonenſis profitetur, Eccleſiam S. Emmerami eſſe exemptam.* 157

LXII. *Chunradus Epiſcopus Ratisbon. declarat Eccleſiam in* Wihmichil *ad S. Emmeramum pertinere.* 159

LXIII. *In-*

LXIII. *Innocentii III. P. M. litteræ de damnis Ecclesiæ S. Emmerami irrogatis, reparandis.* 161

LXIV. *Fridericus II. Imperator Monasterium S. Emmerami sub speciali Protectione recipit.* 162

LXV. *Gregorius IX. præcipit restitutionem bonorum Monasterio S. Emmerami per Judæos ablatorum.* 163

LXVI. *Idem Pontifex bona S. Emmerami ab aliis (nominatis,) ablata restitui jubet.* 164

LXVII. *Gregorii IX. Præceptum, contra quosdam usurarios, qui pignora ab Ecclesia S. Emmerami acceperunt.* 165

LXVIII. *Ejusdem Præceptum contra injuriatores quosdam.* 166

LXIX. *Gregorius IX. quosdam sacrilegos Monachorum S. Emmerami Percussores excommunicat.* 166

LXX. *Gregorii IX. Præceptum contra Abbates, qui sigilla sua aliis concedunt, pro mutuo contrahendo.* 167

LXXI. *Ejusdem Præceptum contra quosdam Ecclesiæ S. Emmerami injuriatores.* 169

LXXII. *Ejusdem Præceptum contra quosdam Clericos.* 169

LXXIII. *Ejusdem aliud Præceptum contra Episcopum Ratisbonensem, Monasterium S. Emmerami, persequentem.* 170

LXXIV. *Ejusdem præceptum contra alios Ecclesia S. Emmerami injuriatores.* 171

LXXV. *Ejusdem Præceptum contra Rectorem Ecclesiæ in* Reutt (*Vogt-Reutt.*) 172

LXXVI. *Innocentius IV. concedit Monachis tempore interdicti, divina celebrare officia.* 173

LXXVII. *Idem Præcipit quibusdam Abbatibus, ut Monasterium S. Emmerami contra persecutores defenderent.* 174

LXXVIII. *Idem præcipit Abbati ad S. Emmeramum, ut cum Episcopo Ratisbonensi circa irregularitatem dispenset.* 175

LXXIX. *Conradus Rex Friderici II. Filius Monachos S. Emmerami in gratiam*

gratiam recipit, quos prius homicidii (in Conradum Regem) tentati conscîos judicasset. 176

LXXX. *Alexander IV. concedit Monasterio S. Emmerami Privilegium quoddam circa provisionem & receptionem Pensionum.* 179

LXXXI. *Alexander IV. concedit Capellam in Aykirchen, ejusque redditus ad infirmariam Monasterii S. Emmerami.* 180

LXXXII. *Alexander IV. Privilegium sub Numero LXXX. exhibitum, confirmat, & declarat.* 182

LXXXIII. *Ejusdem Pontificis Præceptum contra quosdam injuriatores.* 183

LXXXIV. *Urbanus IV. jubet Monasterium S. Emmerami defendi contra quosdam persecutores.* 184

LXXXV. *Idem S. P. Defensionem Monasterii S. Emmerami quibusdam injungit.* 185

LXXXVI. *Clemens IV. Friderico Abbati, & Successoribus concedit usum Anuli & Mitræ.* 186

LXXXVII. *Idem Clemens P. M. Parochialis Ecclesiæ S. Ruperti proventus unit Ecclesiæ S. Emmerami, reservatâ portione congruâ pro Vicario.* 187

LXXXVIII. *Idem Clemens P. M. jubet, ut Delegatus Papæ, Abbatem in corporalem Possessionem Ecclesiæ Parochialis inducat.* 188

LXXXIX. *Leo Episcopus Ratisbonens: ratam habet istam Unionem Ecclesiæ Parochialis S. Ruperti.* 189

XC. *Clemens IV. omnia bona, & Privilegia Monasterio S. Emmerami confirmat.* 190

XCI. *Ecclesia in Aufhausen Authoritate Apostolica Monasterio S. Emmerami unitur.* 195

XCII. *Leo Episcopus Ratisbonensis Unionem istam confirmat.* 196

XCIII. *Transactio inter Ecclesiam S. Emmerami, & Ecclesiam in Ror ob quasdam decimas.* 198

XCIV. *Gregorius X. Confirmat Unionem Ecclesiæ in Aufhausen.* 200

XCV. *Ejus-*

XCV. *Ejusdem Gregorii X. Præceptum contra quosdam injuriatores Ecclesiæ S. Emmerami.* 201

XCVI. *Idem S. P. jubet, ut lis inter Patavienſem Epiſcopum, & Ecclesiam S. Emmerami decidatur.* 202

XCVII. *Gregorius X. præcipit, ut bona per Abbates S Emmerami alienata, iterum ad Monaſterium revocentur.* 202

XCVIII. *Gregorius X. Confirmat omnia Privilegia Monaſterii S. Emmerami.* 203

XCIX *Gregorius* X. *concedit Monaſterio S. Emmerami decimas Novalium pro ea portione, qua veteres decimæ perceptæ ſunt.* 204

C. *Gregorius* X. *Iterum confirmat omnia Privilegia, & libertates Monaſterii S. Emmerami.* 205

CI. *Rudolfus I. Imperator Confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.* 206

CII. *Ancheri Cardinalis litteræ de Negotio Exemptionis Monaſterii S. Emmerami.* 208

CIII. *Aliæ Ejusdem Cardinalis Ancheri litteræ de eodem Negotio ad Epiſcopum Auguſtanum &c.* 210

CIV. *Ulricus de Abenſperg (Advocatus Eccleſiæ S. Emmerami) profitetur ſe nullum jus Advocatiæ, & Jurisdictionem nullam habere in ſylvis & lignis inter Ratisbonam & Gebraching.* 214

CV. *Lodvvicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ quasdam Perſonas S. Emmeramo donat.* 215

CVI. *Confœderationis litteræ Monaſterium Fuldenſe inter, & Monaſterium S. Emmerami.* 216

CVII. *Adolfus Rex confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.* 218

CVIII. *Adolfus Rex Abbatem S. Emmerami Principis Titulô ornat, &* Regalia Feoda Principatûs *concedit.* 225

CIX. *Duces Bavariæ Otto, Ludovicus, Stephanus, (Arbitri electi,) Comites de Leonberg* Advocatiâ *Eccleſiæ S. Emmerami abſtinere debere, arbitrati ſunt.* 227

)()(CX.

CX. *Comites de Leonberg* Advocatiam *Eccleſiæ S. Emmerami diu uſurpatam dimittunt.* 230

CXI. *Litteræ Gebehardi Comitis de Rotenek Advocati Bonorum Eccleſiæ S. Emmerami in Lauterbach.* 232

CXII.
CXIII. *Litteræ* Ulrici *de Abenſperch*, Advocati *bonorum Eccleſiæ*
CXIV. *S. Emmerami, in quibusdam locis.* 234
CXV.

CXVI. *Rudolfus Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie, donat Monaſterio S. Emmerami jus Patronatûs in Mospach.* 239

CXVII. *Commutatio bonorum inter Conradum Epiſcopum Ratisbonenſem & Karolum Abbatem pro conſtruenda Cella in Böhmiſchbruk.* 240

CXVIII. *Albertus I. Romanorum Rex, Henrico Principi & Abbati ad S. Emmeramum Regalia feoda Principatûs concedit.* 242

CXIX. *Joannes Bohemiæ & Poloniæ Rex abſente Henrico VII, Patre, Vicarius Imperii, Balduino Abbati feoda concedit.* 243

CXX. *Ludovicus Rex, Bavarus, Magiſtratui Ratisbonenſi præcipit, ut Monaſterium S. Emmerami contra Epiſcopum defendat.* 245

CXXI. *Ludovicus Rex confirmat Monaſterio S. Emmerami omnia Privilegia, & libertates.* 246

CXXII. Ludwig der Vierte Römiſcher König gebiettet, daß niemand über das alte Vogt Recht zu Lautterbach, als ſich gebühret, fandten oder empfangen ſolle. 247

CXXIII. *Joannes XXII. Albertum Monachum S. Emmerami, pro defuncto Paldvvino, Abbatem conſtituit.* 249

CXXIV. *Joannes XXII. Præcipit Monachis ad S. Emmeramum, ut Alberto Abbati omnem obedientiam & reverentiam exhibeant.* 251

CXXV. *Idem Summus Pontifex Monaſterio S. Emmerami omnia Privilegia confirmat.* 252

CXXVI. *Joannis XXII. Sententia de Exemptione Monaſterii S. Emmerami.* 253

CXXVII. *Joannes P. M. conſtituit Conſervatores & Judices pro tuendis Privilegiis Monaſterii S. Emmerami.* 256

CXXVIII. *Ludovicus Imperator Alberto Abbati Regalia concedit, & Privilegia confirmat.* 260
CXXIX. *Statutum Alberti & Capituli ad S. Emmeramum, ut ultra 32. Monachos nullus ſuſcipiatur.* 262
CXXX. *Ludovicus Imperator Præcedens ſtatutum confirmat.* 265
CXXXI. *Alberti Abbatis & Capituli ad S. Emmeramum ſtatutum de Infirmaria.* 266
CXXXII. *Benedictus XII. confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.* 269
CXXXIII. *Decretum Alberti Abbatis & Capituli ad S. Emmeramum,* DE EXPOSITIS RELIGIOSIS. 270
CXXXIV. *Clemens VI. Parochiam in Pföring unit Monaſterio S. Emmerami. reſervata tamen congruá portione pro Vicario.* 274
CXXXV. *Karolus IV. Imperator confirmat Privilegium Ludovici Regis, ſub Num. XXXIV. exhibitum.* 276
CXXXVI. *Karolus IV.* Lucii *Papæ Privilegium Numero LVI. deſcriptum, ratum habet.* 278
CXXXVII. *Innocentius VI. ob reſervationes Apoſtolicæ Sedis, Electionem Abbatis Altonis ad S. Emmeramum irritam declarat.* 280
CXXXVIII. *Eumdem tamen Altonem, Auctoritate Apoſtolica, Abbatem conſtituit.* 282
CXXXIX. *Litteræ de Benedictione Abbatis* Altonis *Avignione percepta.* 284
CXL. *Incorporatio Parochiæ in Unterlauterbach, ut Religioſus ibi exponi valeat.* 285
CXLI. *Pileus Cardinalis hanc Unionem confirmat.* 288
CXLII. *Idem Cardinalis concedit Auctoritate Apoſtolica Altoni Abbati & Succeſſoribus, ut Religioſis quatuor Minores Ordines conferre poſſint.* 289
CXLIII. *Idem concedit Abbatibus ad S. Emmeramum, ut Calices, Corporalia, Caſulas conſecrare valeant.* 290
CXLIV. *Confirmat etiam ſtatutum Capituli S. Emmerami, de non adaugendo Monachorum Numero ſupra triginta duos.* 291
CXLV. *Urbanus VI. confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.* 292

CXLVI. *Joannes Episcopus Ratisbonensis* Fridericum *Abbatem Nomine Summæ Sedis confirmat.* 294

CXLVII. *Decretum Electionis Friderici Abbatis Summo Pontifici oblatum.* 296

CXLVIII. *Litteræ Joannis Episcopi Ratisbonensis ad Summum Pontificem, de Confirmatione, & Benedictione Friderici Abbatis.* 303

CXLIX. *Urbanus VI. Fridericum Abbatem Monachis S. Emmerami præficit, ob reservationes.* 307

CL. *Urbani VI. litteræ ad Fridericum Abbatem.* 309

CLI. *Urbanus VI. Eystettensi & Ratisponens. Episcopis præcipit, ut nomine Summæ Sedis Juramentum à Friderico Abbate excipiant.* 312

CLII. *Incorporatio Parochiæ in Hainspach ad Sacristiam Monasterii S. Emmerami.* 313

CLIII. *Confirmatio hujus Incorporationis per Apostolicæ Sedis Legatum.* 315

CLIV. *Wenceslaus Rex confirmat Privilegia Monasterii S. Emmerami.* 316

CLV. *Wenceslaus* Römischer König verleyhet *Friderico* Fürst und Abbten die Reichs-*Regalien.* 319

CLVI. *Bonifacius IX. Confirmat Monasterio S. Emmerami omnes libertates, & immunitates.* 320

CLVII. *Juramentum Neo-Electi Abbatis Joannis ad S. Emmeramum, cujus tenor Romam transmitti debuit.* 322

CLVIII. *Wenceslaus* Römischer König verleyhet Johanni Abbten zu St. Emmeram die Lehen und *Regalien* seiner Abbtey und Fürstenthum. 324

CLIX. *Rupertus Romanorum Rex confirmat Privilegia Monasterii S. Emmerami.* 325

CLX. Ruprecht Römischer König verleyhet Johann Abbten zu St. Emmeram die *Regalien.* 327

CLXI. Ruprecht Römischer König verleyhet Abbten Ulrich die *Regalen.* 329

CLXII. *Rupertus Romanorum Rex confirmat Privilegium Ludovici Regis sub Numero XXXIV. pag. 90. exhibitum.* 330

CLXIII. Ruprecht Römischer König, bestättiget den Frey-Brief Ludwig des Königs, gleichwie in vorgehent-Lateinischen Brief geschehen. 331

CLXIV. Ruprecht Römischer König befilchet der Statt Regenspurg, das Closter St. Emmeram zu schützen. 336

CLXV. Sigismund Römischer König bestättiget dem Closter St. Emmeram alle *Privilegien*. 337

CLXVI. Sigismund Römischer König verleyhet *Wolfhardo* Fürst und Abbten zu St. Emmeram die *Regalien*. 340

CLXVII. *Synodus Generalis Basileensis Præcipit Officiali Eystettensi, ut Wolfhardum Abbatem contra Oswaldum Avver defendat.* 342

CLXVIII. *Pius II, Conradum Abbatem ad S. Emmeramum constituit.* 343

CLXIX. *Paulus II. confirmat Privilegia Monasterii S. Emmerami.* 347

CLXX. Friderich der dritte Römischer Kayser bestättiget die Freyheiten und *Privilegien* des Closters *S. Emmerami*. 348

CLXXI. Friderich Römischer Keyser befilcht der Statt Regenspurg den Abbt und *Convent* des Closters Sant Haymram zu schützen. 352

CLXXII. *Licentia Joanni Abbati ad S. Emmeramum data, ut cum quibusdam Monachis carnes comedere posset.* 354

CLXXIII. *Henricus Episcopus Ratisbonensis Parochiam in Böhmischbruck Monasterio S. Emmerami unit.* 356

CLXXIV. *Maximilianus* Römischer König bestättiget alle *Privilegien* des Closters *S. Emmerami*. 359

CLXXV. *Maximilianus* Römischer König verleyhet *Erasmo* Abbten die Regalien. 362

CLXXVI. *Alexander VI. Parochialem Ecclesiam S. Ruperti ita Monasterio S. Emmerami unit, ut vel Regularis vel Secularis ibi exponi possit.* 365

CLXXVII. *Maximilianus I. transumi jubet litteras Cunradi Regis supra Num. LXXIX. descriptas, Originale autem penes se detinet.* 368

CLXXVIII. *Maximilianus* Römischer Kayser ertheilt *Ambrosio* Abbten die Regalien. 371

CLXXIX. *Carl* der *V.* Römischer Kayser verleyhet *Ambrosio* Abbten die *Regalien.* 371

CLXXX. *Carl* der *V.* bestättiget dem Closter *S. Emmeram* alle Freyheiten. 373

CLXXXI. *Laurentius Campegius Cardinalis Parochiam in Pföring Monasterio S. Emmeramì ita unit, ut vel Regularis vel Secularis eò exponi queat.* 374

CLXXXII. *Joannes &c. Administrator Ecclesiæ Ratisbon. Privilegium Alexandri VI. de Unione Paroch. Ecclesia S. Ruperti, & alterum Privilegium de Unione Ecclesiæ Parochialis in Pföring confirmat.* 377

CLXXXIII. *Petrus Paulus Vergerius Nuncius Apostolicæ Sedis, Auctoritate ejusdem, Monachis S. Emmerami esum carnium concedit.* 379

CLXXXIV. *Idem Nuncius Leonhardo Abbati concedit, ut cum decem adolescentibus Monachis circa annos ad Sacerdotium requisitis dispensare possit.* 381

CLXXXV. *Ferdinandus I.* Römischer König ertheilt in Namen *Caroli V.* Römischen Kayſers die *Regalien Leonardo* dem Abbten. 383

CLXXXVI. *Ferdinandus I.* bestättiget alle Freyheit- und *Privilegien* des GOttshauß zu Sand Haymeran 385

CLXXXVII. *Ferdinandus I.* verleyhet *Erasmo* Abbten die *Regalien* in Namen *Caroli V.* des Kayſers. 385

CLXXXVIII. *Caspar Contarenus Cardinalis Nuncius Apostolicæ Sedis concedit Monachis ad S. Emmeramum esum carnium.* 386

CLXXXIX. *Ferdinandus I.* nunmehro Römischer Kayſer verleyhet obigen *Erasmo* Abbten die *Regalien.* 388

CXC. *Ferdinandus I.* Römischer Kayſer verleyhet *Blasio* Abbten die *Regalien.* 389

CXCI. *Maximilian* der Andere, Römischer Kayſer ertheilet obigen *Blasio* Abbten die *Regalien.* 390

CXCII. *Maximilian II.* bestättiget alle *Privilegien* des GOttshauß zu Sand Haymeran. 391

CXCIII. *Maximilianus II.* verleyhet *Ambrosio* Abbten die *Regalien.* 392

CXCIV.

CXCIV. *Rudolff* der Andere, Römischer Kayser ertheilet obigen Abbt *Ambrosio* die *Regalien*. 392
CXCV. *Rudolffus II.* bestättiger alle *Privilegien* des GOttteshauß zu St. Emmeram. 393
CXCVI. *Rudolffus II.* ertheilet Abbten *Hieronymo* die *Regalien*. 394
CXCVII. *Rudolff* Römischer Kayser bestättiget alle *Privilegien* dem GOttshauß zu Sanct Heimeram. 395
CXCVIII. *Clemens VIII. Hieronymum Abbatem excitat ad opem ferendam contra Turcam*. 395
CXCIX. *Rudolff* Römischer Kayser verleyhet *Hieronymo Coadjutori*, noch bey Lebszeiten *Hieronymi Weiss* würcklichen Abbten die *Regalien*. 397
CC. *Mathias* Römischer Kayser verleyhet *Hieronymo* Abbten die *Regalien*. 398
CCI. *Ferdinandus II.* Römischer Kayser verleyhet Abbt *Hieronymo* die *Regalien*. 398
CCII. *Ferdinandus II.* verleyhet Abbten *Johannes* die *Regalien*. 399
CCIII. *Ferdinandus III.* verleyhet Abbten *Johannes* die *Regalien*. 400
CCIV. *Ferdinandus III.* ertheilet Abbten *Placido* die *Regalien*. 400
CCV. *Ferdinandus III.* ertheilet *Cœlestino* Abbten die *Regalien*. 401
CCVI. *Ferdinand Maria* Churfürst, Herzog in Bayrn, verleyhet als Reichs-*Vicarius* Abbt *Cœlestino* die *Regalien*. 401
CCVII. Schein von der Churfürstlich-Bayrisch geheimen, und Reichs-*Vicariats*-Cantzley. 404
CCVIII. *Leopold* Römischer Kayser verleyhet *Cœlestino* Abbten die *Regalien*. 404
CCIX. *Leopoldus I.* ertheilet *Ignatio* Abbten die *Regalien*. 405
CCX. *Leopold* Römischer Kayser ertheilt *Johanni Baptistæ* Abbten die *Regalien*. 406
CCXI. *Josephus* Römischer Kayser verleyhet *Joanni Baptistæ* Abbten die *Regalien*. 406
CCXII. *Carl* der Sechste Römischer Kayser ertheilet *Joanni Baptistæ* Abbten die *Regalien*. 407
CCXIII. *Carolus VI.* ertheilet die *Regalien Wolfgango* Abbten. 407
CCXIV. *Carolus VI.* verleyhet Abbten *Anselmo* die *Regalien*. 408
CCXV. *Carolus VI.* Römischer Kayser ertheilt, und bestättiget *Anselmo* Abbten, und seinen Nachfolgern die Reichs-Fürstliche Würde. 408

CCXVI. Kayſerliches *Intimations*-Schreiben an Chur-Maynz *(mutatis mutandis)* Chur-Trier: Chur-Cölln: und Chur-Bayrn. An Saltzburg: Regenſpurg: und an das Cammer-Gericht zu Wezlar. 415
CCXVII. Kayſerliches Schreiben an die Kayſerliche *Principal-Commiſſion* in Regenſpurg. 417
CCXVIII. Kayſerliches *Principal-Commiſſions-Decret.* 418
CCXIX. Chur-Bayriſches *(Caroli Alberti)* Schreiben an Fürſten *Anſelmum.* 420
CCXX. *Inſtrumentum Confirmationis Joannis Baptiſtæ Principis & Abbatis.* 421
CCXXI. *Carl* der *VII.* ertheilet die *Regalien Joanni Baptiſtæ* Fürſt und Abbten, 425
CCXXII. *Franciſcus I.* verleyhet die *Regalien Joanni Baptiſtæ &c.* 427

Hertzog- und Churfürſtlich-Bayriſche, dem Reichs-Stifft S. Emmeram ertheilte Privilegia, nebſt ainigen andern Urkunden.

CCXXIII. *Hartvvicus Epiſcopus Ratisbon. Monaſterio S. Emmerami bona in Hebranſtorf reſtituit.* 430
CCXXIV. *Gebehardus Comes de Sulzbach litem componit inter Monaſterium S. Emmerami, & inter communitatem in Frieshaim.* 432
CCXXV. *Lodvvicus Dux Bavvie (Severus) commendat quemdam Albertum ad Parochiam in Pfhöring.* 433
CCXXVI. *Litteræ de Advocatia Wernhardi Comitis de* Leonberch. 434
CCXXVII. *Wernherus Abbas ad S. Emmeramum ad poſtulationem Henrici Ducis Bavvie confert munitionem* Ukenpiunt *(Lukenpeunt) hæredibus Clabſchinki.* 435
CCXXVIII. *Lodvvicus Dux Bavvie donat S. Emmeramo quasdam Perſonas.* 436
CCXXIX. *Duces Bavvie Otto, Ludovvicus, Stephanus, Abbati ad S. Emmeramum concedunt cujusdam ſylvæ extirpationem.* 436

CCXXX. *Otto, Ludovicus, Stephanus Duces Bavvie, Arbitri contra* Comites de Leonberg, *de Jure Advocatiæ Eccleſiæ S. Emmerami.* 440

CCXXXI. *Rudolfus Comes Palatinus Reni, Dux Bavvie una cum Fratre Ludovvico Monaſterio S. Emmerami, jus Patronatûs in Mosbach donat.* 442

CCXXXII. Otto Herzog in Bayrn, König ze Ungern verordnet, wie die Beſitzer zu Ukenpeint gegen den Cloſter *S. Emmerami* ſich zu verhalten haben. 443

CCXXXIII. Heinrich, Otto, und Heinrich, Herzogen in Baiern überlaſſen dem Cloſter zu St. Emmeram 3. Höf. 444

CCXXXIV. Schutz-Brief *Ludovici* Römiſchen Königs, wegen der Hofmarch ze Lautterbach, und den alten Vogt-Recht allda. 445

CCXXXV. Ludwig Römiſcher Kayſer ſchützet das Cloſter *S. Emmerami*, wegen der Vogtey zu Eylſprun. 446

CCXXXVI. Ulrich von Abenſperg gibt die Vogtey zu Uckenpeint dem Cloſter wider zuruck, behaltet aber ihme bevor das Gericht allda. 449

CCXXXVII. Ludwig Römiſcher Kayſer nimmet in ſeinen beſonderen Schutz die Hoffmarchen ze Lautterbach, vnd ze Vogtareith. 450

CCXXXVIII. Ludwig Römiſcher Kayſer befilcht ſeinen Viztumen, Richtern ꝛc. alle Unterthanen des GOttshauß St. Emmeram zu Inning, zu ſchützen, und dem GOttzhauß kein Einhalt zethuen. 451

CCXXXIX. Ludwig Römiſcher Kayſer ertheilt dem Fürſt und Abbten *Alberto* das *Privilegium*, daß derſelbe auſſer Regenſpurg auf die Bayriſche Gricht, wan der Cläger nit erſcheinet, nit mehr erſcheinen därffe. 453

CCXL. Heinrich der Elter, Herzog in Bayrn, beſtättiget den Vertrag zwiſchen Abbt *Albert*, und zwiſchen *Offmey* von Hardau. 454

CCXLI. Herzog Heinrich ordnet, daß das Cloſter zu Sand Haymeran ab ihrem Hauß zu Straubing nit mehr als ein Pfund Pfening zur Steur geben ſolle. 454

CCXLII. Ludwig Römiſcher Kayſer befreyet das Cloſter *S. Emmerami* von allen Zoll in Abführung des Getraids. 455

CCXLIII. Ludwig Herzog in Bayrn, Margraf zu Brandenburg nimmet in ſeinen beſonderen Schutz die Hoffmarchen zu Lautterbach, und zu Vogtareutt, 456

)()()(CCXLIV.

CCXLIV. Obiger Herzog Ludwig bestättiget dem Closter die Zoll-Befreyung in Abführung des Getraids. 457
CCXLV. Eben diser Herzog Ludwig befilcht allen seinen Getreuen, den geistlichen Fürsten und Abbten, und das *Convent*, an allen Orthen des Lands Bayrn an Leib und Gütern zu schützen. 458
CCXLVI. Herzog Stephan nimmet die Hofmarchen ze Lautterbach, und Vogteyreutt in besonderen Schutz. 459
CCXLVII. Stephan Herzog bestättiget dem Closter die Zoll-Befreyung. 460
CCXLVIII. Herzog Stephan befilcht das HOrtshauß St. Emmeram an allen Orthen des Lands, an Leib und Güttern zu schützen. 461
CCXLIX. Herzog Albrecht bestättiget dem Closter das *Privilegium Ludovici* Römischen Kayfers seines Herrn Vatters. 462
CCL. *Privilegium*, daß kein Abbt zu St. Haymeram vor einem Hoffmarchs-Gericht, sonder nur vor Fürstlichen Pfleg- und Land-Gericht, Recht nemmen solle. 464
CCLI. Johannes Herzog befilcht seinen Beambten dem Closter St. Haymeram in Einbringung deren Gülten verhülflich zu seyn. 466
CCLII. Herzog Albrecht der Jung bestättiget den Vertausch des Hauses zu Strubing. 466
CCLIII. Stephan Herzog befilcht das Closter *S. Emmeram* wegen denen Weinbergen zu Wünzer wider den Sünzenhouer zu schützen. 467
CCLIV. Herzog Johannes befilcht eben dises. 467
CCLV. Herzog Ernst und Wilhelm nemmen das Closter in besonderen Schutz und Scherm. 468
CCLVI. Herzog Albrecht bestättiget das Gericht deren Pröbsten oder Pfleger zu Lautterbach und Vogteyreutt. 469
CCLVII. Herzog Heinrich bestättiget alle *Privilegien* dem Closter St. Haymeram. 470
CCLVIII. Zoll-Befreyung von Herzog Albrecht bestättiget. 471
CCLIX. Ludwig Herzog bestättiget dem Closter alle *Privilegien*, und nimmet selbes in besonderen Schutz. 473
CCLX. Herzogen Johannes und Sigmund bestättigen dem Closter alle *Privilegien*. 474

CCLXI. Zoll-Befreyung wird von denen Herzogen Johann, und Sigmund bestättiget. 475
CCLXII. Befelch obiger Herzogen an die Zollner, Mauttner, und Gegenschreiber wegen der Zoll-Befreyung. 477
CCLXIII. Herzog Albrecht erneueret die Zoll-Befreyung. 477
CCLXIV. Die Fürstlich-Bayrische Regierung gibt Abbten Nichel die Freyheit, vor Gericht, einen Anweiser vor sich zu stellen, wie es einen Gefürsteten Abbten zustehet. 478
CCLXV. Das Land-Gericht *Hirschperch* erlaubt *Wolfhardo* Abbten einen Fürsprecher, und Antworter an seiner statt zu stellen. 479
CCLXVI. Vertrag wegen denen Heurathen deren aigenen Leutten, zwischen Herzog Albrecht und den Probsten zu Lautterbach. 481
CCLXVII. *Revers* Herzog Albrechts wegen der ihme auf Lebenstag, verliehene Abensperger-Vogtey. 482
CCLXVIII. Herzog Georgens Lehen-Brief wegen den Hof zu Appertshouen. 483
CCLXIX. *Revers* Herzogens Wolfgang, Vormunders Herzogen *Wilhelmi*, wegen der Abensperger Vogtey. 483
CCLXX. Herzog Wolfgang Vormunder, Herzogens *Wilhelmi* bestättiget dem Closter alle *Privilegien*. 488
CCLXXI. Herzog Wolfgang Vormunder Herzogens *Wilhelmi* befilchet allen seinen Untergebenen das Closter St. Emmeram nit zu belästigen. 489
CCLXXII. Herzog *Wilhelm* bekennet den schönen Nutzen ab der ihme überlassenen Vogtey, mit Befelch, das Closter zu schützen. 490
CCLXXIII. Herzog *Wilhelm* befreyet das Closter von einer *Pension* nach Ingolstatt zu der *Universität*, und befilcht allen Beambten das Closter zu schützen an denen *Privilegien* wegen der Pfarr Pföring. 491
CCLXXIV. Befelch deren Herzogen *Wilhelmi* und *Ludovici*, daß die Beambte in Bayrn dem Closter zu ihren Gülten, und Zehenden ꝛc. verhelffen sollen. 493
CCLXXV. Herzog *Wilhelm* und *Ludwig* versprechen das Closter *S. Emmerami*, bey Sr. Kayserl. Majestät, wegen der ihnen überlassenen Abensperger Vogtey zu verantworten. 494
CCLXXVI. *Revers* deren Herzogen *Wilhelmi* und *Ludwig* wegen der ihnen und ihren mannlichen Erben überlassenen Abensperger Vogtey. 495

CCLXXVII. Vertauschung der Probstey *Lizeloë*, gegen der Hofmarch Kager, zwischen Chur-Pfaltz und den Closter *S. Emmerami.* 499

CCLXXVIII. Herzog Albrecht bestättigt dem Closter alle *Privilegien*, und nimmet dessen Hoffmarchen in besonderen Schutz. 502

CCLXXIX. Herzog Albrecht ertheilt dem Hof zu Hochen-Gebraching die Edlmanns-Freyheit. 503

CCLXXX. Schreiben deren Herzogen *Ernesti*, *Wilhelmi*, und *Ferdinandi* an das Closter zu St. Emmeram, vor ihren Castnern zu München, um Befreyung eines nach St. Emmeram gehörigen Lehen-Guetts. 506

CCLXXXI. Herzog *Wilhelm* nimmet das Closter in besonderen Schutz, und bestättiget demselben alle *Privilegien*. 507

CCLXXXII. Schutz-Brief *Maximiliani* Herzogens in Bayrn. 508

CCLXXXIII. Besonders *Privilegium* des Closters *S. Emmerami* in Aufnahm deren Kirchen-Rechnungen ꝛc. 510

CCLXXXIV. Schutz-Brief Herzogens *Ferdinandi Mariæ*. 512

CCLXXXV. Schutz-Brief und Bestättigung aller *Privilegien*, ertheilt von *Maximiliano Emmanuele*. 513

De ADVOCATIS Ecclesiarum, & Monasterii S. Emmerami. 515

Num. I.

Num. I.

Caroli M. Diploma, quo Monaſterio S. Emmerami quædam prata confert.

CArolus Gratiâ Dei Rex Francorum & Langobardorum & Patricius Romanorum. Quidquid enim ob amorem Dei locis Sanctorum venerabilium benevola deliberatione cedimus, vel condonamus, hoc nobis ad mercedem animæ, ſeu ſtabilitatem Regni noſtri pertinere credimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos propter nomen Domini, & æternam remunerationem, ſeu pro opportunitate Servorum Dei donamus ad Eccleſiam, quæ eſt conſtructa in honore Domini noſtri JEſu Chriſti, & Sancti Hemmeramni Pontificis, & Martyris juxta muros Civitatis noſtræ Reganesburgenſium, quo pretioſum ejus requieſcit Corpus, ubi eſt Congregatio ſancta Monacho-

Ex Autographo.

nachorum, donatúmque in perpetuum ad eundem ſanctum locum eſſe volumus; id eſt: à parte meridiana ipſius Monaſterii terram cultam & incultam; jugera ducenta, ſexaginta & ſex, & de prato in totum juxta fontem, cujus vocabulum eſt Urvarius, ubi poteſt colligere fœnum Carradas quinquaginta octo. Eſt autem ſpatium longitudinis de ſepe gyro ipſius Monaſterii poſita usque ad ipſum fontem perticas decem pedas quadraginta XII. & de ipſo fonte ſurſum in monte perticas centum XL. & ſeptem, & ſupra ipſo fonte habet in latitudine de via publica usque ad aliam publicam perticas centum quinquaginta, & in medio ſpatio de ipſa via publica usque ad aliam viam, noviter factam, perticas centum XL; juxta ſepem verò Monaſterii, ubi latiſſimum eſt, perticas ducentas, ſeptem. Hæc autem omnia, ſuperiùs comprehenſa & deſignata, ſalva juſtitia cæterarum Eccleſiarum Dei, ſicuti noſtra videtur eſſe poſſeſſio vel donatio ad jam dictam caſam Dei pro futura ſalute plenius conceſſiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergò jubemus, ut Rector, & Abbas ejusdem Cenobii, ſuiſque ſucceſſores, qui fuerint Rectores antedicti Monaſterii S. Hemmeramni, vel Monachi inibi ſub ſancto ordine Conſiſtentes ſupra ſcriptam terram & prata per loca & confinia deſignata deinceps per hanc noſtram auctoritatem, atque confirmationem perennibus temporibus ad partem ſæpe dictæ Eccleſiæ teneant, atque poſſideant, ita, ut Chriſto propitio in eleemoſyna noſtra ad ipſam caſam Dei perpetualiter proficiat in augmentis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus, Domino auxiliante, melius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & de annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum (Monogramma Caroli) Caroli Glorioſiſſimi Regis

Ercambald ad vicem Radonis.

Sigillum Illæſum.

Dat. VIII. Kal. Mar. Anno XXVI. & XX. Regni noſtri. Actum ſuper fluvium Moin in loco nuncupante Franconofurd in Di Nomine feliciter. Amen.

Nota 1.

Nota 1. Pipinus Rex Caroli M. Pater, obiit Anno DCCLXVIII, VIII. Kal. Octobris. Ab hoc anno Epocha REGNI FRANCICI, *Caroli* M. desumitur. Ab Anno DCCLXXIV, quo *Carolus* Regnum *Langobardicum* adeptus est, altera Epocha REGNI LANGOBARDICI deducta, utraque Epocha in Diplomatibus Caroli expressa invenitur. Tertia denique Epocha ab Anno DCCC, quo coronam Imperii Carolus accepit, originem traxit. Vide Mabillon in Supplemento de re Diplomat. pag. 41. Itaque verba hujus Diplomatis ita accipienda sunt. Anno XXVI. Regni (FRANCICI ab Anno 768.) & XX. Regni (LANGOBARDICI ab Anno 774.) Consequitur ergo, hoc Diploma, Anno 794. concessum fuisse. Legitur hoc Diploma Tom. I. Parte III. Thesauri Anecdot. P. Bernardi Pezii. pag. 1. sed ibi ANNUS XXVI. REGNI NOSTRI tantùm legitur, omisso altero *Anno* XX. Fortè R. P. Pezius ausus non erat Annum XX. qui in Cartulario nostro (*ex quo R. P. Pez has litteras* exscripserat) ad marginem notatus erat, in ordinem lineæ adscribere, cùm Autographum non vidisset, in quo binæ Epochæ Regni Francici & Langobardici eo, quo prius exscriptæ videntur, ordine positæ sunt.

Nota 2. Dicitur in hoc Diplomate: *Manu propria subter firmavimus.* Hic mos subscriptionis communis fuit Carolo Magno, ejusque stirpis successoribus. Locò signi †, quod quidam Priores Reges Manu propriâ formarunt, *Carolus* M. Monogramatis usum in Diplomata Primus invexit, quod (Monograma) Cancellarius, vel Notarius formavit, cùm *Carolus* M. scribendi artem non haberet. Subsequentes Imperatores & Reges omnes, Monogramata sua per Cancellarium formari curabant. Subin tamen, certam quamdam Signi Notam (ne fraudi locus esset) propriâ manu in Monogramate addiderunt. Mabill. de Re Diplomat. lib. 2. cap. 22. num. 5. &c. Verba autem ista: *Manu propria subter firmavimus*, adhibita sunt in Diplomatibus *Majoris Momenti*, non verò in *Placitis*, vel *minoris momenti* Litteris, ubi plerumque Regii Anuli, aut Sigilli, mentio fit.

Nota 3. Veteres Anulis, pro Sigillis usi sunt, hinc etiam in antiquis chartis hæc verba leguntur: & *de anulo nostro sigillari jussimus.* Anulis Sigillatoriis successerunt Sigilla, quæ magnitudine Anulos longè superabant. Carolo Vingi nomen *Anuli* in Diplomatibus adhibuerunt, licet sigillis (quæ Regum effigies exprimebant,) usi fuerint. Dum verò hæ effigies ad anuli sigillaris modum formatæ essent, vel etiam anulis exprimerentur, anuli nomen sortitæ sunt. Successu temporis, locò *Anuli*, *Sigilli* vox adhibita fuit. Mabill. de Re Diplomat. lib. 2. cap. 10. num. 4. 5. & 6. & cap. 14. num. 2.

Nota 4. Rex *Carolus*, uti in his litteris legitur, donat Ecclesiæ S. Emmerami, ubi sancta Congregatio Monachorum est, quædam bona. Nulla hic fit Mentio, quòd Carolus hanc Monachorum Congregationem hic coadunasset, vel instituisset; ergo ante Caroli M. tempora sancta Monachorum Congregatio ad S. Emmeramum jam coadunata erat. Hoc ipsum innuit Carolus Rex in suis mox subsequentibus litteris; confirmat enim omnia bona, quæ *Pipinus* (*Caroli* Pater) & Antecessores, Ecclesiæ S. Emmerami donaverant.

Nota 5. Jugera, vi hujus Diplomatis, Ecclesiæ S. Emmerami, & Monachis, à *Carolo* Rege donata videntur esse ea, quæ extra muros civitatis, meridiem versùs, in *Gyro* sita sunt, (vulgo die Emmeramer Braitten.) Ex his litteris patet, in *Gyro* Monasterii (quod Civitati Ratisbonæ nondum inclusum fuerat,) *sepem* fuisse positam. De hac *sepe* numerantur *perticæ decempedæ* quadraginta XII. (jugerum) usque AD IPSUM FONTEM. (*Pertica* est certus agri modus decem pedibus constans. Vide Glossarium *Du Cange* verbô: (*Pertica.*) *Fontem* (cujus vocabulum est *Urvarius*) in his litteris indigitatum, alium esse non puto, nisi Fontem Nostrum in *Ebebetten*, à quo limpidissimæ aquæ per plumbeos canales, usque in civitatem *Ratisbonam*, ad Monasterium S. Emmerami Largifluæ adducuntur. Possidet Monasterium nostrum jugera, quæ usque ad villam *Ebebetten* se extendunt. Vel forte Jugera illa hîc intelligenda sunt, quæ coloni in *Ebebetten*, Emphyteutæ ab Ecclesia S. Emmerami acceperunt, quorum aliqua usque ad fontem se extendunt. Jugera alia, quæ de *ipso fonte sursum in monte Sita* in his litteris nominantur, fortassis ea dici possunt, quæ mox dicti Emphyteutæ S. Emmerami in Ehebetten, *sursum in monte prope fontem* possident: vel illa, quæ cum B. Ottone Episcopo Bambergensi, pro Constructione Monasterii Prüfflingensis (vide historiam nostram pag. 270. & 271.) pro aliis commutata fuerunt; Monasterium enim Prüfflingense Monti huic (qui fonti in Ehebetten proximus est,) adjacet. Conjecturam istam magis firmari puto, quòd Ecclesia S. Emmerami *Pratum* quoddam, Villæ (*Prüfflingen*) contiguum possideat, de quo prato fortè intelligenda sunt verba in litteris Caroli M. legenda: *Colligi posse ex prato fœnum Carradas, quinquaginta octo.* (*Carrada* est onus *Carri*, quantum *Carro* vehi potest.) Glossar. Du Cange. verbô: *Carrada.*) In Diplomatis hujus parte exteriore, Charactere Sæculi X. vel XI. (uti puto) ista leguntur scripta: PRECEPTUM CAROLI GLORIOSI AUGUSTI, DE TERRITORIO CIRCA FONTEM NOSTRUM.

Num. II.

Karolus M. ſtatuit Eccleſiam S. Emmerami eſſe liberam, & in Poteſtate Imperatorum ſive Regum permanere debere.

Ex Codice Diplomatum.

KArolus Gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum. Quicquid enim ob amorem Dei locis Sanctorum venerabilium benivola deliberatione dedimus, vel condonamus, hoc nobis ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda profuturum liquidò credimus; quoniam hoc procul dubio ad ſalvationem corporis, & animæ noſtræ fore creditur; ut hi, qui in Dei laude ſunt, ſine querela perſiſtant, & exinde ſæpiùs & devotiùs in noſtra manere memoria. Igitur notum ſit omnibus ſucceſſoribus noſtris, & Fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ præſentibus & futuris, qualiter nos propter nomen Domini, & æternam remunerationem, ſeu pro opportunitate dilectiſſimi filii noſtri Hludouuici Regis absque omnium hominum contradictione confirmamus Eccleſiam Dei liberam eſſe, & in poteſtate Imperatorum ſive Regum usque in ævum permanere, quæ eſt conſtructa in honore Domini noſtri JEſu Chriſti, & Matris ejus Mariæ, & Principis Apoſtolorum Petri, & S. Georii Martyris, & pretioſi Dei Martyris Emmerami atque Pontificis Aquitaniæ juxta muros Civitatis noſtræ Reganispurhc, ubi venerabile Corpus ejus miraculis declarantibus requieſcere comprobatur; & Rectorem ejusdem Cœnobii ejusque ſucceſſores unoquoque anno VII. aureos perſolvere Romam ad altare S. Petri. Proinde noverit omnium Chriſti, noſtrique fidelium univerſitas, omnia, quæ à Patre meo Pippino Rege, & ab anteceſſoribus meis ubicunque locorum hactenus tradita ſunt, & collata, per hanc noſtram auctoritatem perennibus temporibus, ea videlicet ratione confirmamus; ut neque Dux, neque Epiſcopus ejusdem loci aliquam poteſtatem habeant, prænominata bona præfatæ Eccleſiæ aufferre, & abalienare. Sed Rector ejusdem loci, ſuique ſucceſſores habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit, faciendi ad utilitatem tantumodo Mo-

nachorum, ſub Sancto Ordine Conſiſtentium. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus, Domino auxiliante, melius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Nota 1. Autographum iſtud deeſt. Vide dicta in hac ſecunda parte in Præfat. num. III. ad finem. Diploma iſtud deſcriptum legitur in Chartulario noſtro, Sæculo XI. exarato, quod integrum R. P. Bernardus Pez tom. 1. Anecdot. parte III. evulgavit. Codices hujuſmodi multos in variis archivis invenire eſt, quos Monachi Antiquarii (Bullas, Diplomata, Chartas &c. in iis deſcribentes) exararunt, eâ curâ, ne, ſi ipſa Autographa perirent, cum illis eorum quoque memoria tolleretur. Deſcriptor hujus Diplomatis non notavit annum Regni Caroli, quo illud datum eſt. Ex ſequenti tamen Leonis III. Bulla, licet interpolata, aliisque, (de quibus poſtea) illud (Anno 798.) Datum fuiſſe colligitur. Neque etiam exſcriptor omnem in exarandis litteris diligentiam adhibuit; in Autographo enim mox præcedente legimus hæc verba: *Carolus* LANGOBARDORUM *Rex*, hic autem poſitum eſt, *Langobardorum*. CAROLUS M, exauctorato & in Monaſterium detruſo THASSILONE Duce, Bavariæ Ducatum accepit, & Monaſterium S. Emmerami, à Duce Bavariæ (*Theodone*) Anno 652. Fundatum ſuæ Regiæ poteſtati ſubdidit. Ne autem Epiſcopi, vel alii illud vexarent, LIBERUM effecit, & in poteſtate Imperatorum ſive Regum permanere decrevit. At non ſolùm quoad *temporalia*, illud ab omni alia Jurisdictione *Liberum* voluit, ſed etiam à Jure ſpiritali Epiſcoporum; dum enim Rectores Cœnobii S. Emmerami, uno quoque anno, VII. aureos ad Altare S. Petri Romam perſolvere juſſit, ſatis patet, *Carolum* à *Leone III.* exemptionem à Jurisdictione Epiſcopali Epiſcoporum impetraſſe; Nam Exemptio à temporali Jurisdictione ad ſolum Regem *Carolum* pertinebat, qui *Leonem* Papam non adiiſſet pro PRIVILEGII GRATIA, niſi Monaſterium S. Emmerami à Jurisdictione ſpirituali eximere voluiſſet, conceſſa Monachis facultate proprium eligendi Abbatem. Vide Notas ad Bullam Leonis III.

Nota 2. Ex iſto, & Priori, Caroli M. Diplomate, Antiquitas Monaſterii S. Emmerami pateſcit; in Priori enim Diplomate *Carolus* ait: ſe ſuam Donationem facere ad Eccleſiam, *ubi eſt Congregatio Sancta Monachorum &c.* in iſto confirmat *Carolus*, omnes Donationes & Traditiones, quas ipſius *Pater Pipinus*, & *Anteceſſores ejus*, *huic Eccleſiæ S. Emmerami fecerant*, *ut ad utilitatem tantùm Monachorum* eſſent: ergo hoc in loco, ante Caroli M. tempora, Congregatio Monachorum coadunata fuerat; quia ipſe (Carolus M.) Monachis ibidem eas Traditiones & Donationes confirmat, quæ Pipinus, Pater Caroli, aliique Anteceſſo-

res ipsius fecerant. Nec aliquis somniare poterit, Monasterium istud à B. Gaubaldo, vel Sintperto Episcopo (hi enim PRIMI erant ORDINARII Episcopi Ratisbonenses) fundatum, & institutum fuisse; Nulla *historia* simile quid narrat, sed omnes consentiunt, *Theodonem* Bavariæ Ducem, *Lamberti*, (qui B. Emmeramum Anno 652. occidi jusserat,) Patrem, ad expiandum filii sui scelus, ad Sepulchrum S. Emmerami Monachos hîc congregasse, & Monasterii initium feciſſe, quod multis Fidelium oblationibus dotatum, primis Episcopis (quorum B. Gaubaldus à S. Bonifacio Archi-Episcopo Moguntino Anno 739. Primus hîc institutus fuerat) ad habitandum, & vitæ necessaria inde percipienda à Ducibus Bavariæ concessum fuerat, donec Carolus M. pulso, & in Monasterium incluso Thassilone Duce, Monasterium istud soli Regum Potestati subjecerit, & liberum effecerit, Translata in Urbem Ratisbonam sede *Episcopali*, consentiente Adalvvino Episcopo; Confirmante *Leone* III; novis etiam, pro Episcoporum comodo, & necessitate, factis eisdem donationibus, ut ex Litteris *Leonis* Papæ mox intelligemus.

Nota 3. *Arnoldus* noster Monachus S. Emmerami libro 2. de Memoria B. Emmerami & Cultorum ejus (vide Basnage tom. III. lect. antiq. Henrici Canisii pag. 133.) scribit quidem, *Sintpertum Episcopum Ratisbonensem novam Basilicam S. Emmerami extruxisse*, sed (quod bene notandum) AMPLIORIBUS SPATIIS ET PROPENSIORE SUMPTU. Hæc ultima verba *Conradus* de Monte puellarum in suo Chronico (studio? an ignorantia? nescio,) omisit. Manuscripta nostra testantur, *Sintpertum* Episcopum id Jussu *Caroli M.* & sumptibus ejusdem feciſſe; erant enim prius humiles tantùm Monachorum cellulæ, pauperum more extructæ, & parva Capella *S. Georgii*, ubi Corpus S. Emmerami tumulatum fuit. Neque aliquis hæc à me gratis asseri suspicetur; si enim *Sintpertus* Episcopus, hîc, Monachos instituisset, & Monasterium fundasset, quomodo *Carolus* Rex istud EPISCOPALE Monasterium *Liberum* efficere potuisset? vide, quæ in historia pag. 41. 42. &c. dicta sunt. Et sanè, cùm ista Privilegia Libertatis & Exemptionis ideo Monasteriis concessa fuerint, ne bona his Monasteriis donata, Cupiditati, & exactionibus aliorum obnoxia essent, quis somniet, *Carolum Regem* Monasterium istud *liberum* effeciſſe, & summæ sedi subjeciſſe, ne ab Episcopo, qui ipse hoc Monasterium fundasset, bonis privaretur? quis, inquam, talia somniet? Episcopalia Monasteria, ab Episcopis fundata (utique Patronis, Benefactoribus, Fundatoribus) subdita permansere, ne autem *Regalia Monasteria*, à Principibus, Ducibus, Regibus, fundata Cupiditati hominum exponerentur, ideo ab Imperatoribus, Regibus, LIBERA facta, Summæ Sedi pro IMMUNITATE, ET PROTECTIONE subjecta fuerunt.

Num. III.

Num. III.

Leo III. P. M. Confirmat translationem Sedis Epiſcopalis Ratisb: ex Monaſterio S. Emmerami ad Eccleſiam S. Stephani, illiusque omnimodam exemptionem promulgat.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Domini noſtri JESU Chriſti, DEI Omnipotentis, Leo Papa. Agnitum eſſe volumus, cunctis Chriſtianæ religionis fidelibus, tam præſentibus, quam & futuris, qualiter Chriſtianiſſimus Imperator, & Auguſtus, nomine Karolus, DEO aſpirante, Chriſtum hæreditatis ſuæ deſiderans fieri poſſeſſorem, quoddam Monaſterium juxta muros Civitatis Tyburinæ, quæ à Tyberio Cæſare Auguſto ædificata eſt; quæ modo vulgo appellata eſt Reganispurch, quod eſt conſtructum in honore S. Mariæ, Matris Domini noſtri JEſu Chriſti, & Principis Apoſtolorum Petri, & S. Georii Martyris; ubi præclariſſimus Martyr, & Epiſcopus Pictaviæ corpore requieſcit Emmeramus, in noſtram immunitatem; ſucceſſorumque noſtrorum gratia defenſionis transfudit. (*) Et nos continuò pro Chriſti amore gratuita mente petitioni ejus piè annuentes decrevimus ita fieri, & juſſimus hanc cartam auctoritatis noſtræ inde conſcribi, & Epiſcopus ejusdem civitatis tertius, nomine Adalvvinus juxta decreta Canonum, & cum auctoritate noſtra, in præſentia piiſſimi Imperatoris Karoli, recta ratione in Synodali Concilio cum judicio Epiſcoporum, Clericorum, nec non nobilium laicorum de eodem loco Cathedram Pontificalem mutavit, & Canonica auctoritate in Civitatem ad Eccleſiam S. Stephani Protomartyris ſtatuit, & ſuæ, ſuorumque ſucceſſorum proprietati, ac poteſtati deinceps in futurum abalienavit. Econtra ante dictus Chriſtianiſſimus Imperator dedit ad illum locum, ubi modo ſedes Epiſcopalis eſt; à parte meridiana ipſius Monaſterii perticas decempedas XL; & in alia parte

(*) *Trandudit.* in Codice.

te C. in longitudine ducentas VII, & Eccleſiam S. Petri, & Eccleſiam S. Pauli juxta muros prædictæ Civitatis, & Wimintingen, & Egilolfesheim, & Eccleſiam juxta Nappurch, quæ vocatur Berſana, & Confirmavit Monaſterium pretioſi DEI Martyris Emmerami in poteſtate Imperatorum ſive Regum usque in ævum permanere, & ita confirmavit; ut Rector & Abbas ejusdem Cœnobii unoquoque anno VII. aureos Romam ad Altare S. Petri perſolveret. Hæc mutatio & confirmatio fuit anno ab incarnatione Domini DCCXCVIII. auctoritatis noſtræ; ita ut ſi quis, Imperator aut Rex eandem Eccleſiam tam ſanctam alicui præſtet, anathema ſit. Congregatio autem Monaſterii liberam habeat poteſtatem, & electionem Abbatis juxta decretum S. Benedicti ſine *omnium contradictione* ſubſtituendi, & præfatum Monaſterium cum Monachis, & omnibus ibidem in præſens collatis, vel imposterum conferendis, in noſtram, ſucceſſorumque noſtrorum immunitatem recepimus feliciter, Amen.

Nota 1. Veritas hujus Bullæ (Leonis III.) ex ſequentibus confirmatur. Balduinus Abbas ad S. Emmeramum, ut Privilegium Libertatis & Exemptionis Monaſterii ſui contra graves per longum tempus vexationes defenderet, Anno 1319. ad *Joannem* XXII. tunc avignione commorantem acceſſit, ubi coram ſumma ſede, Privilegii hujus inſtrumenta plura, omniaque, quæ huc usque coram Deputatis Pontificiis agitata erant, examinata fuere. Sub hoc tempus (Anno 1324.) avignioni *Balduinus* Abbas mortuus, ibi in Eccleſia Cathedrali tumulum accepit. *Albertus* Abbas, *Balduini* Succeſſor à JOANNE XXII. Bullam (inferiùs legendam) obtinuit, quâ Summa Sedes declaravit, Monaſterium S. Emmerami, ESSE, ET REMANERE DEBERE, AB OMNI EPISCOPALI ET ARCHI-EPISCOPALI JURISDICTIONE ET POTESTATE, ATQUE DOMINIO PRORSUS EXEMPTUM Et ne *ſuper hoc recidiva quæſtio amplius ſuboriri poſſit*, DE NOVO, Monaſterium EXEMIT. NB. hanc ſententiam Joannes XXII. dedit Anno 1326. AUDITIS ALLEGATIONIBUS. Neque quis dicat, tunc temporis facilem fidem fuiſſe præſtitam hujusmodi litteris, quæ forte à Monachis antiquis fingi potuerant; at quis de Joanne XXII, præſtantiſſimo Juris Eccleſiaſtici Doctore id ſomniet? patet etiam, ex proceſſu, ſeu actis (in viginti maximis foliis membraneis ſibi in rotulo per ſilum connexis,) eodem tempore deſcriptis, quàm rigidè Sigilla, Chartæ, ſcripturæ antiquæ hujus Privilegii, & documentorum, examinatæ & probatæ fuerint. Ergo ex litteris Joannis XXII. evi-

denter

denter conſtat Monaſterium S. Emmerami, ante ſententiam à Joanne XXII. latam, fuiſſe exemptum; Pontifex enim EX AUDITIS ALLEGATIONIBUS, judicavit, ESSE & REMANERE debere EXEMPTUM, quod etiam DE NOVO iterum exemit. Sed ulteriùs

Nota 2. ALLEGATIONES, ex quibus Papa, Joannes XXII. Monaſterium S. Emmerami EXEMPTUM FUISSE declaravit, ſunt iſtæ, quibus (per ANTERIORA SÆCULA aſcendendo) ad Originem usque, hujus Privilegii devenitur. *Imò*. Bulla *Gregorii* X. Lugduni V. Idus Octobris, Pontificatûs anno tertio. Vide inferius. IIdò. Bulla *Lucii II.* Papæ anno Incarnationis MCXLIII. in hac Bulla expreſſa fit mentio Privilegii *Caroli M. & Leonis III.* infrà. IIItiò. Litteræ *Hartvvici* Epiſcopi Ratisbonenſis autographæ cum illæſo Sigillo Epiſcopi, pendente, quibus litteris *Hartvvicus* Epiſcopus declarat, Prædeceſſorem ſuum *Henricum* Epiſcopum Ratisbonenſem ante mortem, non ſine pœnitentiæ Luctu, coram toto Capitulo ſuo confeſſum fuiſſe: *Se Privilegia Libertatis Monaſterii S. Emmerami abſtuliſſe, & deſtruxiſſe &c.* Litteræ iſtæ ſunt de anno MCLXI. NB. Ex hac publica *Henrici* confeſſione, & *Hartvvici* Epiſcopi litteris, ſatis patet, quo antiqua Regum, Imperatorum, Pontificum Diplomata, & Privilegia, devenerint. Et hinc veritas Diplomatum, quæ in Codice, Sæculo XI. conſcripto, exarata leguntur, quorum tamen autographa deſunt, ſatis confirmatur. IVtò. Litteræ Chunradi Ratisponenſis Epiſcopi de anno MCLXXXXIII. infra. Vtò. Ad dictas ALLEGATIONES, plura Imperatorum & Regum Diplomata, inferius adhuc legenda ſpectant. VItò. Item Cenſus ad Romanam Sedem perſolvendus, & à multis ſæculis perſolutus. Nota: Eruditiſſimus *Ludovicus Antonius Muratorius* tomo V. Antiquitatum Italicarum Medii ævi, Diſſertatione 69. pag. 852. exhibet *librum Cenſuum Romanæ Eccleſiæ*, à *Centio Cammerario ſecundùm* ANTIQUORUM PATRUM *regeſta anno MCXCII conſcriptum.* Notat *Muratorius* pag. 851. cit. diſſertat. quòd ſub ANTIQUORUM PATRUM nomine etiam intelligendus ſit, ANASTASIUS MAGISTER CENSI URBIS ROMÆ, qui ſub Pontificatu *Leonis III.* in quadam commutatione, tanquam *Magiſter Cenſi Urbis Romæ* ſubſcripſit. Ex hujus *Anaſtaſii*, & etiam aliorum *antiquorum Patrum Regeſtis, memorialibúsque diverſis*, CENTIUS Camerarius, ſuum Cenſuum librum confeciſſe cenſeri poteſt. In hoc *Centii* Camerarii libro (vide cit. Diſſertat. 69. pag. 878.) hæc leguntur: MONASTERIUM S. EMMERAMI VII. MARABUTINOS. Id eſt, cenſus Monaſterii S. Emmerami ad Cameram Apoſtolicam in ſeptem Aureis. Ex his iterum veritas Litterarum *Leonis III.* de *Libertate* Monaſterii S. Emmerami deducitur; Nulla enim alia origo hujus Cenſûs huc usque detecta fuit. Ulteriùs per hunc librum *Centii* innoteſcit Cenſum Monaſterii S. Emmerami majorem eſſe præ

pluri-

plurimis aliis, qui eò perſolvuntur; cùm à plurimis locis, *unum tantum Marabutinum* (unus aureus) perſolvi debeat, neque ibi uspiam deprehendi Cenſum VII. Marabutinorum, niſi de Monaſterio S. Emmerami. Cenſus iſte ſingulis quinqueniis, triginta quinque Marabutinis, in Vigilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ad Cameram Apoſtolicam Romæ, obtentâ exinde ab Eminentiſſimo S. Romanæ Eccleſiæ Camerario apochâ, huc usque perſolutus eſt, & deinceps Anno 1752. 1757. 1762. 1767. &c. &c. perſolvi debet.

Nota 3. Ad *allegationes* priores, pro *Libertate* Monaſterii S. Emmerami, (ſemper per antiquiora tempora aſcendendo) ſpectant. imò. Diploma OTTONIS I. Imperatoris: vide infra. 2do. Diploma LUDOVICI Regis, *Arnulfi* Imperatoris, Filii, de anno DCCCCIII. vide infra Diploma ex ipſo autographo deſcriptum. In hoc expreſſa fit *mentio de Privilegio Libertatis* hujus Monaſterii S. Emmerami, ſub Carolo M. & Leone III. ſub Ludovico Caroli Filio, & Eugenio Papa: ſub Ludovico (Germanico) & Nicolao Papa: ſub Arnulfo Imperatore & Formoſo Papa. Ante *Ludovicum* filium, *Arnulfus* Imperator, Pater iſtius Ludovici, in præſentia *Formoſi* Papæ, Libertatis Privilegium pro Monaſterio S. Emmerami renovavit, *vide litteras infra*. Quod *Arnulfus* Imperator in ſuis litteris, de Atavo ſuo *Ludovico* aſſerit, hoc ipſum legitur in Diplomate *Ludovici* (*Caroli M.* Filii,) ùt mox videbimus. Denique ad ipſum fontem accedimus, unde hæ prænominatæ litteræ & Diplomata ſuam originem duxerunt, ſcil. ad CAROLUM, M. ſeu Diploma illius, quo Is Monaſterium S. Emmerami à *Theodone* Duce conſtitutum, & ab aliis dein ditatum, detruſo in Monaſterium *Thaſſilone* Duce Bavariæ, liberum effecit ac à Summa Sede (*Leone III.*) hujus Privilegii libertatis confirmationem accepit, quod cum conſenſu *Adalvvini* Epiſcopi Ratisbonenſis factum eſt. En, (ùt opinor,) Privilegii Libertatis Monaſterii S. Emmerami & ipſorum hac de re Diplomatum Veritatem, ex poſterioribus inſtrumentis autographis, per anteriora ſæcula, ad Originem usque aſcendendo, ſatis confirmatam.

Nota 4. In Præcedentibus veritatem (exiſtentiam) hujus Bullæ (Leonis) ſatis, ni fallor, oſtendi, nunc, quæ in hac Bulla continentur, breviter perpendere liceat. Eruditiſſimus & Doctiſſimus *Ludovicus Thomaſſinus* in ſuo præſtantiſſimo Libro *de veteri & nova Diſciplina circa Beneficia &c.* multa de Monaſteriorum exemptione, & privilegiis conſcripſit, præcipuè Parte 1. lib. 3. cap. 29. 30. 31. & ſeqq. Poſt multa ibidem notata, & allata, (Monaſteriorum Exemptioni Thomaſſinum nimiùm favere, ne ſuſpiceris,) affirmat, horum Privilegiorum Monaſteriis conceſſorum, non alios tunc temporis (Ante Carolum M. & ſub ipſo Carolo) niſi ipſum Diæceſanum Epiſcopum, reliquos-

que Provinciæ & Regni Episcopos, dein Reges, vel Imperatores, AUTHORES fuisse, & denique Summos Pontifices, qui ad Petitionem Fundatorum, Episcoporum, Regum, Imperatorum, Privilegia ista confirmabant. Ego ob adducta à Thomassino *aliqua* exempla facilè consentio, QUOSDAM Episcopos, SUBIN, Privilegia libertatis Monasteriis concessisse, (*S. Bonifacius* Archi-Episcopus Moguntinus, Fundator Monasterii Fuldensis, illud ZACHARIÆ Romano Pontifici ipse subjecit,) sed in citatis capitulis, superiùs indigitatis, plures etiam reperire est Episcopos, qui hujusmodi Privilegiis contradixerunt, minimè tamen, quin hujusmodi Privilegia (ipsis etiam invitis) concederentur, quidquam efficere valentes. Ast, quæcunque demum causa fuerit, vel Author, cur Summi Pontifices, SUMMA AUCTORITATE *subinde*, (etiam invitis Episcopis,) hæc Privilegia Libertatis Monasteriis concesserint; ex hisce tamen Leonis III. Litteris certè patet, LEONEM, hoc Privilegium Libertatis, Monasterio S. Emmerami confirmasse, (*) imò. Postquam *Adalvvinus Episcopus Ratisbonensis, recta Ratione, in Synodali Concilio, cum Judicio Episcoporum, Clericorum, nec non Nobilium Laicorum, à Monasterio S. Emmerami Cathedram Pontificalem in Civitatem ad Ecclesiam S. Stephani statuit*, & (Monasterium) *sua, suorumque Successorum Proprietati, ac potestati deinceps in futurum abalienavit.* 2dò. *Leo* Pontifex hoc Privilegium concessit, & *ita fieri decrevit*, postquam *Carolus Monasterium S. Emmerami liberum fecerat*, & ut hoc libertatis Privilegium *Leo* Papa confirmaret, ab eodem *petierat*. NB. Ecce ADALWINI EPISCOPI CONSENSUM! CUM RECTA RATIONE! IN SYNODALI CONCILIO! CUM JUDICIO EPISCOPORUM, CLERICORUM, NEC NON NOBILIUM LAICORUM! En PETITIONEM CAROLI! cui denique LEO Papa consensit, & ITA FIERI DECREVIT. Ulteriùs Thomassinus parte 1. lib. III. cap. 32. num. 2. notat, quænam harum Libertatum & Privilegiorum fuissent capita: sic enim ait: [*Primum erat, ut Monachi suum sibi pro Arbitrio eligerent*

(*) Antequam Ordinarius Episcopus Ratisbonæ institutus fuisset, (B. Gaubaldus à S. Bonifacio Anno 739. primus Ratisbonensis Ordinarius Episcopus ordinatus fuerat,) Duces Bajoariæ, omnem potestatem in Monasteriolum S. Emmerami à Duce Theodone (post necem S. Emmerami) Anno 652. fundatum, & cœptum exercebant. At novus & primus Ordinarius Episcopus B. Gaubaldus cum consensu *Utilonis* Ducis in hoc Monasterio Sedem Episcopalem locavit, & potestatem in Monachos tenuit, quæ mos usque ad tempora *Caroli* perseveravit. *Thassilone* autem, Duce Bavaro deposito, & in Monasterium detruso, *Carolus* Rex, tunc Bajoariæ Dominus, conformiter canonicis statutis, & Regulæ S. Benedicti, Monachis S. Emmerami, Abbatis sui Electionem concessit, ipsumque Monasterium in suam potestatem sumpsit, & ita juxta Decreta Canonum in Synodali Concilio (vide in historia præcedenti pag. 45. (m) hanc mutationem perfecit.

gerent Abbatem convenienter Regulæ, & Canonicis institutis. Alterum erat libera Administratio & potestas rerum temporalium, ita, ut in ea nec Episcopi, nec Episcoporum Ministri se ullatenus interponerent.] Utrumque istud Privilegium in hisce Leonis III. Litteris indigitatur. Imò. *Congregatio Monasterii liberam habeat potestatem & electionem Abbatis sine omnium contradictione.* 2dò. *Leo* Pontifex *præfatum Monasterium cum Monachis & omnibus ibidem in præsens collatis vel in posterum conferendis, in suam, successorumque suorum immunitatem recipit;* quod etiam Carolus Rex in suo Libertatis Privilegio (ut priùs vidimus) statuit, *ut neque Dux, neque Episcopus ejusdem loci, aliquam potestatem habeant, prænominata bona præfatæ Ecclesiæ auferre, vel abalienare.* Ex hoc duplici Privilegio, LIBERÆ ELECTIONIS ABBATUM, & LIBERÆ ADMINISTRATIONIS BONORUM, plura alia necessario fluebant Privilegia; nam Episcopus deinceps non poterat quidquam exigere rerum Monasterii, vel redituum; vel aliquid *sibi in Abbatem arrogare*, vel in Monachos, aut in Monasterium &c. prout in mox succedentibus *Ludovici* Imperatoris litteris expressis verbis videbimus: *ut neque Dux, neque Episcopus ullam potestatem habeant intus & foris.* (in Monasterio.) (**)

Nota 5. De Censu VII. aureorum, de quo in Bulla *Leonis* mentio fit, jam quædam prius dicta sunt. Thomassinus Parte 1. cit. lib. de veteri Disciplina lib. III. cap. XXXIII. num. VII. Item num. X. ait: Censum annum Romanæ Ecclesiæ debitum, persolutum fuisse à Monasteriis, *non pro libertate*, sed in testimonium, quòd Fundatores Ec-

 clesia-

(**) Vi hujus Privilegii à *Carolo* Rege concessi, & à *Leone III.* confirmati, *Appollonius*, Monasterio S. Emmerami primus Abbas præsidere cæpit, in cujus Electione, & institutione *Carolus Rex* Authoritate sua (nullus dubito) usus fuerit. (*Vide, quæ in historia pag.* 160. 161. *dixi.*) Successerunt *Appollonio* vi hujus Privilegii cæteri tres Abbates. *Vide Caput XXX. de Primis Abbatibus pag.* 189. Defuncto *Carolo Magno*, regnante *Ludovico* ejus Filio, (licet Is ipse istud Privilegium renovaverit,) cùm ob continuos belli turbines, etiam cum propriis filiis, parùm constans esset; (*Vide in hist. pag.* 195. *cap.* 31.) Privilegium istud Caroli M. Leonis III. & *Ludovici*, sub Successore *Bathurico* Episcopo Ratisbonensi, ejusque posteris suo effectu caruit; defuncto enim *Sigismundo* Abbate nullus amplius Monachis permissus fuit Abbas. Monachi quidem à Regibus & Imperatoribus Privilegium istud renovari rogarunt, idque obtinuerunt, sed ob temporum injurias, potestas aliorum prævaluit; & licet S. Wolfgangus propriùm denuo Monachis S. Emmerami Abbatem B. Ramvoldum dederit, cui Abbates semper successerunt, nunquam tamen Monasterium S. Emmerami hoc suo antiquissimo Privilegio quietè uti potuit, (ut ex historia priori patet,) usque dum Sæculo XIV. sub Joanne XXII. (Anno 1326.) serenior Lux coruscare cœperit. Ut infra ex Bulla Joannis XXII. videbimus.

cleſiarum & Monaſteriorum, ea Romanæ Eccleſiæ donaverint. Verum ego mihi perſuaderi non patiar, ut hoc de omni Cenſu Romam perſolvendo judicem, licet *Thomaſſinus* id, de QUIBUSDAM CENSIBUS, probet. Eruditiſſimus *Muratorius* Diſſertat. 69. de Cenſu pag. 806. agnoſcit, cenſum annuum *ratione Protectionis & Privilegii libertatis à Jurisdictione Epiſcoporum* Romam perſolutum fuiſſe. Scribit etiam Cenſum quemdam Romam fuiſſe perſolutum *ex Patrimonio*, (ex bonis Patrimonii S. Petri.) Notat autem Cenſum *ratione Protectionis, & Privilegii libertatis à Jurisdictione Epiſcoporum perquam rarò impoſitum fuiſſe.* Cenſum talem à Monaſterio S. Emmerami in VII. aureis perſolvendum, impoſitum fuiſſe ad finem Sæculi VIII. conſtat ex litteris Leonis III. Nec aliud tempus hujus perſolvendi Cenſus, ex aliquo alio documento doceri poterit. Privilegium Libertatis à Nemine alio, quàm à *Carolo* Rege, Monaſterium noſtrum accepit; id ſubſequentia Diplomata aperte teſtantur, nec de alio Rege; vel Imperatore, qui tale Privilegium nobis Primus conceſſiſſet, in quodam libro, vel hiſtoria aliquid legitur: ergo cenſus iſte à *Carolo Rege*, confirmante *Leone III.* impoſitus fuit. Plura de *hoc Privilegio Libertatis*, in notis ad ſubſequentia Diplomata, dicentur. Ex hiſtoria præcedenti pag 277. patet, *Engelfridum* Abbatem ad S. Emmeramum, (electus fuit Anno 1129.) ob neglectam Censûs annui perſolutionem fuiſſe excommunicatum &c. ergo cenſus iſte pridem, antequam CENTIUS Camerarius Anno MCXCII. ſuum de Cenſu librum conſcripſerat, perſolvi debuit. Servantur in noſtro Archivo plurimæ hujus perſoluti Censûs Apochæ; quarum unam (antiquiorem non vidi, licet cæteræ ſubſequentes adſint) hîc exhibeo de Anno 1274.

Apocha Censûs Romam perſoluti.

OMnibus Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis, Guilielmus de S. Laurentio Dni. PP. Camerarius ſalutem in Domino, Univerſitati veſtræ tenore preſentium innoteſcat. Nos, ex parte Religioſi viri Fratris Abbatis Monaſterii S. Emmerami Ratisponens. Diœces. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis pro cenſu totius temporis jam tranſacti, in quo ipſum Monaſterium Cameræ Sedis Apoſtolicæ tenebatur per manus Fratris Friderici Abbatis de Mettine (Metten) Nuntii Abbatis Prædicti, centum quadraginta Marabutinos auri pro Dni. PP. Camera recepiſſe. Profitemur etiam ipſum Monaſterium exemptum eſſe,

esse, & in signum exemptionis tantum in septem Marabutinis auri teneri annis singulis præfatæ Cameræ, sicut in libro provinciali sive censuali Romanæ Ecclesiæ vidimus contineri. In cujus rei testimonium præsentes litteras nri Sigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum Lugduni Anno Dni. Millesimo Ducentesimo Septuagesimo quarto. XII. Kal. Junii Ind. secunda. Pontificatus verò Dni. Gregorii PP. decimi anno tertio.

(L.S.)

Nota 6. *Licet* autographum hujus Bullæ disparuerit, (vide dicta *in hac* secunda Parte in præfat. num. III.) illa tamen descripta legitur in codice, seu Carthulario, Sæculo XI. exarato. Tempus, quo illa concessa fuerat, ad finem non legitur. Ex verbis tamen *interpolatis*, & conformiter iis, quæ in historia. pag. 45. (m) notata sunt, conjicitur, eam Anno 798. emanâsse; nam hoc anno Synodus *Ratisbonensis*, vel *Reisbacensis* habita fuit. Ad Initium hujus Bullæ, Invocationis formula *In Nomine Domini &c.* legitur. Insolitæ equidem sunt in antiquis Pontificum Bullis hujus Invocationis Formulæ. Fortè Exscriptor, hanc formulam devotionis ergo sibi elegit. Notat Mabillon lib. 2. cap. II. num. II. de re Diplomat. inquibusdam Bullis Pontificum Invocationis formulam se vidisse, nimimè tamen decernit, si ea Exscriptori, vel Pontificis stylo tribuenda sit. Verba (*qualiter Christianissimus Imperator, & Augustus Nomine Karolus*) in hac *Leonis* Bulla exarata, veritati seu authentiæ illius præjudicare nequeunt; licet enim *Karolus* Anno 798, necdum Imperii coronam acceperit, Nomen tamen Imperatoris Eidem, ante impositam Imperii Coronam tributum fuisse Mabillonius notat. lib. 2. de re Diplomat. cap. 4. num. I. & II. Dixi priùs, *ex interpolatis hujus Bullæ verbis:* quæ illa? accipe: *Hæc mutatio, & confirmatio fuit anno ab Incarnatione Domini DCCXCVIII. Auctoritatis nostræ:* Mabillonius enim de re Diplomat. lib. 2. cap. 26 num. 7. asserit: Se nullum sincerum vel indubitatum cujusdam Pontificis Diploma vidisse, in quo hæc annorum *ab Incarnatione Domini &c.* nota Chronica à Prioribus Pontificibus adhibita fuisset. LeoIX. (Sæculo XI.) primus hanc annorum *ab Incarnatione Domini &c.* formulam assumpsit. Exscriptor hujus Bullæ ultima verba, ex quibus haud dubie, Anni Imperatoris (Regis,) vel ipsius Pontificis anni, cum annis Imperatoris conjuncti (pro more illius temporis) intelligi potuissent, non annotavit, Fors ipse ex iis, quæ in autographo legerat, suam hanc Interpolationem (Anno ab Incarnatione Domini DCCXCVIII.) confecit.

Nota 7.

Nota 7. Postquam Rex *Carolus*, Monasterium S. Emmerami liberum effecit, & *Adalvvinus* Episcopus Ratisbonensis Sedem Episcopalem, *Auctoritate* Leonis Papæ, *iuxta Decreta Canonum*, à Monasterio S. Emmerami, in urbem transtulit, tunc Idem Rex (*Carolus*) Sedi Episcopali Ratisbonensi, (seu *illi loco, ubi Sedes Episcopalis est,*) pro majori comodo & sustentatione, Bona in his litteris indigitata donavit, scilicet: *à parte Meridiana Monasterii Perticas decempedas XL, & in alia parte C. in longitudine ducentas VII. . . . . Item Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Pauli juxta muros civitatis . . . . . & Wimintingen (Weinting) & Egilolfesheim, & Ecclesiam juxta Nappurch, Bersana, (Bersen.)* Hæc bona, cùm ad Ecclesiam in summo, sive Cathedralem Ratisbonensem adhuc pertineant, vel eorum aliqua pro aliis permutata sint &c. veritatem harum (Leonis III.) litterarum confirmant. Legi in Litteris *Lucii III.* Summi Pontificis de Anno MCLXXXII, quæ dein contra Exemptionem Monasterii S. Emmerami, coram Delegatis Summi Pontificis productæ fuerant, quòd Lucius III. P. M. Chunoni Episcopo Ratisbonensi inter alia bona etiam ista confirmarit, scil. *Monasterium S. Pauli . . . . . villam de Winting* (Weinting) . . . . *villam & Ecclesiam Egolfshaim cum omnibus appendiciis suis . . . . Villam & Ecclesiam de BIRSIN* (Bersen prope Nappurch) *cum omnibus appendiciis suis &c.* Ex quibus singulis huc usque dictis patet, quàm providè Rex *Carolus* egerit, Ne Episcopi Ratisbonenses, quorum Primi, (instituto Episcopatu Ratisbonensi) cum consensu Ducum Bavariæ, in Monasterio S. Emmerami Sedem Episcopalem locaverant, & ex bonis S. Emmerami Necessaria ad vitam &c. perceperant, Monasterio S. Emmerami jam libertate donatô, & Sede Episcopali in urbem translatâ) subsidiis necessariis carerent. LEONIS III. Papæ Litteras hîc productas Hundius Tom. I. Metropol. Salisburg. pag. 223. Item alias ejusdem Leonis Litteras pag. 241. exhibet.

Num. IV.

Ludovicus Pius Imp. Libertatem ac immunitatem Monasterii S. Emmerami confirmat.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Omnipotentis, Ludovicus divina favente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui Divina sumus gratia quodammodo cæteris mortalibus sublimati,

mati, ejus in omnibus parere præceptis, cujus clementia exiſtimus prælati, atque cujus præcellimus munere, loca utique ipſius ſibi *dicata* ante omnia noſtris rebus ſublimare, atque dilatare; *quoniam* hoc procul dubio ad ſalvationem corporis & animæ noſtræ fore creditur. Idcirco oportet nos ob amorem Domini noſtri Jesu Chriſti, & Matris ejus Mariæ invidiam deſtruere malignorum ſpirituum & hominum, quam nolumus manere, quæ eſt in Ratispona civitate inter Eccleſiam S. Stephani Protomartyris, ubi modo ſedes Epiſcopalis eſt, & inter Eccleſiam S. Emmerami pretioſi martyris juxta muros ejusdem civitatis, ubi Cathedra erat Pontificis, usque dum Pater meus Karolus magnus, anno ab incarnatione Domini DCCXCVIII. cum auctoritate Leonis Papæ *deſtruxit*, & *cum conſenſu* Adalwini Epiſcopi ejusdem civi*tatis in civitatem ſtatuit*, & confirmavit Eccleſiam pretioſi Martyris Emmerami recta ratione ad poteſtatem Imperatorum ſive Regum pertinere, & Rectorem ejusdem Cœnobii unoquoque anno Romam perſolvere VII. aureos ad altare S. Petri. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet futurorumque ſolertia, quod nos confirmamus eandem Eccleſiam cum auctoritate Eugenii Papæ, absque omnium hominum contradictione, omni tempore permanere in regimine Imperatorum ſive Regum, & eundem cenſum ad Romam dare, & ea videlicet ratione confirmamus; ut neque Dux, neque Epiſcopus *ullam* poteſtatem habeant intus & foris; ſed totum, quod ad eandem *Eccleſiam* pertinet, in jus & dominationem S. Emmerami Martyris, proviſorumque ejus tradimus, atque transfundimus, & per hoc noſtræ auctoritatis præceptum plenius in Dei Nomine confirmatum, nullo inquietante, ſed Deo auxiliante ad ſervitium Sanctæ Mariæ, & S. Petri, Sanctique Emmerammi Martyris, Monachorumque ejus, qui ibidem Domino famulantur, omni tempore absque ullius contradicentis obſtaculo tradita, & firmata permaneant. Et ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora meliùs conſervetur, cum Sigillo Papæ, & de annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Nota 1. Diploma iſtud *Mendoſum* eſt, non tamen à Falſario confictum, uti *Heumannus* in Commentario ſuo, de Re Diplomat. §. 90. num. 19. putat. Mabillonius illud mendoſum dicit lib. 2. de Re Diplom. cap. 4. num. 8; ait enim: *Unum ex his* (o) MENDOSUM VIDETUR, quod Hundius tom. 1. Metropol. Salisburg. pag. 224. exhibet. Quare autem *mendoſum*? ſcil. ob Interpolationem annorum ibi factam. Vide, quæ paulò poſt dicemus. Ipſe tamen Mabillonius citato mox loco, humanum quid paſſus eſt; Loquitur enim ibi de *Ludovici Pii* filiis, queis initialibus formulis illi uſi ſunt? Diploma autem, cujus initialem formulam (hoc loco) ex Hundio affert, & quod *Mendoſum* vocat, non eſt Diploma *Ludovici Germanici*, *Ludovici Pii*, filii, ſed ipſius Ludovici Pii; ait enim in his litteris Ludovicus: (*Pater meus Karolus*: Karolus autem, fuit *Ludovici Pii* PATER, & AVUS *Ludovici Germanici*. Ex ſubſequentibus poſtea *Arnolfi* Imperatoris, & *Ludovici* filii Arnolfi, Diplomatibus, veritas hujus Diplomatis patet; in his enim (Arnolfi, & Ludovici filii) litteris, mentio fit Confirmationis LIBERTATIS Monaſterii S. Emmerami, ſub *Ludovico Pio*, & *Eugenio Papa* factæ. Autographum iſtud, cum aliis de libertate Monaſterii S. Emmerami loquentibus litteris, ablatum eſt. Vide litteras Hartwici Epiſcopi Ratisbonenſ. inferiùs afferendas.

Nota 2. Legitur hoc *Ludovici Pii* Diploma circa finem codicis noſtri Diplomatici, Sæculo XI. exarati. Hinc facile contingere potuit, ut exſcriptor, (qui inter priora Diplomata in Cartularium inſcripta, Ludovici Germanici plures litteras exaraverat,) initialia *Ludovici Germanici*, minus attentè, pro initialibus formulis in litteris *Ludovici Pii* uſitatis, poſuerit. Formulæ initiales litterarum Ludovici Germanici ſunt iſtæ: *In Nomine Domini noſtri JEſu Chriſti DE Omnipotentis Ludovicus Divina favente Gratia Rex.* Ludovici Pii autem formulæ initiales tales erant: *In Nomine Domini DEI, & Salvatoris noſtri JEſu Chriſti Hludovvicus Divina Ordinatione*, vel *propitiante providentia*, aliquando, *Clementiâ*, *Imperator Auguſtus*. Vide Mabill. de Re Diplomat. lib. 2. cap. 3. num. 13.

Nota 3. Interpolatum hic etiam fuiſſe Annum Incarnationis DCCXCVIII, manifeſtum eſt; Formula enim iſta (*Annorum Incarnationis*) nunquam in Ludovici Pii Diplomatibus, Eccleſiæ vel Monaſterio cuidam datis, legitur; licet in quibusdam *pro Re publica*, & *in rebus ſummi Momenti* editis Diplomatibus, cùm ipſe Ludovicus, tum Carolus Magnus hac formulâ uſi fuerint. Mabill. de Re Diplomat lib. 2. cap. 26. num. 4. Puto, Antiquarium ad majorem explicationem temporis &c. hanc formulam interpolaſſe. Sigilla plum-

plumbea jam ante *Eugenium* Papam à Summis Pontificibus adhibita fuisse notat Mabillon. de Re Diplomat. lib. 2. cap. 14. num. 9. & 10. Quale hoc *Eugenii* Papæ (cujus in Diplomate mentio fit) sigillum fuerit, cùm Autographum desit, asserere non valeo.

Nota 4. Mortuo *Adalwino* Episcopo Ratisbon. (mortuus est Anno 816.) *Bathuricus* successit, qui Monasterium S. Emmerami, rursus sibi subdere conatus est. Ejus ausibus obviare cupiens *Ludovicus Pius* Imperator, tunc cum filiis suis adhuc pace utens, Diploma hoc, confirmante *Eugenio* Papa, Monasterio S. Emmerami dedit. Quo anno? ignotum est. *Eugenius Papa* fuit, ab Anno 824. usque 827. Flagrantibus postea *Ludovicum Pium* inter, & ejus Filios Discordiis, Episcopi hac Discordiarum occasione comodè utentes, Monasterium S. Emmerami sibi appropriabant, nullo admisso Abbate, *usque ad tempora S. Wolfgangi.*

Num. V.

Commutatio inter *Apollonium* Abbatem & *Erchanfridum* Diaconum.

Ex Codice Traditionum. Sæculi IX.

IN Dei Nomine, Placuit atque convenit inter Venerabilem virum Apollonium Abbatem, nec non & Erchanfridum Diaconum, ut aliquas res pro communi utilitate & compendio inter se commutare deberent, quod & ita fecerunt. Dedit igitur Abpollonius Abbas ex ratione Monasterii sui *Perga* unà cum consensu & conhibentia Monachorum, in eodem Monasterio degentium etiam per licentiam Domni *Hludouuici* Regis memorata Erchanfrido Diacono ad suum proprium habendum in pago, qui dicitur Tonahgeuui in loco vocabulo *Ginginchova*, id est, terra culta, & inculta, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, adjacentiis, perviis Exitibus & regressibus, quæsitum, & ad inquirendum, vel quantumcunque prænominatus Abpollonius Abbas ibi in loco ex suo beneficio habere videbatur, & econtra in compensatione harum rerum dedit præscriptus

ptus Erchanfridus Diaconus de rebus proprietatis ſuæ in eodem pago Tonahgeuui in loco, qui dicitur Scampah eidem Abpollonio Abbati ad partem Monaſterii ſui perpetualiter tenendum idipſum terra culta & inculta, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, adjacentiis, perviis, Exitibus & regreſſibus, quæſitum, & adinquirendum, vel quicquid inibi ex ſuo proprio legaliter habere videbatur. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas, in manibusque bonorum hominum roboratas, inter ſe fieri & affirmare rogaverunt; ut unusquisque in futurum hoc, quod à pare ſuo accepit, teneat, atque poſſideat, & faciat exinde, quicquid ſibi libuerit, & taliter inter eos hìc inſerere placuit, ut ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quælibet oppoſita, aut emiſſa, ſeu ſubrogata perſona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ Kartulæ uno tenore conſcriptæ eſſe videntur, venire tentaverit, aut eam per quodlibet ingenium inrumpere conatus fuerit, inferat parti contra quam litem intulerit, diſtringente fiſco, auri lib. II. argenti pondera V. coactus exſolvat, & ſua repetitio nullum obtineat Effectum; ſed præſens Commutatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum Reganesburc Civitate ſub die VII. Kalend. April. Vzzand, Deotrih, Strupo, Egilolf, Vuerilo, Hartuuig, Hiltiroh, Rodhart, Vnolz, Erchanperht, Haguno, Ishad, Vualtunc, Trogo, Eckihart, Hartmot, Florenti, Folcpold, Iſanhart, Avo, Vualto, Deothart.

Nota. Hanc *Appollonii* Abbatis cum *Erchanfrido* Diacono commutationem, ex libro Traditionum Sæculi IX, ideo exhibendam duxi, ut ea, quæ in hiſtoria, pag. 127, 128, 132, de Primis Abbatibus S. Emmerami dicta ſunt, confirmentur, ſcil. *Appollonium* ad finem Sæculi VIII. conſtitutum fuiſſe, Primum Abbatem ad S. Emmeramum. Iſta commutatio *Appollonii*, dein ſub *Ludovico* Rege, Caroli Magni filio, facta fuit. Vide etiam pag. 132. (l) Notandum etiam eſt, *Appollonium* Primum Abbatem, hanc commutationem feciſſe, per *licentiam Hludouuici Regis*, nulla facta mentione de conſenſu *Adalvvini* Epiſcopi.

Num. VI.

Traditio Richpaldi Abbatis ad Sezpah.

Ex Codice Traditionum Sæculi IX.

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Igitur in Dei Nomine ego Rihpaldus Abbas tradidi hæreditatem meam, quam habui ad Sezpah & ad Niuuinhuſum in manus Abbonis, & Engilmonis, & Iſandeonis, & Paldrici, & Ratolfi, & Anoni; ut ſi ego mortuus fuiſſem in iſto itinere ad Palatium eundo, tunc ipſi viri hæc omnia pro anima mea ad S. Emmerammum tradidiſſent, *petoque Adaluuinum Epiſcopum* vel ejus ſucceſſores, ut hæc *duo loca*, id eſt, ad Sezpah, & ad Niuuinhuſum ſemper ad S. Emmerammum ſerviant, & nemini in beneficio donentur, & manentes ipſi non mutentur, ſed maneant in locis ſuis & ipſa mancipia. Defuncto vero Rihpaldo Abbate, venit Abbo, unà cum Paldrico & Ratolfo, ſimiliter & Anno ad S. Emmerammum, & eandem traditionem, quam Rihpald Abbas in eorum manus poſuit, tradiderunt S. Emmerammo pro Rihpaldi Abbatis animæ mercede æterna, & veſtierunt caſam S. Emmerammi de omnibus quæcunque tradiderunt, id eſt, manentes XIV. ad Sezpah; ad Niuuinhuſon IV. cum mancipiis & domibus, curtes ſimiliter & terras, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, mobilibus & immobilibus. *Omnia* culta vel inculta; omnia. Nihil prætermiſit Rihpald Excepto hobas III. quas concambiavit cum Meginhardo Abbate; hoc tantummodo prætermiſit. Et ideo ego Rihpald tradidi hoc in tam multorum manus hominum, id eſt ſex hominum, ut quicumque ex his voluiſſent, tam unus, quam duo, ſive tres, ſeu omnes ſimul ad Sanctum Emmerammum tradendi liberam poteſtatem in omnibus habuiſſent. Poſt hæc vero venit Abbo, & Paldrih, & cum eis Ratolf & Ano, & Veſtierunt Immonem advocatum Adaluuini Ep. & Vuicrammum Presbyterum & Præpoſitum de his duobus locis, hoc eſt, ad Sezpah & Niuuinhuſon, & conceſſa ſunt hæc loca. Ad Sezpah ſedebat Ratolf Monachus cum ſervis Domini Epiſcopi Adaluuini; ad Niuuinhuſon Vuicrammus Præpoſitus. Precabatur etiam Rihpal-

dus Abbas ad Adaluuinum Epiſc.; ut in ipſa Marca una Eccleſia fabricari debuiſſet, hoc eſt, ad Sezpah, & ibidem poſuiſſet aliquem Sacerdotum qui ibidem cantet, & cum omnibus S. Emmerammo ſerviret. Præſentium Nomina, qui viderunt: Erchanperht Diaconus, Reginperht Diaconus, Vuelto Clericus, Heriperht Clericus, Pillinc, Frumolt, Cunthart, Paldmot. Ad tumulum S. Emmerammi factum eſt hoc. Iſti ſunt qui viderunt; quòd Rihpald tradidit in manus Abbonis & aliorum, quod ſupra diximus, hæreditatem ſuam: Gerhart, Liutperht, Engilperht, Pillunc, Ogaſt. Hæc ſunt Nomina teſtium, qui per aures tracti ſunt: Chuniperht, Ambricho, Pillunc, Immo, Crimuni, Fridoperht, Erchanperht, Hadamar, Gerpald, Toto, Sipihho, Vuolfpero, Adalrih, Vnolz, Huno, Altiperht, Hegilo, Vuiclant. Facta fuit hæc traditio ad Cundareshuſon Anno DCCCXIV. Incarnationis Domini Noſtri Jesu Chriſti; Anno ſecundo imperii Domini Hludouuici Auguſti. Indict. VII. V. Kal. Nov. die Dominico. Facta veſtitura ad S. Emmerammum die lunæ, quod eſt XII. Kal. Decemb. in ipſa Eccleſia S. Emmerammi. Ellinhart Diaconus juſſus à Domino meo Adaluuino Epiſcopo ipſam traditionem ſcripſi.

Nota. Cùm iſta Traditio *Richpaldi* Abbatis ad S. Emmeramum, facta fuerit ſub *Adalvvino* Epiſcopo, Anno Incarnationis DCCCXIV, confirmantur dicta in hiſtoria pag. 128. ſcilicet, quòd *Richpaldus* Succeſſor Appollonii Abbatis fuerit, qui Anno 814. mortuus eſt. Vide in hiſtoria. pag. 189. De iſta Traditione, in fine (DE ADVOCATIS &c.) recurret ſermo.

Num. VII.

Traditio Richpaldi Abbatis.

Ex Codice Traditionum Sæculi IX.

QUoniam priſcis temporibus nobilis quidam vir, nomine Richpald Abbas, & amita ejus, nomine Deotlind tradiderunt Deo & S. Emmeramo res proprietatis ſuæ pro remedio

medio animarum ſuarum, quicquid habuerunt ad Phetarach ſive ad Yunpinpach ſeu ad Ahu, quod poſtea ipſe Richpald voluit complacitare nepotibus ſuis Engilmone, & Iſandeone, ſed non perfecit, quodque ita ab eis fuit injuſte abreptum de poteſtate S. Emmerammi, quodque Baturicus Epiſcopus & Advocatus ejus *Immo* exquiſierunt ab eis in mallo publico ad Pheterach coram Gotafrido Comite, multisque aliis ibi præſentibus, & illi lege cogente hoc ipſum totum reddiderunt Baturico Epiſcopo & advocato ejus *Immoni*, & idem *Immo* inde ab eis Veſtituram accepit. Sed poſtea eorum fuit petitio, aliorumque bonorum hominum; ut hoc ipſum iterum eis in beneficium concederetur. Quodque benignitas Baturici Epiſcopi eis noluit denegare, ſed *ita illis conceſſit hoc in* beneficium usque ad Dies vitæ ſuæ contra cenſum condignum, & hoc fecit unà cum conſenſu Congregationis S. Emmerami, & illi accepto inde beneficio ab Epiſcopo Baturico, & ab Advocato ejus Immone vuadiaverunt inde cenſum quatuor ſolidorum annis ſingulis perſolvere ad Feſtivitatem S. Emmerammi, & Nullam inde negligentiam facere, Nullamque amplius controverſiam ullo modo paſtoribus S. Emmerammi, neque familiæ ejus. Quod ſi facerent, ſecundum legem omnino componant, neque ullo modo habeant poteſtatem hoc de ipſa caſa Dei alienare, ſed meliorare, quantum prævaleant. Et ideo inde duas Cartulas uno tenore conſcriptas ad firmitatem atque memoriam poſteris fieri decrevit ſupradictus Epiſcopus. Et iſti ibi præſentes erant, qui hoc viderunt, & audierunt: Odalphert, Salahho, Immo, Rihhart, Pillinc, Cundalperht, Marcho, Otger, Mauri, Adalger, Puoſo, Hopi, Ritant, Vuichart, Cundfrid, Engilpald, Adalperht, Appo, Antrih, Vuiniho, Atto, Cotaperht, Sigiperht, Ratperht, Truhthad, Ratolt, Ratolf, Amalrih, Vuolfbero, Ratpald, Nidhart, Egino, Berehttolt, Vualdger, Raholf. Actum eſt hoc ad Reganaspurc Anno Incarnationis DCCCXXII. imperii vero Hludouuici octavo, ad Miſſam (*) Sancti Martini, indictione prima, tertia feria, & ego Dignus Nomine ſcripſi hanc cartam ad Confirmationem Jubente Baturico Ep.

Com-

(*) In Feſto S. Martini. Vide Gloſſarium Du Cange, verbô: MISSA.

Commemoratio brevi ſermone Concluſa de hæreditate Rihpaldi Abbatis quam tradidit ad S. Emmerammum in locis his, id eſt, ad Ahu, & ad Ypinpah, ſive ad Pheterah, quamque poſtea Engilmon, & Iſandeo invaſores injuſti reddiderunt Immoni advocato S. Emmerammi, ſecundum quod placitatum habuerunt, perſolvendo per ſingulos annos in cenſu ante Cotafridum Comitem, id eſt: quatuor ſolidorum: Actum autem coram his omnibus, id eſt: Gamanolf, Salaho, Sahſo, Adalrih, Reginhart, Vuichart, Kerrih, Erchanpald, Rihlant, Frehholf, Giſalfrid, Engilpald, Odalſcalc, Herigoz, Staracholf, Rodicho, Vuolfrid, Adalo, Heimo, Cundbertus, Cozzol, Frumolt. Miſſi enim ſunt ibi in his locis ad poſſidendam Veſtituram iſtam hi tres homines noſtri: Cundperht ad Ahu & Stephanus Clericus ad Jupinpah, Cadenchilo ad Pheterah hanc Veſtituram conſedit. Et ita finita ſunt placita hæc, & revocata in Concordiam.

Num. VIII.

Sigifridus Abbas tradit Hæreditatem ſuam in Lautterbach ad S. Emmeramum.

Ex Codice Diplomatum.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Dum nos Divina Clementia in præſenti ſeculo gubernat, oportet, ut de futuro etiam cogitemus; ac dum in noſtra poteſtate res noſtræ conſtare videantur, eas ob amorem Dei ad loca Sanctorum manu & voluntate propria condonemus; ut, cùm pius examinator in Judicio venerit, exinde mercedem habeamus. Quàm caduca enim ſunt hujus vitæ tempora, quamque citò finiuntur! Ego indignus ſervus ſervorum Dei, Abbas Sigifridus mente, ac corde pertractans, inſcius, quid ventura nam pareret dies, ſubitò animo incidit; ut ſalutem animæ meæ, patris, nec non & genitricis, cæterorumque quorum datione & auxilio locus idem conſtructus eſſe cernitur, juxta flumen *Ilma*, in Dei amore, & B.

Bene-

Benedicti trado ad Sanctum Hemmeramum propria mea, quæ hæreditario jure mihi ſucceſſerunt, hoc eſt: primitus ad *Dluti-rinbach* (modò *Lautterbach propè Geiſenveld*) Eccleſiam cum curte, & domo, & omni quod ædificio cum manentibus & ſingularibus mancipiis, cum terris, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, ealarumque decurſibus, quicquid etiam dici poteſt, tam cultum fuerit, quàm incultum. Nam Beffonem, & uxorem ejus, Mezhildam, Balduinum, & Kerſunidam ejus uxorem ſimul in uno domo manentes, per meæ manus dationem cum mancipiis ſuis Wunigodo Mezhildam, Hittam quoque, ac Bobilam contrado ad S. Hemmerammum, ubi venerabilis vir Baturicus Abbas & Epiſcopus præſens Rector eſſe videtur. Item Elilandum cum uxore ſua *Rutruda*, Vvaalthadum, Viam, & Folchildam, cum omnibus ad ſe pertinentibus ſimili modo condono, tertium adnectens manentem Rihbertum nomine, & Odilam uxorem ejus cum mancipiis his: Alla, & Meginraat item Alla. Quartum etiam dono, nomine Biubgiſum & Brunhildam, Hrudhardum, & Vuolfmotam. Quintum verò, nomine Vuolfbertum, & Deothildam uxorem ejus, ſimiliter, ut ſupra notatum eſt, cum mancipiis his: *Aſila*, Drudolf, Faſtmunt, ad præfatum locum condono. Ceizfridum quoque, & Tagabirgam uxorem ejus. Nec non Vuolfhardum, & Aſilam, & Rihfridum. Septimum verò Berittgiſum & Vuolfburgam uxorem ejus, nec non & Vueſtrahiltam. Octavum verò Ebarhardum, & Deothildam uxorem ejus, atque Buomannum, Bettam, Vuolfbrinnam, & Vualtbrinnam. Nonum quoque Berthridium cum uxore ſua Berhtheida, nec non & Vuſchmundum, Hortholfuum, & Vuolfihildam cum omni poſſeſſione ſua. Decimus verò eſt Albuni, & Irphila uxor ejus, Werinris, Adalfrid, Rihſuind, Mahtleip, Rihfrit. In undecima domo eſt quidam ingenuus Faber, Afbaldus nomine, cujus uxorem & infantes donamus. Nomen uxoris Kiſa, & infantes ſunt *Liubuni*, & Engilburc. Sed & nomina mancipiorum intra domum hæc ſunt: Rihheri, Herirat, Adalfrih, Ruodmund, Albrih. Meginheri, Fatuni, Cundheri, Wolfperht, Rihhart, Adnheri, Rantuuic, Oſtheri, Vnalthart, item Denegio, Denchila, Atta, Berhtflat, Liuplind, Harcmot, Adalhilt, Haſnat, Aotuuh, Albuniz, Frideric, Haatburc, Suidburc, Amalthrud, Berhuuar,

Berhuuar, Liupdrud, Rathrud, Randni, Suanahilt, Adalburc, Roduuar, Etkilind, Vuentilſuuind, Bertha. Item etiam, ut ſupra trado ad *Bevinhuſon* Eccleſiam cum domo, & curte, & omni ædificio cum manentibus ſeu mancipiis. Primum Liubrandum, & Regeinhiltam uxorem ejus, Erinbertum, Vueribertum, atque Rihſwindam; item Ecotmarum & Adalrinam uxorem ejus, Bunno, item Adalbirin; item Vuinibaldum, & Vuillihiltam, Vuolfmundum quoque, & Cunduuaram uxorem ejus una cum his: Vudamot, Hermot, Adalfrid, Aotlind, Berani, Batahilt, Mereburc. Similiter Engiradum, & Erchandrudam uxorem ejus, & Rihhiltam, Henricum quoque cum omni poſſeſſione ſua. Cujus tamen uxor non eſt mea. Infra verò domum ſunt hæc mancipia: Adnfrid, & uxor ejus Irmintrud, Atto, Erih, Nidrih, Niphfthart, Cundolf, Tatila, Albni, Reguuih, Bertihart, Herhi, Sumuni, Ludcgis, Kiſalmot, cum omnibus, quicquid in eodem jam dicto loco videor poſſidere eodem modo, ut ſuperiùs per omnia ſunt comprehenſa. Similiter ad *Ilme* vico trado Eccleſiam cum his, qui adjacent absque domo, per omnia, ut ſupra, id eſt: Berafridum, & Engilwiham, nec non & Erpholdum, Deotwiham quoque & Rihdrudam; item Vualdolfum, & uxorem ejus Beraniam una cum Vuichario Reginhiltam, & Rihharto, Vuillihadum quoque & uxorem ejus Rodlindam, atque Sigifridam, & Ablindam; nec non & Holfum, & Hittam uxorem ejus cum Vuolfhario & Totila. Ad *Rodgeltingam* verò ſimiliter Eccleſiam cum domo & omni ædificio, mancipiis, & manentibus, id eſt: Vuolfbero, Adalhilt, Vuolfrmunt, Ratliub. Item Reginhelmum, Kerhardum, Reginhel, Frewihib. Dabo etiam Irminbartum, & Atta uxorem ejus, Matonem, & Aldrunam. Item Rihhelmum, Blidkerum, & Amalbirgam, Rihmundum quoque Ceizwiham, & Lanzonem, ſimiliter Vuolfuni, & uxorem ejus Reginleibam, Betonem, Humbertum, Sigidrudam, & Erchandrudam atque Engildrudam, item Sigidrudam & Magantiam, ſeu Cundwiham. Unde & trado Vuaningum cum Ceizuura cum uxore ſua, cum Freidone, & Taomgiſo, Randrud, Rizla, Rihflata, Reginflat. Item Liubunam & uxorem ejus Kerswindam, & Adalbero, Adalhart, Cotacalc, Hunburc, Deotburc. Hæc ſunt mancipia in domo: Arnihho, Liubker,

Hor-

Horſerat, Ratilo, Berades, Hecwilind, Ilina, Vueltinſwid, Hiltibirc, Frewipreht, & per omnia, ſicut ſuperiùs notatum eſt. Ad *Tomalingun* caſam & domum cum ædificio cum Malabald, & Gallana, Engilberto, & Vhhana, & mancipia in domo Ludigis Kerhelint, Cunrio, Heredrud, Atta, Samdrud. Ad *Hittinboven* domum & curtem, & mancipia in domo Hugileih, Immo, Alphaſt, Ceizo, Hanetini, Ediram, Vueltinſwind, Raodrud, & per omnia ſunt & ſupra. Ad *Vueſtinſteri* etiam Vſſonem, & Juſtinam ſororem ejus, nec non & ad *Phaldorf* caſam cum curte, & mancipia Vuaning, Rodamra, Billunc, & Tafolchuni, & item Folchuni, & reliqua, ut ſupra. Ad *Suabiluuis* ergo Albradium cum uxore ſua Egilberta, & fratrem Albrati, *nomine Sigoldum*, *Bilihilt*, & Caozbirc. Sed & ad Monaſterium *Ilmæ* dono mancipia iſta, id eſt: Vuenilo, Berhtker, Ceizuni, Caozrat, Eotheri, Rodolt, Vicram, Herimaot, Nordperht, Matholf, Vuolfkrim, Deotperht, Vuoluuolt, Betoca, Ozberht, Regeifrid, Adalminti, Alo, Vuolfgrim, Adalolf, Aotker, Adalrih, & Regina uxor ejus, & ejus filius Altricus, Naoſra, Albhilt, Keruuih, Vuelheid. Sunt quoque in eodem loco molendini tres, quos ſimili ratione ad S. Hemmerammum, ut ſæpe ſuprà denotatum eſt, per propriæ meæ manus donationem confirmatos eſſe decerno; ita tamen, ut, dum ipſe in præſenti vita ſuperſtes extitero, omnia, quæ ſuprà oſtenſa, in ea poteſtate *absque omni* conamine perdurant. Placuit etiam mihi una cum *Venerabili viro Batrico* Epiſcopo & Abbate loci ejusdem, ut ſi aliquis de parentibus meis talis Dei gratia largiente evenerit, ut ejusdem Monaſterii Pater defuncto me poſſit exiſtere, vel alius quilibet ex eadem congregatione, ut prædictum locum, ſicut præfatus ſum, habeat in poteſtate, & cum omnibus ibidem huic loco aſpicientibus ad Sanctum, & Venerabilem locum *B.* Martyris Hemmerammi & venerando Baturico Ep. vel etiam ſucceſſoribus ſuis caput inclinet, ſervitiumque perſolvat. Quod ſi talis in eodem loco fortè non fuerit inventus, qnemcunque idem Rector ex Monaſterio Martyris jam dicti voluerit, eidem loco Magiſtrum inponat. Hæc omnia quoque, ſicut ſupra nominavi, pleniter tradidi in ea ratione, ut mihi Beatus Baturicus *Ep.* ad dies vitæ meæ in beneficio habendum concederet, ut

quicquid ipſe in loco, nuncupato *Lutrinbah* videtur de parte Sancti Emmerammi poſſediſſe, id eſt manentes, caſam dominicatam cum curte, & Eccleſiæ, cum omnique reliquo ædificio; quicquid ibidem aſpicit tam in mancipiis ſingularibus, quàm in manentibus, videlicet terris, pratis, campis, ſilvis, paſcuis, & quidquid ad eundem locum pertinet, exceptis hobis, quas Deotili, & Altuuart, & adpenditiis ſuis de Sancto Hemmeramo in beneficio tenere ad præſens videatur, has quoque prætermiſſas habemus. Nam manentes ipſi hic per nomina deſcribuntur. Primo Iſanman cum Deotuuiha, & infantibus duobus Selbrat, & Burſuuind cum infantibus tribus & eorum mancipio uno, Kiſal quoque & Fiaſpurc cum uno infante, Vuerinborht, Liuthirg, & Adalolt filius eorum, Meginbald, & Vuahhila uxor ejus, Amalunc & Raatlind cum Rihbaldo Patre, & Matre Liupdruda, Eparhart, & Engilſunit cum infante uno & fratre Eparhardi, Kerbald & uxor ejus cum infantibus duobus, Sindrih & Egina cum filiabus II. Berafrid & uxor ejus, & quinque infantes. Brunic & uxor ejus & Ratolt, & Caozbirc uxor ejus cum infantibus tribus, & Aotmunt & filia ejus Lantſind, Waltheri & Froraat frater ejus, Vualtherht, & Aothilt, & Vuolfleis, & uxor ejus, Herideus quoque ſine infantibus, habens mancipium unum, Herhart, & Folchilt, & Sigebaldus, & Loba uxor ejus, & puella I. Ratgoz, & Rantheid cum ſorore ſua, Traoſtilo, & Adaldrud & infantes IV. Burcſuind cum infantibus III; nam Viſichart Scutarius & Eburmvi & uxor ejus Farani ſunt ſine filiis, non habentes hobam; & hæc mancipia ſunt: Bervendarum, id eſt: Erbho, & Raatuuih, Aetko, & Imina, Reginhart, Meginperht; item Elis, & uxor ejus, Albger, Deonaot. Hos enim omnes, qui ſupra ſcripti ſunt, ego Baturicus Epiſcopus ad dies vitæ ſuæ venerabili viro, Abbati *Sigifrido* in beneficio concedo in hac convenientia; ut hoc placitum, inter nos conditum, ſtabile permaneat in perpetuum. Unde & convenit mecum jam præfato venerabili Epiſcopo Baturico, vel ſi ipſe, vel quilibet de ſucceſſoribus ejus, hanc rationem voluerit inmutare, ipſumque beneficium à me ſeparare, tunc licitum ſit etiam mihi mutato placito meam traditionem dare ad locum, quemcunque ipſe elegero, & ipſe per omnia ex his rebus libero fruar arbitrio, ſicut & egi,

priusquam traditionem aliquam & hinc fecerim, propriam habui poteſtatem; & quod de dominatione Sancti Emmerammi ego accepi, ad eundem locum per omnia revertantur. Hi ſunt teſtes, in quorum præſentia iſta facta ſunt, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo viceſimo; quarto quoque venerabilis viri Epiſcopi Baturici, anno quoque Domini noſtri Sereniſſimi Imperatoris Auguſti Hludouuici ſeptimo, indictione undecima, die Dominico, quartaque Nonas Decembris. Et ſunt iidem ipſi per omnia teſtes adtracti juxta legem Bauuariorum: inprimitus Rumolt, Adalperht, Adolf, Crimuni, Meiol, Ekkerih, Hahart, Heribald, Amalpreht, Ratolf, Catapreht, Avo, Balderih, Jacob, Iſambarto, *Adalbald*, *Vuirut*, Deotili, Alduuart, Copreht, *Vuelagron*, Iſangrim, Viutol, Sahſo, Mezli, Sigipreht, Erchanmar, Cozuui, Vnlaatz, Heriolt, Erlung, Memmo, Eccho, Egino, Vuerinbald, Rihhart, Heraotpreht, Erchanbreht, Heripreht, Aotbreht. Actum publicè in Eccleſia Beati Hemmerammi ante ipſum Altare, ubi ejus corpus ſpecioſa quiete, Beato Baturico præſente requieſcit, feliciter in æternum. Itaque in Dei nomine Ellenhardus Diaconus juſſione Domini Baturici Epiſcopi ſcripſi traditionem iſtam Anno Domini D. CCC. XXI. Apud urbem Regenesburc VI. Id. Febr.

Nota 1. Hæc traditio legitur in noſtro Diplomatum codice. Cur hanc *Traditionem* exſcriptor inter Diplomata poſuerit? neſcio. Extat alius Codex *Traditionum* vetuſtiſſimus in noſtro Archivo, quem R. D. P. Pezius tom. 1. Anecdot. parte III. evulgavit. Ex iſta *Sigifridi* Abbatis traditione ea confirmantur, quæ in hiſtoria pag. 45. 46. de Origine Monaſterii S. Emmerami ſcripſi; *Sigefridus* enim, ſe ABBATEM dicit eo ipſo tempore, quo BATHURICUS Epiſcopus ABBATIS titulo uſus fuit. Facta eſt traditio iſta anno 820. ſcripta anno 821. *Bathuricus* Succeſſor *Adalvvini* Epiſcopi, ea, quæ à CAROLO Magno cum auctoritate LEONIS Papæ, & ab Anteceſſore *Adalvvino* facta fuerant, minime ſuſtinens, Monaſterii S. Emmerami Regimen & Abbatis titulum ſenſim uſurpavit. Hinc *Ludovicus Pius*, *Caroli Magni* filius immunitatem Monaſterii ab *Eugenio* Papa renovari petiit, ipſéque Monaſterium ſuæ Imperiali Majeſtati ſoli reſervavit.

Nota 2. Colligitur ex hac traditione, & aliis plurimis chartis, horum temporum conſuetudo: Scilicet; offerebant fideles bona ſua Eccleſiis & Monaſteriis, ſed ea in *Emphyteuſin*, vel *feudum* rurſus ſibi

bi concedi rogabant, ita tamen, ut Ea bona, poſt ipſorum mortem, Eccleſiæ, vel Monaſterio, cui devoverant, propria reſtituerentur. Hujus conſuetudinis teſtes ſunt, tot *Præſtariæ*, & *Precariæ*, in vetuſtis Carthulariis obviæ. *Precaria* juxta *Sirmondum* & *Voſſium*, dicebatur Charta à *Petitore* talis boni data, dum bonum ſibi aliquod concedi petebat; hanc Chartam Dominus Directus hujus boni adſervabat. *Præſtaria* juxta eosdem erat Illa Charta, quam Epiſcopus vel Abbas *Petitori*, in teſtimonium boni conceſſi tradebant. Vide Diſſertationem XXXVI. *Muratorii*. Donationes bonorum, à fidelibus Eccleſiæ, vel Monaſterio, Præſente Epiſcopo, vel Abbate, tanquam publicis teſtibus, fiebant.

Nota 3. Alius quoque hiſce temporibus; bona Eccleſiæ, vel Monaſterii, (imo ipſas Abbatias) aliis in Beneficium concedendi mos invaluit, dum Reges, ut ſuorum Magnatum fidem & Dilectionem ſibi confirmarent; vel, ut alios ad ſuſtinendos in bello labores accenderent, iisdem talia bona, & Abbatias in Beneficium concederent, largi & Benefici in alios, rei alienæ donatores. Multa de his vide apud *Thomaſſinum* de *Beneficiis*, ſeu *veteri Diſciplina* parte 2. lib. 3. cap. II. & ſeqq. Epiſcopi quoque non pauci, ob majorem Eccleſiaſticorum proventuum Copiam, Regum favore abutentes, non rarò, Sibi Conferendas Abbatias curabant, quibus ſub ſpecie *Beneficii*, *feudi*, aut *Commendæ* fruebantur, dum vita fruerentur, quod facile à Regibus quibusdam obtinuerunt, ut (cùm hi bellorum & diſcordiarum motibus urgerentur,) ipſis fideliores perſiſterent. Fuerunt tamen Epiſcopi, qui, dum Abbatias ſilentibus, conniventibus (ob cauſas priùs allatas) Regibus uſurparent, ſtimulo quodam Religionis premebantur, ut divino Cultui & Monachorum rebus, ex parte aliqua, conſultum eſſet. His (Epiſcopis) ſatis erat, Abbatem agere, & emolumenta legitimorum Abbatum percipere: Jus (bona Monaſterii commutandi, prædia, curtes, aliave in Emphyteuſin concedendi) ſibi ſervabant. Monachi ſub Præpoſito Monaſterii officia Eccleſiaſtica perſolvebant, ſacris templis de decore nihil peribat. At fuere quoque alii, qui, factis Reddituum Monaſterii partibus, eam partem Monachis reliquerunt, ut pauperum annonam tantùm haberent, & neceſſaria ſibi aliunde quærere cogerentur. Vide verba *Arnoldi* noſtri ſuperius in hiſtor. pag. 43. 44. Nota tamen, multa à quibusdam Epiſcopis *Ratisbonenſibus* illorum temporum, S. Emmeramo tributa eſſe, uti expreſſis verbis *de Michaële* Epiſcopo Arnoldus ſcribit: vide Henrici Caniſii Lectiones antiquas, apud Basnage tom. 3. pag. 116. cap. XVII.

Nota 4. Varia in hoc Traditionis inſtrumento, Virorum, Mulierum, Filiorum, Mancipiorum &c. leguntur nomina, *cognomina* nulla.

nulla. (Nisi *Asbaldus ingenuus Faber & Visichart Scutarius.*) *Cognomina* his temporibus necdum in usu erant. Pro humanæ conditionis & conversationis necessitate singulis erant nomina, raro autem Sanctorum nomina, sed ex rudi linqua pro more horum temporum derivata. Sæpius, adultis tantùm, Baptismus collatus fuerat, ideo pro necessitate ante Baptismum nomina singulis dabantur. Sæculo tandem XI. *Cognominum* usus frequentari cœpit. Mirari nemo satis potest hanc veterum in usu cognominum negligentiam. Inde enim tantæ in Veterum historiis tenebræ, dum solo nomine, quod pluribus quandoque idem erat, homines ab aliis in historiarum libris dignosci nequeunt. Nobiles, primi *cognomina* sæculo præmemorato, ùt plurimum induxerunt; ut facilius suas familias designare possent. Ignobiles, posterioribus primum sæculis, illa adhibuerant. Illi à Loco Dominationis suæ, vel feudo, Patriâ &c. cognomen, pro discriminanda *sua familia* desumpserunt; licet Nobiles occurrant, qui in talia *loca*, unde nomen sibi sumpserunt, nullam potestatem exercebant. Cognomina quædam originem suam debent dignitatibus, vel Artibus Majorum. Ab Arte, quam Majores excoluerunt, cognomina etiam posteris eorum permanserunt. Unde pleraque cognomina, quæ ad artem quamdam efformata sunt, ex illius artis professione orta, à Majoribus ad posteros eorum devoluta esse opinari licet. Locus, Dominatio, Patria, feuda, artes, præcipui sunt cognominum fontes, ex quibus Majores ad designandas suas familias cognomina hauserunt. Multa autem orta sunt ex aliis fontibus. Scommata etiam, Dicteria, facetum Dictum quibusdam subinde cognomina, reliquerunt. Prædii possessio, sive incolatus, ædium, plateæ, Templi, viæ, fontis, vallis, montis, aliorum locorum *habitatio*, vicinitas, expositum ante tabernam, in galeis, vestibus, vexillis, *insigne*, aut fortuitus eventus; membrorum aut corporis forma; hominum quoque arbitrium turbam cognominum invexerunt. Vide Mabillon de re Diplomat. lib. 2. cap. VII. item Muratorii Dissertat. XLII.

Nota 5. Bona præcipua, quæ *Sigefridus* Abbas, per hanc Traditionem S. Emmeramo contulit, sunt bona Præposituræ nostræ, (uti vocamus,) in *Lautterbach* prope oppidum *Geisenveld*, & *Pfaffenhoven*, non longè à flumine *Ilma*. Ex aliis quoque locis, in hac traditione indigitatis, hunc usque in diem, census annui, ad Officium Camerarii Monasterii S. Emmerami persolvuntur. Sæpius in hac Traditionis Charta occurrunt verba ista: MANENTES: MANCIPIA: *Manentes* iidem sunt, ac Inquilini, Coloni, *qui in solo alieno manent, in villis, quibus nec liberis suis invito Domino licet recedere &c. isti Manentes præstant aliquando certos redditus, & præstant certa servitia.* Vide Glossar:

Du

Du *Cange* verbô: *Manentes &c.* MANCIPIA, ſunt ſervi homines, ſed non ejusdem ordinis atque Conditionis; Mancipia quippe Eccleſiaſtica ab aliis diligenter ſecernunt Capitularia Regum Francorum. Vide Gloſſar. *du Cange* verbô: *Mancipia. Manentes* & *Mancipia* in locis, hac in Traditione indigitatis, Emphyteutarum &c. jure nunc potiuntur. Notanda ſunt etiam verba circa finem hujus Traditionis: *Et ſunt iidem ipſi per omnia teſtes adtracti juxta legem Bauuariorum.* In alia Traditione ſub *B. Ramvoldo* Abbate facta (ad finem Sæculi X.) iſta leguntur: *præſentibus Teſtibus more ſolito per aures tractis.* Forte verba iſta (PER AURES adtracti) in priori formula ſuppleri vel intelligi debent.

Nota 6. Servantur in Archivo noſtro litteræ *Alberti* Ducis Bavariæ pendente Sigillo illæſo, de Anno 1474. quibus Dux iſte cum Præpoſito in Lautterbach talem unionem fecit, ut ſi femina, quæ in iſto loco (Lautterbach) habitat, & tanquam mancipium ad Ducem Albertum pertinet, prolem genuerit, proles iſta, Mancipium Ducis exiſtat; ſi autem femina in Lautterbach habitans, ad Eccleſiam S. Emmerami tamquam mancipium ſpectet, tunc proles iſtius feminæ, mancipium Eccleſiæ S. Emmerami permaneat, ſive maſculi ſive fœminæ ſint hæ proles. Dux, & Præpoſitus, utrique, ſua Mancipia teneant, defendant, ac ſervitia *a ſuis tantùm* percipiant.

Num. IX.

Commutatio inter Baturicum Epiſcopum & Sigimodum Abbatem.

Ex Codice Traditionum Sæculi IX.

POſtquam Orthodoxus Vir Sanctæ Memoriæ *Baturicus* Epiſcopus & *Sigiſmundus* Abbas mutua inter ſe conventione facta tale concambium fecerunt, ut idem venerabilis Præſul ipſi Abbati in beneficium concambii conceſſit ſervos, quos habebat ad *Perindorf.* Et Abbas è contra donavit, quod ille poſſidebat juxta fluenta *labaræ.* Contiget ex parte *Sigiſmundi*, ut ſervi, quos ipſi Epiſcopus in concambium dedit, injuriam ſuſtinerent, &

& fæpe reclamarent ad præfatum Pontificem ; quamvis hæc mitis idem audiret Fpiſcopus, voluit tamen diſſenſionem devitare, & ad ipſum Abbatem loqui rogavit, ut injuſtè contumeliam non paterentur ſervi ab eo, quos in concambium accepit. Sed tamen nullo modo illud emendare volebat. Dum hæc ita ſe haberent, *Baturicus* Epiſcopus juxta rationem condignam non ferens animo injuriæ cauſam fervorum ſuorum, venit cum amicis & hominibus ad ſupra nominatum vicum obviam ipſi Abbati. Et cùm ſediſſent, facto ſilentio cum convenientia Baturicus Præſul reddidit Prior eidem Abbati cum ferula ſua concambium, quod ab eo accepit, & Abbas cum baculo ſuo eodem modo reddidit Fpiſcopo concambium, quod cum illo geſſerat. Et ſic placitum quandoque ſe habere condixerant; ut ſi quando quid inter ſe de cauſis ipſis quærere voluiſſent, hoc tunc in caput conſtituiſſent. Ibi fuerunt præſentes Otto, Kamanolf, Rodolt, Suuarzloh, Pillunc, Uzant, Cundheri, Pern, Erchanpold, Jacob, Marcho & alii. Actum eſt in vico ſupra ſcripto Anno Domini DCCCXXVIIII.

Nota. *Sigiſmundus* Abbas, mortuo *Sigefrido* ſucceſſit. Vide in hiſtor. pag. 195. Sæpius jam notavi, *Bathuricum* Epiſcopum Ratisbonenſem, defuncto *Adalvvino* Epiſcopo, regimini bonorum S. Emmerami ſeſe immiſcuiſſe, ſenſimque (Tacente, indulgente, *Ludovico Pio*, filiorum ſuorum Bellis involutô,) authoritatem Abbatis ſibi aſſumpſiſſe, quod ex iſta commutatione etiam colligendum eſſe exiſtimo, cùm *Bathuricus* cum *Sigiſmundo* Abbate commutationem quidem fecerit; ſervi autem, quos Bathuricus Epiſcopus, Sigiſmundo Abbati dederat, contra Sigiſmundum conqueſti fuerint. Suſpicor itaque, *Sigiſmundum* Abbatem cum *Bathurico* Epiſcopo ita *volente*, *invitum*, hanc commutationem feciſſe, ſervos autem (de quibus in hac commutatione mentio fit) contra *Sigiſmundum* Abbatem facilè querelas moviſſe, & *Bathuricum* commutationem iſtam revocaſſe &c. Ut autem Bathuricus liberiùs de bonis S. Emmerami diſponere poſſet, mortuo *Sigiſmundo*, nullum Abbatem Monachis S. Emmerami permiſit, ſed Bathuricus ipſe ſe Abbatem dixit, & egit. Vide hiſtoriam. pag. 195.

Num. X.

Concambium inter Baturicum Ep. Ratisbon. & Maurentium V. Ill. de quibusdam terris.

Ex Codice Diplomatum.

IN Dei nomine convenit, atque placuit inter venerabilem virum Baturicum Sanctæ Reginisburgensis Ecclesiæ Episcopum, quæ est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, & S. Emmerammi Martyris, ubi ipse pretiosus sanctus corpore requiescit, nec non inter quemdam virum illustrem, nomine Maurentium; ut quasdam res pro Communi utilitate, & concambio inter se commutare deberent, quod & fecerunt. Dedit igitur prædictus Baturicus Ep. ex ratione jam dicti Monasterii sui una cum consensu, & conniventia Monachorum, in eodem Monasterio degentium, etiam per licentiam Domini Ludwici Regis, eidem Maurentio ad suum proprium ad habendam in loco, qui dicitur Traubidinga, & Lodartinchova, quæ quædam fæmina, nomine Engildiu, & filius ejus etiam contulerunt Monasterio, id est; territorium cum casis desuper positis, cum mancipiis V. pratis, pascuis, & omnia, quicquid ibidem habere visi sunt. Et econtra in compensatione harum rerum dedit idem Maurentius ex suo proprio, præfato Baturico Ep. ad partem supradicti Monasterii in loco nuncupato Hahchilstat, id est; territorium cum silvis, pratis, & omnia, quicquid ibidem habere visus est. Vnde & duas commutationes, pari tenore conscriptas, inter se fieri, & adfirmare rogaverunt; ut unusquisque hoc, quod à pare suo accepit, teneat, atque possideat, & faciat, quicquid utilitatis suæ perspexerit. Et taliter inter eas hic inferere placuit, quod si fuerit post hunc diem ullus ex ipsis, aut aliqua quælibet obposita, aut emissa persona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ cartulæ, uno tenore conscriptæ esse videntur, venire tentaverit, aut eam infringere conatus fuerit; inferat parti, contra quam litem intulerit, faciante fisco, auri libras duas multa componat; & sua repetitio nullum obtineat

effe-

effectum, sed præsens commutatio omni tempore firma permaneat cum astipulatione subnixa.

Nota. In hoc Concambio nulla jam ampliùs Mentio fit Abbatis *ad S.* Emmeramum. Bathuricus Episcopus cuncta egit; ne tamen omnem potestatem in Ecclesiam S. Emmerami, (sub Protectione Imperatorum, & Immunitate Summi Pontificis constitutam) aperte sibi arrogaret, concambium istud fecit *una cum consensu & conniventia Monachorum in eodem Monasterio degentium, etiam per Licentiam Domini Ludovici Regis &c.*

*****************?*?****************

Num. XI.

Ludovicus Rex Germaniæ quamdam Præstariam inter Baturicum Episcopum Ratisbon: & Erchanfridum, Capellanum suum confirmat.

IN nomine Domini nostri JESU Christi, Dei omnipotentis. Ex Autographo.
Hludouuicus, divina largiente clementia Rex Baioariorum.
Si petitionibus fidelium nostrorum, quas auribus nostris insinuaverunt, libenter annuimus, & eas in Dei nomine ad effectum *perducimus*; & regium morem decenter implemus, & illos in nostro *servitio* promptiores reddimus. Idcircò comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum; quia Erchanfridus Diaconus atque Capellanus noster, nec non & propinquus suus Baturicus obtulerunt obtutibus nostris quandam chartam præstariam in qua contenebatur; qualiter Baturicus Ep. præstitisset eis ad usum meritum quasdam res ex ratione Monasterii sui S. Emmerami, quasdam idem Erchanfridus ex suo proprio eidem largitatis munere contulerat Monasterio, nec non & alias ex ratione ejusdem Monasterii eis ad usum meritum diebus vitæ eorum concessisset, quæ sunt utræque res in villa, quæ dicitur (a) *Hruöbinga*, quæ alio nomine

(a) Fortè *Roggingen.*

Holinchova vocatur, etiam & in alio loco, qui dicitur *Buchusa* (b) cum mancipiis, casis, domibus, ædificiis, terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarúmve decursibus, cum omnibus, quæ in prædictis locis tam ex prædicti Erchanfredi donatione, quàm quæ & ex ratione ejusdem Monasterii habere videbatur; nec non & in alio loco, qui dicitur (c) *Alinchoba* hobam unam; & deprecatus est excellentiam nostram, ut super hanc præstariam confirmationis nostræ præceptum fieri juberemus, per quod diebus vitæ eorum firmiùs & quietiùs absque alicujus contrarietate ipsas res tenere, & possidere valerent. Quorum petitionibus libenter annuimus, & hanc auctoritatem confirmationis nostræ eis fieri jussimus, per quam præcipimus, atque jubemus, ut diebus vitæ eorum ipsas res teneant, & possideant. Et nullus quilibet Ecclesiasticæ dignitatis præditus, aut alius quilibet eis de ipsis rebus ullam inquietudinem aut contrarietatem facere præsumat; sed liceat illis, sicut diximus, diebus vitæ eorum usu fructuario ordine tenere & possidere, & post eorum amborum discessum cum integritate in potestate & dominatione prædicti Monasterii revertantur. Hæc verò auctoritas præceptionis atque confirmationis nostræ ut firmior habeatur, & à fidelibus nostris meliùs conservetur, anuli nostri impressione subter jussimus adsignare.

Adalleodus Diaconus ad vicem Gauzbaldi recognovi.

(*Sigillum Illæsum.*)

Data XV. Kal. Septembr. Anno Christo popitio XVIII. Imperii Domni Hludouuici Sereniſſimi Aug. & anno VI. regni nostri Indictione VIIII. Actum Reginesburg Ciu. In palatio nostro In Di nomine feliter Amen.

Nota 1.

(b) *Buechhausen.*
(c) *Alkofen*, non longè ab invicem distantia, in præfectura Bavarica *Kirchberg*, inter majorem & minorem *Labaram* fluviolos.

Nota 1. Quàm obvium ſit in aſſignandis antiquorum Diplomatum annis *falli* (dum unus annus pro altero ſæpe notatur,) manifeſtum eſt. Eruditiſſimi viri ob antiquariorum, Notariorum &c. inconſtantiam, varium quoque Indictionum uſum, dubiis, & ambagibus involuti hæſerunt. Liceat tamen de Diplomate *Ludovici Germanici*, quod modò exhibui, & de tribus ſequentibus, conjecturam meam exponere. In his quatuor Diplomatibus, opinor, annos Imperii *Ludovici Pii* Imperatoris, ab anno 813. ineunte (vel ſtatim poſt ejus initium:) Annos verò Regni *Ludovici Germanici* Regis Baioariæ ab anno 825. (vel poſt ejusdem initium *Menſe Februario*) numerari. In iſto mox præcedente Diplomate, *ſub Data XV. Kalend. Septembris* annus *Imperii* Ludovici Auguſti (Pii) XVIII; Annus verò Regni Ludovici Germanici VI. numerantur. Jam, ſi anni Imperii *Ludovici Pii* ab anno 813. ineunte, vel ſtatim poſt ejus initium (*quo a Patre Carolo adhuc vivente* Imperator declaratus eſt,) numerentur, tunc iſta *Data XV. Kalend. Septembris anno Imperii Ludovici Pii XVIII. & anno VI. Regni Ludovici Germanici*, Anno 829. convenit. Quæres: cur annum DCCCXXIX. indigitem? accipe. In ſubſequente aliquo *Ludovici Germanici* Diplomate expreſſis verbis annus Incarnationis DCCCXXXI. *ſub Data XVII Kalend Martii* (de qua annorum Incarnationis Notâ Chronicâ poſtea aliquid dicam,) & annus VII. Regni Ludovici Germanici ponuntur. Infero: ergo annus VII. Regni *Ludovici Germanici*, NB. cum anno Incarnationis DCCCXXXI. *ſub Data XVII. Kal. Martii* in ſubſequente Diplomate expreſsè poſitus, ab anno DCCCXXV. ineunte (*Menſe Februario*) numeratur, & annus VI. Regni Ludovici Germanici in mox exhibito Diplomate [SUB DATA XV. KALEND. SEPTEMB. ANNO XVIII. IMPERII LUDOVICI (PII)] pariter ab anno DCCCXXV. deſumitur. *Annus verò Imperii Ludovici (Pii) Auguſti* XVIII, ab anno DCCCXIII. ineunte, numerandus venit. Hinc Annus, quo hoc præcedens Diploma confectum dici poteſt, Annus DCCCXXIX. eruitur. Accedit, quòd Diplomata ſubſequentia *Ludovici Germanici* Regis Baioariæ, calculo huic, & Annis conſentiant, uti dein patebit. Notandum quoque hîc eſt, quòd annus VI. Regni Ludovici Germanici *ſub Data XV. Kalend. Septembr.* in hoc Diplomate poſitus, ritè SEXTUS numeretur; nam à MENSE FEBRUARIO ANNI 825. MENSE AUGUSTO ANNI 829, *ſextus annus* currit. Sic etiam ab anno 813, ejusque *Menſe Februario, numerando, ſub Data XV. Kal. Septembr.* anni 829, ANNUS XVIII. IMPERII LUDOVICI AUGUSTI (Pii) ritè indigitatur. Hæc mea eſt conjectura de Notis Chronicis, & annis, priorum quatuor Diplomatum *Ludovici Germanici*, quæ hîc exhibentur. Si nimium properando erravi, facile alii certiora me edocenti ſubſcribam. Ut huic conjecturæ interim adhæream,

hæream, Calculi, & Notarum Chronicarum, (in his quatuor Diplomatibus, quorum Tria ſunt AUTOGRAPHA,) conſenſus me movet.

Nota 2. In hoc Diplomate formula non legitur, quæ in aliis habetur: *Manu propria ſubter eam firma imus &c.* Neque etiam ſignum LUDOVICI ſeu Monogramma ipſius ſe conſpiciendum præbet. Solum impreſſum eſt Sigillum, idque adhuc illæſum cernitur. Vide Notam II. ad Caroli M. Diploma.

Nota 3. Ex hoc Diplomate colligitur, quomodo *Bathuricus* Epiſcopus Ratisbonenſis, defuncto *Adalwino* Epiſcopo Anteceſſore, poteſtatem diſponendi de bonis Monaſterii denuo uſurpare cœperit, licet *Ludovicus Pius*, Imperator, ſub *Eugenio* Papa *Libertatem* & *immunitatem* Monaſterii S. Emmerami de novo confirmarit.

Num. XII.

Ludovicus Rex Monaſterium *Obernmunſter* Hemmæ Reginæ uxori, & Baturico Epiſcopo Ratisbonenſ. Monaſterium Monſeenſe concedit & confirmat.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus noſtrisque præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter clariſſima conjux noſtra Hemma, unacum cæteris noſtris fidelibus, noſtram ſerenitatem deprecata eſt; ut quandam commutationem cum Batricho venerabili Sanctæ Eccleſiæ Regenesburgenſis Epiſcopo faceremus, hoc eſt; ut ſupra memorata kariſſima conjux noſtra Monaſterium in eadem civitate, quod dicitur *Obervunmuneſtri*, in quo ſanctæmoniales fæminæ DEO famulari noſcuntur, & quod præfatus venerabilis Epiſcopus usque huc habuit, per noſtram auctoritatem habere mereatur, & præfatus Epiſcopus econtra recipiat Monaſterium, quod dicitur *Manenſo*.

Cujus

Cujus igitur petitioni libenti animo assensum præbentes, decrevimus ita fieri, ut illa postulavit. Dedimus itaque præfatæ karissimæ conjugi nostræ Monasterium in Regenesburc, quod dicitur *Oberunmunestri* cum consensu Batrici præfati Episcopi. Et econtra dedimus, atque tradidimus præfatum Monasterium *Manensco* ad S. Petrum, Principem Christi Apostolorum, & ad S. Emmerammum martyrem Christi, & jussimus fieri nostræ auctoritatis præceptum, per quod decernimus, atque jubemus, ut ab hodierna die & deinceps memoratus Episcopus per honorem B. Petri Apostoli & S. Emmerammi martyris Christi, idem Monasterium cum omnibus rebus ad hoc pertinentibus, & omnes Successores ejusdem *Episcopi* absque aliqua contradictione filiorum *nostrorum*, omniumque in posterum successorum nostrorum, firmiter habeant, & securiter possideant, quatenus, Fratres, Domino, & Sancto Emmeramo famulantes, pro nobis, atque conjuge, nec non pro karissima prole nostra, & statu totius regni nostri inde melius delectet Domini clementiam exorare. Et ut hæc auctoritas nostræ concessionis firmior habeatur, & per futura tempora ab omnibus fidelibus nostris meliùs credatur, & diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione subter eam signare jussimus. Data XVII. Kal. Marcii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXXI. indictione XI. anno regni Ludouuici Regis VII. *Actum est* Regenesburc in Di nomine feliciter. Amen.

Nota 1. Diploma istud ex Codice nostro Diplomatico, Sæculo XI, exarato, exscriptum est. De Monasterio *Mansee*, quomodo illud à *Ludovico* Rege, Bathurico Ratisbonensi Episcopo, Ejusque successoribus, pro Monasterio *Obern-Munster* traditum fuerit, & qualem potestatem Ratisbonenses Episcopi in isto Monasterio (Mansee) exercuerint, &c. plura legere est in Chronico *Lunælacensi*, Anno 1748. edito.

Nota 2. In hoc Diplomate *Annus Incarnationis* DCCCXXXI. legitur, quæ *Annorum Incarnationis* Nota Chronica, in nullo *Ludovici* Regis Diplomate (hîc adducto) quàm in isto, deprehenditur. Affirmare tamen, quasi certum, non audeo, has Notas Chronicas (Annorum Incarnationis) ab Exscriptore additas esse; Mabillonius enim de Re Diplomat. lib. 2. cap. 26. num. IV. &c. notat, quòd omnia FE-

RE

RE Diplomata Regia ſecundæ ſtirpis (Carolinæ) Annis Incarnationis careant, & Ea quidem maximè, quæ ad Eccleſiarum, Monaſteriorum, privatarum quoque perſonarum res pertinent. Animadvertit tamen (adductis Exemplis) in quibusdam Diplomatibus *Rem Publicam maximè ſpectantibus*, & *graviſſimis Reipublicæ cauſis*, *annos Incarnationis* (etiam ſub Carolo M. Ejusque ſtirpe) poſitos fuiſſe. Imò unum ſe vidiſſe teſtatur *Caroli* M. Diploma, Monaſterio Mettenſi S. Arnulfi datum, ubi *Annum Incarnationis Domini* poſitum deprehendit. Fortè & in hoc *Ludoviciano* Diplomate, ob Summum Permutationis (*Monaſterii pro Monaſterio*) negotium annus Incarnationis adpoſitus fuerit. Accedit, quòd Diploma iſtud; ſive permutatio Monaſterii (Manenſee pro Ober-Münſter) AD DEPRECATIONEM REGINÆ UXORIS HEMMÆ, & de JURE Ratisbonenſis Epiſcopi, Succeſſorumque ejus facta fuerit, ob quas circumſtantias (ſicut in aliis ſummi momenti, Reipublicæ Negotiis, & Decretis fieri conſueverat) fortè etiam annus Incarnationis notatus fuerit.

Nota 3. Sive *Annus Incarnationis* in Autographo poſitus ſive ab antiquario in Cartulario adſcriptus fuerit, Nota Chronica tamen (Anni DCCCXXXI.) hic poſita, cum Anno VII. Regni Bavarici (Ludovici Germanici) convenit; licet enim in priore Diplomate, Anno DCCCXXIX, confecto, Annus Regni *Ludovici*, SEXTUS fuerit, SEPTIMUS tamen à Menſe Februario DCCCXXX. usque ad XVII. Kal. Martii (menſem Februarium) Anni DCCCXXXI. rite numeratur; & Annus SEXTUS Anno DCCCXXIX. Decimo quinto Kalend. Septembr. poſitus, Menſe *Februario* Anno DCCCXXX. finitus fuit, SEPTIMUSQUE tunc incepit usque Februarium Anno DCCCXXXI.

Nota 4. In hoc Diplomate nulla fit mentio Annorum IMPERII LUDOVICI AUGUSTI (Pii) Patris *Ludovici* Germanici, qui tamen in duobus præcedentibus, & ſequente, numerantur. Fortaſſis ideò hic *Ludovici* Patris *Imperii* Annus non invenitur; quòd, uti conſtat ex Chronicis & Annalibus hoc Anno DCCCXXXI, dum NB. circa *Kalendas Februarii* Aquisgrani conventus celebratus fuiſſet, Ludovici Auguſti (Pii) Filii, contra Patrem, & uxorem ejus *Juditham* concitati fuerint. Quid mirum, ſi Filius contra *Patrem rebellis*, Annorum *Imperii* ejusdem Patris (cujus Diſpoſitioni tunc obedire recuſavit,) meminiſſe noluit? Reconciliatus Patri annum ejusdem *Imperii* (uti in ſequente Diplomate videre eſt) iterum numeravit, poſteà tamen, iterum Patri rebellis factus. Vide Tom. VI. Scriptorum rerum Francicarum, D. Martin Bouquet Ord. S. Benedicti è Congreg. S. Mauri, in Indice Chronologico pag. LXVI.

Num. XIII.

Ludovicus Rex quasdam res proprietatis suæ in terra Avarorum confert Baturico Ep. Ratisbonensi.

Ex Autographo.

IN Nomine Domini Nostri Jesu Christi Omnipotentis Hludouuicus, divina favente gratia Rex Bajoariorum. Si liberalitatis nostræ munere de beneficiis, à Deo nobis collatis, locis Sanctorum quiddam conferimus; id nobis procul dubio ad æternæ *remunerationis præmia capessenda* profuturum liquidò credimus. Proinde comperiat omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque, præsentium sc. & futurorum industria; quia nos pro mercedis nostræ augmento Sanctæ Reginisburch civitatis Ecclesiæ, quæ est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, & S. Emmerammi, ubi etiam idem beatissimus martyr Christi corpore quiescit humatus, cui præsenti tempore venerabilis, Baturicus Episcopus, auctore Deo præesse videtur, quasdam res proprietatis nostræ, quæ sunt in provincia Avarorum, ubi locum, ubi antiquitus castrum fuit, qui dicitur (*) *Harlungeburch*, cum reliquis adjacentiis in circuitu, quarum terminia sunt ab eo loco, ubi Erlaffa in Danubium cadit, sursum per ripam ejusdem fluminis usque ad locum, qui dicitur *Erdgastegi*, & ab eodem flumine in orientali parte usque ad medium montem: qui apud Vuinades (**) *Colomezza* vocatur, ubi in duabus arboribus evidentia signa monstrantur, & ab eo loco, à parte Aquilonis usque in Danubium, & ad meridiem & occidentem per verticem montis, sicut evidentia arborum signa demonstrant, usque ad supradictum

(*) *Harlungeburch*, hodie *Harlanden*, quæ villa ab oppido Pechlariensi circiter dimidia hora in meridiem distat. R. P. Hieron. Pez. Tom. II. Scriptorum Austriæ Differt. II. pag. XXIII.

(**) Hodie *Kalmünzberg* S. Ottiliæ, Ecclesia insignis ab oppido Pechlariensi circiter tribus & dimidio milliaribus in occasum distans, R. P. Hieron. Pez. Tom. II. Script. Austriæ. Dissert. II. pag. XXIII.

locum *Erdgaſtegi.* Has itaque res cum Sclavis ibidem commanentibus, cum domibus, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, adiacentiis, perviis, exitibus & regreſſibus, quantumcunque infra prædicta terminia continentur, totum & integrum prædictæ Eccleſiæ perpetuò ad habendum conceſſimus, & de noſtro jure in jus & dominationem ejus liberalitatis noſtræ munere contulimus, ita videlicet, ut ab hodierno die & tempore, quicquid de prædictis rebus, & mancipiis Rectores, & miniſtri memoratæ ſedis ob utilitatem & commoditatem ejusdem Eccleſiæ facere, vel judicare voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, faciendi quicquid elegerint. Et ut hæc largitionis noſtræ auctoritas per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum (Monogramma) Hludouuici Glorioſiſſimi Regis

Adalleodus Diaconus ad uicem Gauzbaldi recognovi

(Sigillum Illæſum.)

Data II. Non. Octobris Anno XVIIII. Imperii Domni Hludouuici Sereniſſimi Auguſti, & Anno VII. Regni nri indictioni XI. Actum Reginesburch civitate in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Hoc Diploma, Anno DCCCXXX. conceſſum videtur; II. NON. OCTOBRIS enim, (ſeu Menſis October) anni octingenteſimi trigeſimi, indigitat Annum XVIIII. Imperii LUDOVICI AUGUSTI PII, qui Anno DCCCXIII. Menſe *Februario*, (quemadmodum opinari licet) à *Carolo* M. Imperii conſors aſſumptus eſt. Rectè etiam annus *VII.* Regi *Ludovici Germanici* hic poſitus videtur, convenit enim anno octingenteſimo trigeſimo, & illius *II. Non. Octobris* ſeu Menſi *Octobri*; Nam *Ludovicus* Germanicus à Menſe Februario anni octingenteſimi vigeſimi quinti, Rex Baioariæ dicendus eſt.

Quæres.

Quæres. Cur Ludovico Auguſto, & Ludovico Germanico, filio ejus, utrisque Menſem *Februarium* aſſignem? Ecce Rationem! in mox ſubſecuturo Ludovici Germanici Diplomate poſitus eſt annus Incarnationis DCCCXXXI, & VII. Regni ejusdem. *NB.* XVII. KALEND. MARTII. Ergo Menſe *Februario.* Cùm igitur quatuor *iſta* Diplomata *Ludovici Germanici* (quorum tria Autographa conſervantur) in aliis annorum Notis Chronicis conveniant, facile huic conjecturæ adhæreo. Advertas autem benevole lector, Me *ſolum* aſſerere. NB. *In his quatuor Diplomatibus, Iſtos annos Imperii Ludovici Auguſti, & Ludovici Germanici Filii,* deprehendi, ſcil. Annum I. Imperii Ludovici Auguſti (Pii) à Menſe Februario Anni DCCCXIII. & Annum I. Regni Bajoariæ Ludovici Germanici à Menſe Februario Anni DCCCXXV. De aliis Tricis, & variis Eruditorum judiciis, circa has Epochas, nil diſcutere lubet.

Nota 2. Bona, quæ *Ludovicus* Rex, vi hujus Diplomatis, Sancto Emmeramo donavit, per diviſionem Bonorum à S. Wolfgango factam, Eccleſiæ Ratisbonenſi Epiſcopali attributa fuerunt.

Num. XIV.

Ludovicus Rex Monaſterio S. Emmerammi Eccleſiam propè *Tingulvingam* dat.

Ex Autographo.

IN Nomine Domini noſtri Jesu Chriſti Dei Omnipotentis Hludouuicus divina largiente Rex Bavariorum. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eorumque in eisdem locis ſibi famulantium, beneficia opportuna largimur; præmium nobis ad Dominum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia nos pro mercedis noſtræ augmento & æternæ retributionis fructu confirmavimus ad Monaſterium S. Emmerammi martyris Chriſti, ubi idem præclariſſimus martyr corpore requieſcit, quandam Eccleſiam cum mancipiis, & territoriis, ſibi pertinentibus, quæ eſt ſita in proſpectu fiſci noſtri, qui nominatur Tingulvinga, qui fuit cuidam

ſervo regio, nomine Antkario. Hanc itaque Eccleſiam, ſicut diximus, ibidem pertinentibus, & cum omnibus ædificiis, terris, & quidquid ad eandem Eccleſiam pertinere videtur, totum & ad integrum prædicto Monaſterio S. Emmerammi perpetualiter ad habendum firmamus, ita videlicet, ut quidquid ab hodierno die & tempore Rectores ac miniſtri ſupra memorati monaſterii, & inde ob utilitatem & commoditatem ſui facere, vel judicare voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint. Et ut hæc auctoritas largitatis, atque confirmationis noſtræ per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulſam obtineat, firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum (Monograma) Hludouuici Glorioſiſſimi Regis.

Adalleodus Diaconus ad vicem Gauzbaldi recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data VI. Kal. Junii Anno XX. Imperii Domni Hludouuici Sereniſſimi Auguſti & Anno VIII. regni noſtri, indictione XI. Actum eſt Reginesburg civitate in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Hoc Diploma ad Annum DCCCXXXI. pertinere videtur, Datum VI. Kalend. Junii (Menſe Majo.) Annus Imperii Ludovici Auguſti (Pii) à Menſe *Februario* Anni 813, usque ad Menſem Majum Anni 831, hic, benè vigeſimus (XX.) numeratur. Conſentit etiam *Ludovici Germanici* Regis Bajoariæ Annus VIII, à Menſe *Februario* Anni 825, usque ad Menſem *Majum* Anni 831. deductus. In Præcedenti quidem Diplomate, Anno DCCCXXXI, numeratur annus Regni Ludovici Germanici SEPTIMUS, VII. hic autem VIII. ſed adverte, Diploma hoc conceſſum fuiſſe VI. Kalend. Junii (Menſe Majo,) Prius autem XVII. Kalend. Martii (ipſo adhuc Menſe Februario.)

Nota 2.

Nota 2. Prima iſta quatuor Diplomata in *Regenesburch* conceſſa fuerunt. JUS PATRONATUS ad Eccleſiam in Tungelviingen nunc ad Reverendiſſ. Capitulum Cathedrale Ratisbonenſe pertinet, (nullus *dubito*,) per S. Wolfgangum Epiſcopum Ratisbonenſem (diviſione bonorum Monaſterii S. Emmerami factâ) ab hoc Monaſterio eò translatum.

Num. XV.

Ludovicus Rex *jubet* omnia beneficia, quibus favente Baturico Ep. hactenus fruitus eſt, poſt deceſſum ſuum Monaſterio S. Emmerammi reſtitui.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludouuicus divina favente gratia Rex, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, nec non & cunctis fidelibus Sanctæ DEI Eccleſiæ, noſtrisque præſentibus & futuris, in regno, à DEO nobis conlato, conſiſtentibus, notum ſit: qualiter nos volumus, ut omnem proprietatem, quam divæ memoriæ Domnus Karolus, piiſſimus avus noſter, ad Monaſterium S. Hemmerammi, *Chriſti* martyris condonavit, & Baturicus Epiſcopus, Rector ipſius Monaſterii una cum conſenſu Monachorum, ibidem DEO famulantium, nobis beneficiavit, poſtquam Divina vocatione de hac luce migraverimus, Rectores & miniſtri ejusdem Monaſterii eandem traditionem, quam Domnus, & avus noſter Karolus Imperator ad prædictum Monaſterium tradiderat, perpetualiter in eorum veſtituram revertentes poſſideant. Sed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio placuit nobis ob divinum amorem has litteras noſtræ auctoritatis circa ipſum Monaſterium fieri, per quas decernimus, ut poſt deceſſum noſtrum nullus filius noſter, neque ſucceſſores noſtri jam ulterius in proſcriptis rebus S. Emmerammi, quas per beneficium à Rectoribus prædicti Monaſterii habuimus, nullam poteſtatem habeant injuſtè invadendi,

Ex Autographo.

vadendi, neque in quoquam dominare, ſed in futurum cum omni integritate in poteſtate ac dominatione jam dicti Monaſterii abſque alicujus contrarietate aut impedimento pleniter revertantur. Et ut hæc auctoritas conſcriptionis noſtræ à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtræ per futura tempora veriùs credatur, atque diligentiùs conſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.

Signum (Monogramma) Hludouuici Gloricſiſſimi Regis.

Comeatus Notarius ad uicem Radleici recognovit.

(*Sigillum avulſum eſt, maculâ remanente ex cera.*)

Data V. Kal. Auguſti Anno Chriſto propitio XI. Regni Domni Hludouuici Regis in Orientali Francia indictione VII. Actum Reganesburg civitate in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Anno DCCCXXXIII. aut inſequente DCCCXXXIV. *Ludovicus Pius* Auguſtus, poſt varios motus, & collata cum filiis ſuis ſigna, à ſuis deſertus ac proditus, in filiorum poteſtatem redactus eſt: Ita Mabillon. de Re Diplomat. Supplement Cap. IX. num. VII. pag. 42. Vide etiam Scriptores Rerum Francicarum D. Martin è Congreg. S. Mauri: Tom. VI. in Indice Chronologico ad Annum 833. pag. Ab hoc Tempore *Ludovicus Germanicus* Regni Franciæ Orientalis, quod tunc occupavit, Annos numerare ſolebat. Undecimus annus (XI.) Regni Franciæ Orientalis in hoc Diplomate notatus, ſi ab Anno DCCCXXXIII. vel XXXIV. deſumatur, Anno 843, vel 844. correſpondet.

Num. XVI.

Ludovici Regis præceptum de quibusdam prædiis, quæ cum aliis S. Emmerammi rebus, agente Baturico Episc. Ratisbon. permutavit.

IN Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Hludouuicus, divina favente gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque præsentibus & futuris, quia nos una cum Baturico venerabili Ep. summoque Capellano nostro pro *ambarum partium opportunitate* de quibusdam rebus & mancipiis *nuperrimam* commutationem fecimus. Res verò, quas nos Baturico, almifico Episcopo ad partem S. Emmerammi, martyris Christi, ubi idem Præsul modernis temporibus Rector esse videtur, perpetualiter ad proprium tenendum tradidimus, sunt in pago (*) Chelasque, in villis nuncupantibus (**) Fandolveshusun, & Guntereshusun, atque Mandechingon, quidquid Engilmonus & Isandeoh per nostrum beneficium habuerunt, id est: ecclesiam unam & casis, domibus, cæterisque ædificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexûs, & ætatis, terris, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, *adiacentiis*, perviis, exitibus & regressibus, quæsitum, & adinquirendum, vel quantumcunque præfati homines Engilmonus *videlicet*, & Isandeoh in præscriptis villis priùs per nostrum beneficium tenuerunt, & nostri juris, atque possessionis jure proprietatis est, totum & integrum Sancto Emmerammo, martyri Christi,

Ex Autographo.

(*) *Cheslaque.* pagus in *Nortgavve* ad *Almonam* (Altmühl) & *Danubium* fluvios, Nomen habet à minori fluvio *Kelz*, qui apud Oettling, vico, non longe à Pfering distante oritur. Chronicon Gottwicense, parte II. pag. 568.

(**) *Sandelzhausen*, *Gundelzhausen &c.* opinor illa, quæ in Districtu *Mospurgensi* propè *Mainburg* sita sunt, & in *pago*, *Cheslaque* contineri judico; nam pagus *Cheslaque* latissimè extenditur. Vide Chronicon Gottwicense cit. loco. De his bonis autem in hoc *Præcepto* indigitatis nil amplius Monasterium S. Emmerami possidet.

Chriſti, ad proprium conceſſimus, & de noſtro jure in jus & dominationem ipſius Monaſterii, liberalitatis noſtræ munere contulimus. Et econtra in compenſatione harum rerum dedit nobis memoratus Baturicus Epiſcopus ex ratione Monaſterii ſui, Sancti Emmerammi unà cum conſenſu & cohibentia Monachorum, in eodem Monaſterio degentium, ad noſtrum proprium poſſidendum quasdam res, pertinentes ad ipſum Monaſterium, quæ ſunt in pago *Huoſi* (***) in villa nuncupante *Solzimos*, quicquid ille ibidem habere videbatur, id eſt, eccleſia una, & caſis, domibus, cæterisque ædificiis deſuper poſitis, mancipiis utriusque ſexus & ætatis, terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, adiacentiis, perviis, exitibus & regreſſibus, quæſitum & adinquirendum, vel quantumcunque memoratus Baturicus Ep. in eadem villa habere videbatur, totum & ad integrum in poteſtate, ac dominatione noſtra tenendum in futurum legaliter tradidit, atque delegavit. Sed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio placuit Serenitati noſtræ easdem commutationes per noſtrum manſuetudinis præceptum pleniter confirmare. Propterea has litteras noſtras fieri juſſimus, per quas decernimus, atque jubemus; ut quidquid nos ad jam dictum locum tradidimus, perpetualiter permaneat poſſidendum, atque Rectores & miniſtri ejusdem Monaſterii, quicquid exinde ab hodierno die & tempore facere ordinare, atque diſponere voluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint, & illas res, quas præfatus Præſul nobis tradidit, ſicut ſuperiùs diximus, in futurum in poteſtate noſtra usque permaneant. Et ut hæc auctoritas traditionis, atque confirmationis noſtræ à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrisque præſentibus & futuris per diuturna tempora veriúsque credatur, atque

(***) *Huoſi* pagus Ducatûs Bavariæ ſitus ad *Glonam* fluv. qui haud procul Friſingâ in Ammeram influit. Chronic. Gottwicenſe parte II. pag. 640. ex Hundii Stammen-Buch parte I. pag. 190.

atque diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum (Monogramma) Hludouuici Glorioſiſſimi Regis.

Comeatus Notarius ad vicem Radleici recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data II. Non. April Anno Chriſto propitio XI. regni Domni Hludovici Glorioſiſſimi Regis in Orientalia Francia, indict. VII. Actum Reganesburg civitate in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Convenit hic annus, juxta dicta in Nota ad antecedens Diploma, Anno 843. vel Anno 844.

****

Num. XVII.

Ludovicus Rex confirmat traditionem quorundam bonorum in Auſtria, factam Monaſterio S. Emmerami à Willhelmo Comite.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludouuicus, divina favente gratia Rex. Si petitiones ſervorum DEI juſtas & rationabiles ad effectum usque perducimus; non ſolùm regium morem decenter implemus, verùm etiam hoc nobis procul dubio ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda profuturum liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium Sanctæ DEI Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum Ex Autographo.

induſtria: qualiter vir venerabilis Erchanfridus Reginesburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris quandam traditionem, quòd Willehelmus Comes ob DEI amorem, & animæ ſuæ remedium ad Monaſterium S. Emmerami tradiderat omnem proprietatem ſuam, quam ille habere videbatur infra duo flumina inter *Agaſtam* & *Nardinam*, (*) à locis videlicet, ubi ipſa in Danubium fluunt, usque ad loca, ubi de venis in amnes derivantur, & ita usque in *Nortwalt* in hanc partem ſilvæ ſine termini concluſione, cum domibus & ædificiis reliquis, & mancipiis, atque manentibus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cultis vel incultis, quicquid habuit. Etiam & res illas, quas Engilradæ conjugi ſuæ ad dies vitæ ſuæ habere conceſſerat, & poſt obitum illius ad eandem traditionem S. Fmmerami pertinere conſtaret. Inſuper & quicquid ad *Rosdorf* habere videbatur, omnia & ex omnibus rebus ex illa parte Danubii, quicquid ſibi pertinebat in mancipiis & ædificiis, ac vineis cultis vel incultis, totum & integrum ad jam dictum ſanctum locum tradidit, atque pleniter delegavit. Sed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio memoratus Erchanfridus, atque familiaris noſter petiit celſitudinem noſtram; ut eandem traditionem per noſtræ manſuetudinis præceptum confirmare deberemus. Cujus petitioni denegare noluimus, ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè petentium, ita nos illi conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat magnitudo. Præterea hos apices ſerenitatis noſtræ circa ipſum Monaſterium fieri decrevimus, per quos præcipimus, atque jubemus, ut res omnes, quas prædictus Comes Willehelmus tradiderat, atque conſignaverat, per hanc noſtram auctoritatem ad jam dictum ſanctum locum in perpetuum conſiſtant. Etiam ſtatuentes firmiter jubemus, ut omnes homines, qui ſuper easdem res commanere noſcuntur, & ad præfatum Monaſterium pertinere videntur, tam Bajoarii, quam Sclavi, liberi & ſervi, & in antea conſiſtere, Domino donante potuerint. Nullus Judex publi-

(*) *Agaſba* & *Nardina* fluvii in Auſtria, hodie, *Aiſt*, & *Näreu*, infra *Aniſum*. in Carta Geographica Georgii Mathæi Viſcher. De bonis, in hac Charta expreſſis, nil amplius ad Monaſterium S. Emmerami pertinet.

publicus neque ulla poteſtas eos in quoquam conſtringere audeat, ſed neque cauſam illorum abſtrahere præſumat, nec in aliam partem ire compellat, ſed liceat Rectoribus & Advocatis, & Miniſtris *ejus*dem ſedis res ſuperiùs nominatas legaliter poſſidere, ac regere, & omni tempore ſub noſtra defenſione atque immunitatis tuitione pleniter conſiſtere. Si verò aliquis fuerit, qui contra iſtos homines, ſuperiùs conſcriptos, aliquas juſtitias requirere, aut exactare voluerit; tunc advocati & miniſtri ipſius Monaſterii, prout juſtum eſt, diligenter rei veritatem inquirere ſtudeant, & emendent. Similiter quoque præcipimus, atque omnimodis jubemus; ut nullus judex publicus neque ex judiciaria poteſtate ſuper rebus, quæ pertinent ad *Erlaffa*, & in *Harlungeuelt*, nec non & ad *Scirnicha* & circa *Agaſta* ſeu *Berſnicha*, atque *Rosdorf*, vel infra prædicta terminia & marckam, ubi res Sancti Petri & S. Emmerami pertinere noſcuntur, neque ſuper homines liberos vel Sclavos ullam poteſtatem habeat in quoquam illos diſtringendi. Sed neque ad placitum ullum, vel in hoſtem ullo umquam tempore ire compellat, quamdiu advocatus ejusdem ſedis juſtitiam facere voluerit, ſed ſicut prædiximus, cum omni integritate prænominatas res in futurum ſub noſtra defenſione & inmunitatis tuitione absque alicujus contrarietate aut impedimento, conſiſtant. Et ut hæc auctoritas Conceſſionis, atque confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis *fidelibus* Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrisque præſentibus & futuris *veriùs* credatur, atque diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli impreſſione adſignari juſſimus.

Signum (Monogramma) Domni Hludouuici Glorioſiſſimi Regis

Comeatus Notarius ad vicem Radleici recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data XV. Kal. Febr. Anno Chriſto propitio XX. regni Hludovici Sereniſſimi Regis in Orientali Francia indictione I. Actum in Civitate Reginisburch in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Conformiter iis, quæ in antecedentibus notis diximus, videtur hoc Diploma conceſſum Anno DCCCLIII. vel DCCCLIV.

Nota 2. *Batburico* defuncto ſucceſſit *Erchanfridus* Epiſcopus Ratisbonenſis, qui more *Batburici* Anteceſſoris, Abbatem Monaſterii S. Emmerami egit. Hic *Erchanfridus* Epiſcopus in Diplomate iſto memoratur.

Nota 3. Wilhelmus Comes, qui omnem proprietatem ſuam inter duo flumina *Agaſtam* & *Nardinam* MONASTERIO S. EMMERAMI tradiderat, fortaſſis ille eſt, *Comes ſtabuli*, qui cum *Eggebardo* Comite, *de reſtituendo Imperatore Ludovico Pio*, multùm laborabat, uti in vita *Ludovici Pii* Imperatoris legitur. Vide tom. VI. *Scriptorum Rerum Francicarum D. Martin Bouquet.* pag. 114. lit. D. MONASTERIUM S. EMMERAMI, (cui *Wilhelmus* hæc ſua bona tradiderat,) illa non amplius poſſidet. Videntur ea, per diviſionem bonorum à S. Wolfgango factam, Sedi Epiſcopali Ratisbonenſi attributa fuiſſe.

Nota 4. Attentione digna ſunt verba hujus Diplomatis, dum Ludovicus Rex ſtatuit, [*Ut nullus Judex publicus, neque ulla poteſtas eos in quoquam conſtringere audeat, ſed neque cauſam illorum abſtrahere præſumat, nec in aliam partem ire compellat, ſed liceat Rectoribus & Advocatis, & Miniſtris ejusdem ſedis res ſuperius nomtnatas legaliter poſſidere, ac regere . . . Si verò aliquis fuerit, qui contra iſtos homines ſuperius conſcriptos, aliquas juſtitias requirere aut exactare voluerit, tunc Advocati & Miniſtri ipſius Monaſterii, prout juſtum eſt diligenter rei veritatem inquirere ſtudeant, & emendent. Similiter jubemus . . . ut nullus Judex publicus neque ex judiciaria poteſtate ſuper rebus S. Petri & S. Emmerami & homines liberos, vel Sclavos ullam poteſtatem habeat in quoquam illos diſtringendi. Sed neque ad placitum ullum, vel in hoſtem ullo unquam tempore ire compellat, quamdiu Advocatus ejusdem ſedis juſtitiam facere voluerit &c.*] Ex his verbis exiſtimo inferendum eſſe, *Ludovicum Regem*, *Caroli* Magni Nepotem, *Rectoribus* S. Emmerami, & *Advocatis* ejus Sedis non ſolùm res temporales, bona, terras à *Wilhelmo* Comite S. Emmeramo donatas confirmaſſe, ſed eisdem etiam facultatem dediſſe in his terris, prædiis, omnes *commanentes homines Bajoarios Sclavos, liberos, ſervos*, JUDICANDI, EMENDANDI, COERCENDI, *conſtringendi, diſtringendi*) eò quòd nullus *Judex Publicus*, vel *judiciaria poteſtas* ſuper res & homines iſtos facul-

facultatem quamdam *distringendi*, (judicandi coercendi) habuerint, aut ad *placitum* (ad *judicium* judicis publici) illos vocare minimè potuerint. Quid autem illi, qui dicunt, quòd ab initio regiminis Francorum, Germanorum Regum, & usque ad eorum finem,) donec Saxones ad Imperium pervenerint,) nullus Episcopus, nullus Abbas aut Ecclesiastica persona potestatem quandam superiorem, temporalem, puniendi, corrigendi sed solum spiritalem sive Ecclesiasticam habuerint, ad hæc respondere valeant, nescio. Ex eo, quòd vox, *Regale*, iis temporibus necdum in usu fuerit, non sequitur, quòd neque Reges aliqui quædam *regalia* jura Ecclesiasticis, & Monasteriis concesserint. Scribit Author Apologiæ *de Advocatiis Imperii* Reichs-Vogteyischer Apologie Ulmæ anno 1732. reimpressæ.,) quòd vox *Regal*, non facilè ante Henrici V. Imperatoris tempora invenienda sit. At ex Diplomatibus quibusdam nostris *Ottonianis* patet, quòd BANNUS REGIUS &c. EMOLUMENTA MAJESTATIS REGIÆ &c. Monasterio S. Emmerami concessa fuerint; Ex eo igitur, quòd vox (*Regal*, *Regalia*) seriùs adhibita fuerit, non sequitur, neque res & jura, hac voce (posteriori tempore) indigitata, unquam concessa fuisse, cujus concessionis tamen exempla, ipse Author Apologiæ, pag. 131. affert; licet pag. 12. asseruerit: Die König in Teutschland hätten niemahlen eine Stadt, oder andere Königliche Regalia, den Kirchen oder Geistlichen geschenckt; massen das Wort *Regal* . . . . bis auf Henricum V. nicht leichtlich zu finden, (scil. quòd Reges Germaniæ nunquam Civitatem aliquam, aut ALIA REGALIA Regia Ecclesiis vel Ecclesiasticis donaverint, cùm vox *Regal* ante Henrici V. tempora non facile legenda sit.) ita Author cit. loco.

Num. XVIII.

Ludovicus Rex donat Monasterio S. Emmerammi capellam, quam habuit quidam Monachus, nomine *Stiftinc*, & alia bona.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludouuicus divina favente gratia Rex. Si de rebus terrennis, quas divina sumus largitate consecuti, ad loca Sanctorum ob amorem DEI aliquid conferimus, & regium morem decenter implemus, & hoc nobis procul dubio ad æternæ remunerationis præmia capessenda profutu- Ex Autographo.

futurum liquidò credimus. Idcirco noverit omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos ob divinum amorem & reverentiam omnium Sanctorum concessimus ad proprium ad Monasterium S. Emmerammi, ubi ipse præclarissimus martyr Christi in corpore requiescit, quasdam res proprietatis nostræ, quæ sunt in comitatu Rumoldi, in villa, quæ nuncupatur *Sundargave*, hoc est: Capellam unam, quam habuit quidam Monachus ex Monasterio S. Emmerammi: nomine Stiftinc, & de terra hobam unam, quæ pertinet ad eandem Capellam, quam acquisivit inter homines nostros censales, totum & integrum ad jam dictum Sanctum locum per hanc auctoritatem ad proprium concessimus, & de nostro jure in jus & dominationem ejusdem Monasterii munere liberalitatis nostræ contulimus, atque in perpetuum confirmavimus. Hos apices Serenitatis nostræ circa ipsum Monasterium fieri decrevimus, per quos decernimus, atque sancimus; ut præfata Capella & huba una de terra, sicut supra diximus, ab hodierna die & tempore cum omni integritate & absque alicujus contrarietate aut impedimento ad idem Monasterium persistat. Et ut hæc auctoritas concessionis atque confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus nostris veriùs credatur, atque diligentiùs conservetur, propria manu nostra subter eam firmavimus & annuli nostri inpressione assignari jussimus.

Signum (Monogramma) Domni Hludouuici Gloriosissimi Regis.

Comeatus Notarius ad vicem Radleici recognovi.

(*Sigillum aliquomodo fractum.*)

Data III. Id. Febr. Anno Christo propitio XX. regni Domni Ludowici Serenissimi Regis in Orientali Francia (*) indict.

(*) Annus DCCCLIII. vel 854. insinuari mihi videtur juxta superius dicta.

indict. VII. Actum Regenespurc civitate in Di Nomine feliciter Amen.

Nota. Quænam Capella *in villa Sundergave* sita, hic intelligenda sit? nulla conjecturâ assequi possum. *Sundergave* villam invenire nuspiam potui. Pagus autem *Sundergave* est in Bojaria Superiori amplissimus, de hoc vide Chronicon *Gottvvicense* parte II. pag. 793. In Superiori Bavaria Monasterium S. Emmerami, quædam bona possidet, sed *Capellam in villa Sundergave* indigitare non valeo.

Num. XIX.

Ludovicus Rex medietatem fisci, qui vocatur Tullina in regione Pannonia, confert ad mensam Monachorum Sanct-Emmeramensium.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui divina sumus gratia quodammodo cæteris mortalibus sublimati, ejus in omnibus parere præceptis, cujus clementia existimus prælati, atque *cujus* præcellimus munere, loca utique ipsius sibi dicata ante *omnia nostris* rebus sublimare, atque dilatare; quoniam hoc procul *dubio* ad salvationem corporis & animæ nostræ fore creditur. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos cuidam ex primatibus nostris, nomine Radpotto medietatem unius fisci, qui vocatur Tullina (*) situs in regione Pannonia, cum omnibus appendiciis ejus, videlicet, qui ad ipsum fiscum pertinent, tam mancipiis, quàm vineis, terris, pascuis, & cætera, quæ dici aut nominari possunt, in proprium contulimus, ea ratione, si Ex Autographo.

fidem

(*) Hodie *Tulna* (Tuln) civitas inferioris austriæ inter *Cremsam*, & *Viennam*.

fidem ſuam erga nos inviolatam ſervâſſet. Sed quia ipſe à nobis totis viribus ſe alienavit, & fidem atque jusjurandum omni infidelitate fraudavit, placuit Serenitati noſtræ eandem medietatem memorati fiſci ad noſtram dominationem recipere, atque pro abſolutione divinæ recordationis anteceſſorum noſtrorum Auguſtiſſimorum ſc. Imperatorum & pro remedio animæ noſtræ, & corporis ſalvatione ad S. Emmeramnum contradere, atque confirmare, quod ita per hanc noſtram auctoritatam nos feciſſe, omnium fidelium noſtrorum magnitudo cognoſcat, ea ratione, ut ipſa medietas ipſius fiſci ad menſam Monachorum, ibi Domino famulantium, ibi jugiter deſerviat, & nullus Epiſcopus aut quislibet Prælatus easdem res in beneficium alicui dare ſive ad opus ſuum recipere præſumat, ſed ſolummodo ad opus ipſorum deſerviant, & tamdiu eandem medietatem prænominati fiſci (Rabotonem) inferiorem noſtrum habere liceat, quousque nos in alterum locum ex aliis rebus illum adjuvare poſſimus. Atque tunc eodem momento temporis memorati Monachi præfatam medietatem fiſci cum omnibus ſuis conſiſtentibus recipiant, teneant, atque poſſideant, & quidquid exinde pro utilitate ſua facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem Chriſto propitio faciendi. Et ut hæc auctoritas donationis, atque largitionis noſtræ firmior habeatur, & à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque veriùs credatur, & diligentiùs obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum (Monograma) Sereniſſimi Regis.

Euerhard Notarius ad vicem UUirgarii Cancellarii recognovi.

(*Sigillum*
Illæſum.)

Data Kal. May Anno XXVII. regni Hludovvici Sereniſſimi Regis in Orientali Francia (*) regnantis, indict. VII. Actum

(*) Correſpondet Anno DCCCLX. vel Anno DCCCLXI.

Actum Franconouurt pallacio regis, in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Aventinus lib. 4. Annalium Boicorum. pag. 387. narrat. *Ludovicum* Regem Bajoariæ, poſtquam hoſtes Pannoniâ, & Bajoariâ expuliſſet, *Rathobodum* Ducem Orientali limiti cuſtodem ordinaſſe. Forte is ipſe *Rathobodus* eſt, de quo in hoc Diplomate *Ludovicus* Rex loquitur. De bonis iſtis, quæ Rex *Ludovicus*, *ad Menſam Monachorum* S. Emmerani contulerat, *ut nullus Epiſcopus vel quislibet Prælatus ad* OPUS SUUM *ea recipere præſumat*, nil amplius (Monachi Monaſterii S. Emmerami) percipiunt.

Num. XX.

Ludovicus Rex confirmat traditionem inter Ambrichonem Epiſc. Ratisbon. & Engilmarum Diaconum.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludouuicus Divina favente gratia Rex. Si petitiones fidelium noſtrorum auribus noſtris accommodaverimus, non ſolùm regium morem decenter implemus, verùm etiam eos fideliores, ac devotiores in noſtro efficimus ſervitio, & ad æternam vitam feliciter obtinendam profuturum liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſc. & futurorum ſolertia, qualiter conceſſimus fieri quandam traditionem inter Embrichonem venerabilem Epiſcopum & Engilmarum Diaconum. Tradidit namque Engilmarus ſuam proprietatem ad *Ettinchoven* in manum Epiſcopi, & advocati ejus Amalberti ad S. Emmerammum, quicquid ibidem habere viſus eſt, cum curtibus, ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarumve decurſibus, molendinorum locis, mancipiis, nihil extra dimittens, ſed totum ad prædictum Sanctum Dei transfundens; & ſibi complacitavit de rebus S. Emmerammi beneficium ſuum in proprietatem cum conſenſu Epiſcopi, & Ex Autographo.

& omnium fratrum ibidem commorantium in loco, qui dicitur (*) *Heribrantesdorf* & hobam Heimonis cum mancipiis usque ad finem vitæ ſuæ, & poſtea omnia meliorata ad S. Emmerammum conſtarent. Igitur nos ſuper eandem complacitationem hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus, atque jubemus; ut, ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt, ita diebus vitæ ſuæ ſecuriter habeat, beneficium ſc. in proprium; poſt ſuum verò obitum ad prædictam poteſtatem S. Emmerammi revertatur. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus noſtris veriùs credatur, & diligentiùs obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſubter eam ſignari juſſimus.

Signum (Monogramma) Domni Hludouuici Sereniſſimi Regis.

Hebarhardus Cancellarius ad uicem Luitberti recognovi.

(*Sigillum ex aliqua parte læſum.*)

Data IIII. Non. Febr. Anno XXXVII. regni Domni Hludouuici Sereniſſimi Regis, in Orientali Francia regnantis (*) indictione VII. Actum Augusburc in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Omnes hæ litteræ intelligi debent de Hludouuico Rege Germaniæ, (vulgò Germanico) Hludouuici Pii, Filio.

Num. XXI.

(*) Modò *Hebranſtorff* in diſtrictu Kirchbergenſi. Plura bona in *Hebranſtorff* ad Monaſterium S. Emmerami pertinent, unà & jus Patronatûs, alternando per Menſes cum Sereniſſimo Electore & Duce Bavariæ.

(*) Convenit Anno DCCCLXX. vel DCCCLXXI.

Num. XXI.

Carolomanni Regis Germaniæ præceptum de complacitatione quadam inter Ambrichonem Ep. Ratisbon. & Hyttonem Abbatem Lunælacenſem.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Karlomannus divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrísque præſentibus & futuris, qualiter quidam vir venerabilis *Embricho* Reginæ Urbis Epiſcopus, nepósque illius *Hytto*, Abbas Monaſterii ad Lunæ lacum, noſtram adierunt excellentiam unacum Advocatis atque primatibus S. Emmerami, Martyris Chriſti, poſtulantes; ut ipſis per noſtræ licentiæ conſenſum, quandam aptam, utilémque complacitationem facere liceret. Tradidit itaque idem præfatus Abbas Hitto per conſenſum noſtrum atque Epiſcopi præfatæ ſedis, totiúsque familiæ ipſius Eccleſiæ ad ſanctum Dei Martyrem Emmeramum proprietates ſuas, quales habuit ad *Pergen* juxta *Hufhuſan* & *Adalbrichinchovam* juxta *Rochingam* in manum prædicti Antiſtitis, Advocatíque illius Gundperti cum curtibus, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, pecudibus, domibus, agris cultis, & incultis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, pratis, paſcuis, quæſitis, & inquirendis, movilibus, & immobilibus, & quæ in poſterum in ipſis locis adaugeri potuerint, omnia illuc transfundebat atque donabat, ea namque ratione, quatenus beneficia, quæ priùs habuit de præfatæ Sedis Epiſcopo jamjamque dicto, id eſt: *Lentinchovan*, *Rodratinchova*, *Aregiſinchova*, *Hardheim*, *Eſcinbach*, *Ergoltesbach*, *Coginbach*, *Benninchova*, *Pitenchova*, cum univerſis pertinentiis atque adjacentiis eorundem locorum firmiter in proprietatem teneat, atque poſſideat, una cum ſupra nominatis, atque traditis proprietatibus usque in finem vitæ ſuæ ſine ulla diminoratione vel mutatione. Poſt obitum verò ſuum integriter cuncta maneant in poteſtate S. Emmerami, & proviſoris ejusdem Eccleſiæ. Cujus rei gratia hoc præſens præceptum noſtræ auctoritatis ſcribere juſſimus, per quod decernimus, atque

Ex Autographo.

que omnino jubemus, ut hæc ipſa complacitatio per cuncta tempora inviolabilis permaneat. Et ut hæc auctoritas noſtri conſenſus perpetualiter veriùs credatur, ac diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubtus eam firmavimus, & annulo noſtro Sigillari juſſimus.

Signum Arnolphi (Monogramma.) Gloriosiſſimi Regis.

Signum (Monogramma.) Karlomanni Invictiſſimi Regis.

Madalwinus Notarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Dat. XII. Kal. Octobr. anno III. regni Karolomanni Sereniſſimi Regis in Bavaria, & in Italia II. Indict. XII. Actum ad Hoherahbach, curte Regia, in Di Nomine feliciter Amen.

Nota 1. Tria, quæ hic comparent, Carolomanni, Bavariæ & Italiæ Regis Diplomata, in notis Chronicis non conveniunt. Ad annum tamen DCCCLXXIX. ſingula pertinere arbitror; dum enim ſingula Tertio Carolomanni Regni Bavarici anno edita comparent, annus DCCCLXXIX. numerandus eſt; nam Defuncto (anno 876.) *Ludovico Germanico*, Filii ejus, ſubſequente ſtatim *Menſe Novembri*, Paternum Regnum inter ſe diviſerunt. Hinc à fine anni 876, annus (879,) TERTIUS Regni Bavarici currit. In ſingulis tribus Diplomatibus annus quoque Regni Italici SECUNDUS (II.) ponitur, qui itidem anno DCCCLXXIX. convenit; *Carolus Calvus* enim in Italia anno 877, die 6 Octobris obiit, cui in Regno Italiæ, anno 877. Carolomannus ſucceſſit, *Papiæ* Rex Italiæ electus. A Menſe ergo Novembri anni 877, annus 79, SECUNDUS Regni Italici dicendus eſt. In iſto, quod modo exhibui, Carolomanni Diplomate, *à Madalvvino Notario* recognito, Notæ Chronicæ rite, ut opinor, enun-

enuntiantur; Nam TERTIUS annus Regni Bavarici, & SECUNDUS Regni Italici, XII. Kalend. Octobris. (Mense Septembri) positi, à Mense Novembri anni 876, & à Novembri anni 877. ritè enumerantur. In altero autem Carolomanni Diplomate, mox subsequente, quod *Baldo* Cancellarius recognovit, annus *Tertius* Regni Bavarici, & annus *Secundus* Italici, *III. Non. Decembr.* (ipso Mense Decembri) positi, non conveniunt; *Tertio Non. Decembris* enim jam *Quartus* Regni Bavarici, & *Tertius* Italici annus numerandus esset. Posterioris Diplomatis, (Tertii,) Notæ Chronicæ rectè iterum annos enuntiant. Fortè *Baldo* Cancellarius; qui alterum Diploma recognovit, alia numerandi methodo usus est, unum, alterumve, ULTIMUM anni mensem non attendens. Legitur tomo II. Historiæ Franciæ Orientalis Georgii Eckard pag. 623, quòd Carolomannus Monasterio *Chremisæ* (Chrembsmünster) Diploma concesserit, his ibi *notis Chronicis* positis. *Datum Tertio* NON. DECEMBRIS *anno Christo propitio*, SECUNDO *Karolomanni Invictissimi Regis in Bavaria*, & PRIMO *in Italia*, *indictione X. actum ad Aetingas Curte Regiâ* BALDO CANCELLARIUS . . . recognovit. Ex hac subscriptione patet, quòd III. NON. DECEMBRIS anni 878, sub BALDONE *Cancellario* primùm SECUNDUS annus Regni Bavarici numeretur.

Nota 2. Singularis est hujus Diplomatis subscriptio; Duplex enim ibi legitur: SIGNUM ARNOLFI GLORIOSISSIMI REGIS: & SIGNUM KARLOMANNI INVICTISSIMI REGIS. Causa hujus Duplicis subscriptionis forte ista assignari posset. *Ludovicus* Frater *Carlomanni*, hoc anno (879,) (mortuô *Ludovico* Rege Galliæ,) invitatus ad suscipiendum Regnum Galliæ, in Franciam Occidentalem, *Verdunum* usque, profectus est. Rex *Carlomannus*, Pater *Arnolfi* ex Concubina Filii, paralysi correptus, desperatæ tunc erat valetudinis. Inde *Arnolfus*, *Carlomanni* filius, absentiâ *Ludovici* fratris Carlomanni (in Galliæ Regem forte eligendi) utens, Bavariam ingressus est, & languente Carlomanno regem sibi egit, expulsis quibusdam proceribus, simulque hoc Diploma subscripsisse dicendus est. Vide Eckardum tom. II. Historiæ Franciæ Orientalis pag. 643. Forte etiam post mortem Carolomanni Regis has litteras Arnulfus Rex primùm subscripsit, ut sic ea confirmaret, quæ Pater ipsius prius rata habuerat. Solum autem Sigillum *Karlomanni* huic Diplomati appressum est, quod integrum adhuc cernitur.

Nota 3. Locus, ubi hoc Diploma concessum fuerat, dicitur (*Hoberahbach*) Parte II. Chronici Gottwicensis pag. 483. appellatur vicus *Hochenburg*, sive *Hoburg* prope Burghausen ad fluvium Salza. Vide Chronicon.

Nota 4. De *Hittone*, vel *Ottove* Abbate *Lunælacenſi* vide Chronicon Lunelacen. pag. 84. Sect. II. Bona in hac complacitatione, notata modò non ſunt *in poteſtate S. Emmerami*, prout in hoc præcepto *Carlomannus* fieri decreverat.

Nota 5. In hoc Præcepto, ſive litteris Karlomanni, dicitur, quòd Epiſcopus, & *Hytto* Abbas Lunælacenſis, cum *Advocatis, atque Primatibus S. Emmerami* ad Excellentiam (Carlomanni) acceſſerint. Exiſtimo hos *Advocatos*, & *Primates* S. Emmerami, non à Monachis S. Emmerami fuiſſe conſtitutos, ſed Epiſcopi, qui Abbatem S. Emmerami agebat, Advocatos & Primates fuiſſe.

Num. XXII.

Karlomannus quasdam res proprietatis ſuæ in pago tonogeuuæ &c. donat Jobo Presbytero, eóque mortuo, Eccleſiæ S. Emmerami.

Ex Autographo.

IN Nomine ſanctæ, & individuæ trinitatis Karlomannus divina favente gratia Rex. Si pro Dei nutu vel pro mercede æternæ retributionis fidelibus quibuscunque noſtris quasdam res proprietatis noſtræ donamus; non ſolùm Regium morem decenter implemus, verum etiam æternæ beatitudinis præmium nos promereri liquidò credimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrísque ſc. præſentibus, & futuris; quoniam quidam fidelis ac dilectus presbyter noſter, Job nomine, culmen ſerenitatis noſtræ adiit, deprecans: ut ei quasdam res proprietatis in pago, qui dicitur *Tonogeuue*, in comitatu Engildeonis, in proprietatem donaremus. Nos verò libentiſſimè petitionibus illius ſatisfacientes propter nimiam ſervitutem illius, in nos exhibitam, per hoc præſens præceptum noſtrum in prædicto pago, & in villa, quæ vocatur *Samutesbach* donavimus ei duas hobas in proprietatem cum octo mancipiis, cum terris cultis, & incultis agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus. Omnia hæc prædicto Jobo, dilecto

 Pres-

Presbytero noſtro, in proprietatem dedimus, atque de noſtro jure in *jus* & dominationem ejus transfundimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierna die, & deinceps hanc ipſam proprietatem *omnibus* diebus vitæ ſuæ habeat, teneat, atque poſſideat. *Poſt* obitum autem illius jubemus; ut res prædictæ redeant in poteſtatem S. Emmerami Martyris Chriſti, & ut hæc auctoritas largitionis noſtræ ab univerſis fidelibus firmior habeatur, & per futura tempora veriùs credatur, ac diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum (Monogramma.) Domni Karlomanni piiſſimi Regis.

Baldo Cancellarius ad vicem Thiotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data III. Nonas Decemb. anno Chriſto propitio III. Domni Karlomanni Sereniſſimi Regis in Bavaria, & II. in Italia, indictione XI. Actum ad Rantdesdorf, curte Regia in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Una in hoc Diplomate *Karlomanni* ſubſcriptio legitur, licet eodem anno DCCCLXXIX, quo Prius, conceſſum judicari debeat. Quòd verò *Arnolphus* huic Diplomati, eodem anno, quo prius conceſſum fuerat, confecto haud ſubſcripſerit, cauſa iſta mihi videtur. Rediit ex Gallia *Ludovicus*, frater *Karlomanni*, quò ad capeſſendum Galliæ Regnum à quibusdam invitatus priùs acceſſerat, ſed accepta parte Lothariigiæ perſuaſus, *Francofurtum* reverſus eſt, ubi ei nunciatum fuerat *Arnulfum*, (Patre Carlomanno paralyſi percuſſo) partem Regni Bojariæ occupaſſe. Hinc *Ludovicus* in Bajoariam (hoc eodem anno 879.) profectus cum *Carlomanno* fratre reconciliatus eſt, qui, quoniam loqui non poterat, ſe ipſum, uxorem, & filium, univerſumque regnum ſcripto commendavit. Vide Eckardum tom. II. Franciæ Orient. pag. 643. Inde conjicio, *Arnulphum*, poſtquam Pater

ter *Karlomannus* cum Fratre *Ludovico* reconciliatus fuerat, eidemque fratri Regnum Bavariæ, Uxorem, & filium (Arnulphum) commendaverat, à Regni hujus Bavarici Administratione abstinuisse, & Diplomatibus *Karlomanni* Patris sui non amplius subscripsisse.

Noti 2. De Nota Chronica hujus Diplomatis vide Notam 1. ad Præcedens Diploma.

Nota 3. De villa *Samutesbach*, quæ in hoc Diplomate legitur, nil asserere audeo. Pagus *Tonagevv* equidem notissimus, (vide Chronicon Gottwicense pag. 578.) sed villam *Samutesbach*, levi tantum inductus conjecturâ, indigitare nolo.

Num. XXIII.

Karlomannus confirmat quandam Complacitationem inter Hittonem Abbatem Lunælacensem, & Monachos ejusdem Monasterii.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Karlomannus Divina favente gratia Rex. Si enim fructuosas complacitationes circa casas Dei fieri consentimus, non solùm temporaliter nobis profuturum esse credimus, verùm etiam ad æternam vitam feliciter perveniendam nobis perfructuosum esse liquidò non dubitamus. Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque sc. præsentibus & futuris, quoniam quidam venerabilis ac dilectus Abbas noster, nomine Hitto petiit culmen serenitatis nostræ; ut sibi liceret quandam complacitationem agere cum Monachis in Cœnobio, quod *Maninsio* dicitur, consistentibus, quod etiam constructum esse videtur in honore B. Michaëlis Archangeli Domini nostri JEsu Christi. Nos autem petitionibus libenter illius aurem accommodantes, permisimus ita fieri, sicut rogavit. Et ideo præfatus Abbas cum manu Advocati sui tradidit ad supra dictum Monasterium proprietatem suam, qualem visus est habere in loco, qui dicitur *Sulzibach* cum mancipiis V. cum

cum domibus, & cæteris ædificiis, cum terris, agris, pratis, viis, & inviis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, & cum omnibus integritatibus ſuis. Econtrà verò tradidit advocatus S. Michaëlis nomine Ato, memorato Abbati cum conſenſu & licentia omnium fratrum in eodem cœnobio conſiſtentium, omnia beneficia, quæ Perhtrammus presbyter cum ſua proprietate complacitavit, (ut) usque ad finem vitæ ſuæ haberet; id eſt: ad Kekingon, & ad Erlafu, & Chauinga, & Oſteringa, cum omnibus locis illuc aſpicientibus, & cum omnibus integritatibus ſuis; id eſt: cum mancipiis utriusque ſexus, cum domibus, & cæteris ædificiis, cum terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, omnia verò hæc prædictus Advocatus Hittoni Abbati tradidit, ea ratione, ut poſt obitum memorati Presbyteri usque ad finem vitæ ſuæ in proprietatem haberet, atque poſſideret, & poſt diſceſſum ejus omnia cum integritate ad præfatum cœnobium converterentur meliora, ſed pro firmitatis gratia idem Abbas popoſcit ſerenitatem noſtram; ut præceptum noſtrum ſuperadderemus; ut illius complacitatio firma & inconcuſſa perſiſtere potuiſſet. Nos verò voluntariè petitionem illius ſuſcipientes, per hoc præſens præceptum noſtrum ſancimus, atque jubemus; ut quod ille ad jam dictum Monaſterium tradidit, ut hoc deinceps perpetualiter illuc aſpiciat, & quod ipſe Abbas ab eodem cœnobio ſuſcipit, hoc omnibus diebus vitæ ſuæ habeat, teneat, atque poſſideat in proprietatem cum omni integritate ſua, ea videlicet ratione: ut poſt obitum illius redeant cum omnibus adjacentiis ſuis meliorata ad præfatum Monaſterium, nullo unquam ſucceſſore noſtro hanc traditionem interrumpente; ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus ſalva & inconcuſſa permaneat. Et ut hæc auctoritas præceptionis noſtræ per cuncta futura ſæcula inviolabilem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſigillari juſſimus. Data V. Id. April. anno Chriſto propitio III. Domni Karolomanni piiſſimi Regis in Bavaria, & II. in Italia, indictione XII. Actum ad Otingas cum Regina in Di Nomine, Amen.

Nota 1. Hoc Diploma in noſtro Codice Diplomatico Sæculo XI. exarato ſcriptum legitur. Ad noſtrum autem minime ſpectat Monaſterium.

ſterium. Judico, Abbates Lunælacenſes, proin etiam *Hittonem*, ſeu *Ottonem* Abbatem, Nepotem *Ambrichonis* Epiſcopi Ratisbonenſis, omnia cum conſenſu hujus Epiſcopi feciſſe. Hinc conjectura eſt, hoc Diploma *Carlomanni* quondam in Monaſterio S. Emmerami ſervatum fuiſſe, cùm ibi etiam Epiſcopus Ratisbonenſis Abbatem egerit, ſicque inter alia noſtra, in Codicem Diplomaticum relatum fuiſſe. Vide, quæ in *Nota 1.* ad *Ludovici Germanici* Diploma de Monaſterio *Manſee* dicta ſunt. Pag. 39.

Nota 2. Notæ Chronicæ ritè conveniunt juxta dicta, ad primum Carolomanni Diploma. Nota 1. pag. 60.

Num. XXIV.

Caroli Craſſi præceptum, quo quandam permutationem bonorum, inter Embrichonem Ep. Ratisb., & Hattonem ſeu Hittonem Abbat. Lunælacenſ. ratam haberi jubet.

Ex Autographo. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus, divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Si circa ſervos Dei beneficia largimur opportuna, non ſolùm imperialem modum decenter implemus, verùm etiam æternæ Beatitudinis præmium nos promereri inde liquidò credimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque ſc. præſentibus & futuris, quoniam quidam venerabilis vir & Religioſus Abba noſter, nomine Hatto, tradidit ſimul cum advocato ſuo Ottilone, ad ſanctum Michaëlem, ſanctumque Dei Martyrem Emmerammum proprietatem ſuam, quam habuit in Oriente, juxta fluvium, qui vocatur Raba, id eſt, hobas XXX. in manum Embrichonis Ven. Ep. & advocati ejus Gundperti. Econtra verò præfatus Venerabilis Epiſcopus manibus advocatorum ſuorum una cum conſenſu totius Cleri ſibi ſubjecti tradidit ei in proprietatem poſſidendam usque in finem vitæ ſuæ de rebus S. Emmerammi Abbatiam, quæ nuncupatur, Lacum Lunenſem cum omnibus adjacen-

centiis ſuis; id eſt: cum Eccleſiis, quàm & cæteris ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus, & immobilibus, ſeu quicquid ad hæc juſtè & legitimè pertinere videbatur. Sed ob firmitatis gratiam idem Hatto, religioſus Abba noſtram deprecatus eſt celſitudinem; ut præceptum liberalitatis noſtræ ſuper hoc adderemus. Nos autem libentiſſimè petitionibus illius ſatisfacientes jubemus, atque decernimus; ut ab hodierna die & deinceps jam dictam Abbatiam cum locis ibi pertinentibus usque ad finem vitæ ſuæ habeat, & teneat, atque poſſideat, eo etiam tenore; ut poſt obitum ſuum præfatæ res in omnibus ſalvæ ad S. Emmerammum revertantur, nullo unquam hanc convenientiam *irrumpente*, vel *inquietante*, ſed DEO auxiliante perpetuis temporibus firma & inviolabilis permaneat. Et ut hæc auctoritas præceptionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora veriùs credatur, ac diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & Bullæ noſtræ impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domni Arnulfi (Monogramma) Sereniſſimi Regis.

Signum Domni Karoli ( ) Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

UUaldo Cancellarius ad uicem Luicuuardi Archi-Cancellarii recognovi.

(*Sigillum plumbeum pendulum.*)

KAROLUS.M. AGS. *in parte Antica.* | RENOVATIO REGNI FRANCI. *in parte poſtica.*

Data Non. April. Anno Incarnationis Domini D.CCC. L.XXXIII. indict. I. Anno verò imperii piiſſimi imperatoris Karoli, III.tiò Actum Regenesburg in Di Nomine ſl. Amen.

Nota 1. Mabillon. de Re Diplomat. lib. 2. cap. 27. num. 3. *Carolum Craſſum*, auctoreni exiſtimat illius uſûs, quo Chronicæ Notæ, (*per Annos Incarnationis* deſignandæ) in Diplomata IMPERIALIA inveĉtæ fuerunt. In ORDINARIIS quidem, Carolinorum, Diplomatibus antea conceſſis, nusquam hæ Notæ Chronicæ per *Annos Incarnationis*, ſed tantùm in SOLENNIORIBUS ſubin adhibitæ fuerunt. Anni Incarnationis à *Regibus* ante *Carolum Craſſum* ſubinde poſiti inveniuntur, uti ſuperius in Diplomate *Ludovici Germanici I.* Anno DCCCXXXI. vidimus pag. 39. Apud Eccardum Tom. II. Hiſtoriæ Franciæ Oriental. de *Ludovico II. Germanico*, *Ludovici Germanici I.* filio, Anno 877. pag. 626. idem legere eſt. Mabillonius tantùm exiſtimat *Carolum Craſſum Auctorem* dici Poſſe, hujus Notæ Chronicæ (*Anno Incarnationis*) NB. in IMPERIALIBUS Diplomatibus, poſt ipſum SEMPER uſitatæ; nam antea in SOLEMNIORIBUS Litteris *Carolinis* SUBINDE iſtæ Notæ adhibitæ fuerunt.

Nota 2. *Carolus Craſſus* Ann DCCCLXXX. factus Imperator, ſui Imperii annos ab iſto deſumpſit. De *Caroli Craſſi* Notis Chronicis vide *Muratorium* Diſſertat. 41. pag. 755. *Mabillon.* de Re Diplomat. lib. 2. cap. XXVI. num. 18. notat, tres Epochas à Carolo Craſſo in ſuis Diplomatibus fuiſſe adhibitas. In hoc autem Diplomate *unius Imperii* annorum fit mentio. Vide *Murator.* cit. loco. R.P. *Bernardus* Pez tom. I. Theſauri Anecdotorum &c. parte III. pag. 30. hoc ipſum Caroli Craſſi Diploma exhibet. Sed per errorem ibi impreſſus legitur Annus Incarnationis DCCCLXXX; in Autographo enim expreſſus eſt Annus DCCCLXXXIII.

Nota 3. Duplex rurſus in hoc Diplomate conſpicitur ſubſcriptio, *Arnoldi Sereniſſimi Regis*, & *Caroli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti*, unô tamen *Caroli*, & quidem plumbeô, appensô Sigillô. Mortuo Ludovico II. Germanico, *Carolomanni* Regis Bavariæ fratre, Anno DCCCLXXXII, *Carolus Craſſus* ab omnibus Germanis in Regem ſuſceptus fuerat. Defuncto itaque *Ludovico II.* Germanico (cujus filiolus è feneſtra lapſus, ante Patrem mortuus, apud S. Emmeramum ſepultus eſt) *Arnulfus* ex concubina Carolomanni filius, in Bavariæ Principatu ſucceſſit, qui huic Diplomati tanquam Rex, Anno DCCCLXXXIII. ſubſcripſit; vel dici poteſt, quòd exauctorato *Carolo Craſſo*, primùm ſubſcripſerit, & hoc præceptum confirmârit.

Nota 4.

Nota 4. Appenſa eſt huic Diplomati Bulla Plumbea, in parte *Antica*, ſeu Priori, effigiem *Caroli* Imperatoris; in parte *Poſtica*, hanc *Inſcriptionem*: *Renovatio Regni Franc.* exhibens. De Bullæ Plumbeæ uſu, & formulâ in parte ejus poſtica legendâ videri poteſt *Mabillon.* in Supplement. de Re Diplomat. pag. 48. ubi ſcribit: *Bullas* plumbeas, Carolinis temporibus, in Diplomatibus tam Regiis, quàm Imperialibus uſitatas fuiſſe. Elogium vero illud: *Renovatio Regni Francici* in parte poſtica ſigilli plumbei legendum omnibus Imperatoribus & Regibus tunc indifferenter fuiſſe attributum ibi notat.

Nota 5. Abbatia *Lacumlacenſis* (Monſee) in his litteris, dicitur eſſe *de Rebus S. Emmerami.* Item *Hatto*, (*Hitto*, ſeu *Otto*) Abbas Lunælacenſis, proprietatem ſuam, *ad S. Michaëlem, Sanctumque DEI Martyrem Emmeramum* tradidit. Sed hobæ XXX. juxta fluvium *Raba* in Oriente, quarum in hoc Diplomate mentio fit, ſancto Emmeramo non amplius ſunt propriæ. *Raba* (vulgo die Raab) fluvius in inferiori Stiria, non procul, græcium, oritur, & Ungariam permeans in Danubium effunditur.

Nota 6. Ex litteris (Diplomate) Arnulfi Imperatoris inferiùs ſub Num. XXX. conſpiciendis patet, *Carolum Craſſum*, *Ambrichoni* Epiſcopo Ratisbonenſi Eccleſiam S. Emmerami *præſtitiſſe, in uſumfructuarium, in Beneficium dediſſe &c. &c.* ob quam conceſſionem, ARNULFUS Imperator ait, CAROLUM *nullam amplius victoriam habuiſſe, neque corporis & animæ ſanitatem usque ad finem vitæ ſuæ.* Hinc plurimæ. Sub *Ambrichone* Epiſcopo, (omnia pro libitu diſponente,) de bonis S. Emmerami factæ fuerunt commutationes; uti ex Codice *Anamodi* Sub-Diaconi Ratisponenſis, quem R. P. Bernardus Pez Tom. I. Theſaur. Anecdot. parte III. pag. 191. ex noſtro Autographo vulgavit, conſtat.

Num. XXV.

Karolus confirmat quoddam Concambium inter Ambrichonem Ep. Ratisb. & Hunricum Chor-Episcopum.

Ex Autographo. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus Imperator Augustus. Si circa servos Dei beneficia largimur opportuna, non solùm imperialem modum decenter implemus, verùm etiam & æternæ beatitudinis præmium nos promereri indè liquidò credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque, scilicet præsentibus, & futuris; quoniam quidam vir venerabilis & religiosus Chor-Episcopus, nomine Hunricus, tradidit res ad S. Emmerammum Martyrem Christi cum manu advocati sui Otnandi cum consensu & consilio Ambrichonis venerabillimi Episcopi, & advocati ejus. Hoc est, quod illuc tradidit: ad Scammahocum basilica & cæteris ædificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis, & incultis, pratis, pascuis, silvis, & cum omnibus pertinentiis suis. Similiter etiam tradidit ad Luzindorf, quidquid ibi habere visus est, id est, tam domibus, quàm cæteris ædificiis, mancipiis, terris cultis, & incultis, & cum omnibus integritatibus suis. Econtra verò præfatus venerabilis Episcopus manibus advocatorum suorum unacum cum consensu totius cleri sibi subjecti tradidit ei in proprietatem possidendum usque ad finem vitæ suæ quædam loca S. Emmerammi id est: *Altheim*, & *Hunhart*, & *Perchusa* cum omnibus adjacentiis suis, id est, tam Ecclesiis, quàm cæteris ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus, & inmobilibus, seu quidquid huc juste, & legaliter pertinere videbantur. Sed ob firmitatis gratiam idem *Hunricus* religiosus Chor-Episcopus nostram deprecatus est celsitudinem; ut præceptum liberalitatis nostræ super hoc adderemus. Nos autem libentissimè petitionibus illius satisfacientes jubemus, atque decernimus; ut ab hodierno die & deinceps omnia jam dicta loca usque ad finem vitæ suæ habeat, teneat atque possideat,

poſſideat, eo etiam tenore; ut poſt obitum ſuum præfatæ res in omnibus ſalvæ ad S. Emmerammum revertantur, nullo unquam hanc convenientiam irrumpente, vel inquietante; ſed DEO auxiliante perpetuis temporibus firma & inviolabilis permaneat. Et ut *hæc* auctoritas præceptionis noſtræ firmior habeatur, & per *futura* tempora veriùs credatur, ac diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſigillari juſſimus.

Signum (Monogramma) Domni Karoli Sereniſſimi Auguſti.

UUalco Notarius ad uicem Luituuardi Archi-Cancellarii recognovi.

(*Sigillum abſtractum.*)

Data V. Kal. April. Anno Incarnationis Domini D.CCC. LXXXIII. indict. I. Anno verò imperii piiſſimi imperatoris Karoli III. Actum Regenesburg in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Unica *Caroli Auguſti* hîc videtur ſubſcriptio. Sigillum vel abſtractum, vel confractum fuit. Macula autem in loco ſigilli videtur, quæ ex cera ibi olim appreſſa reman ſit.

Nota 2. Ex uno ſequentium (*Arnulfi* adhuc *Regis*) Diplomate conſtat, quasdam res de Monaſterio Sancti Emmerami *jam longo tempore injuſtè fuiſſe abſtractas.* Item in alio Diplomate ARNULFUS *jam* IMPERATOR AUGUSTUS *omnibus ſucceſſoribus ſuis cognoſcendum* offert, his verbis: *Poſtquam Patruus meus, Karolus Imperator* (*Craſſus,*) *pro petitione Venerabilis Epiſcopi Embrichonis* (Ratisponenſis) *prænominatam* S. EMMERAMI *Eccleſiam præſtitit, nunquam victoriam habuit, neque corporis & animi ſanitatem usque ad finem vitæ ſuæ.* Ex quibus patet *Carolum Craſſum*, Abbatiam S. Emmerami *Ambrichoni* Ratisponenſi Epiſcopo præſtitiſſe, id eſt, *modo uſufructuario eidem beneficiaſſe, in præſtariam dediſſe*, vide Gloſſar: *Du Cange*, verbô: *Præſtare.* Fortè multa

ta bona, & Res Monasterii S. Emmerami sub hoc tempus *abstractæ* dici possunt. Hæc ideo huc annotare volui, quòd in his binis *Caroli Crassi* Diplomatibus de *Ambrichone* Episcopo Ratisbonensi, & de bonis S. Emmerami, quorum *sola memoria* in litteris istis residua est, mentio fiat.

Nota 3. Quòd *Hunricus* in his litteris vocetur CHOR-EPISCOPUS. Ex *Thomassino* patet Parte I. *de veteri Disciplina circa Beneficia &c.* lib. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. quòd in Synodo Ratisponensi sub *Carolo Magno*, lata priùs à Leone III. sententiâ, vetitum fuerit ultrà creari *Chor-Episcopos &c.* ex hoc autem Diplomate certum fit, legem hanc non fuisse servatam, cùm *Hunricus* Chor-Episcopus cum consensu & consilio *Ambrichonis* Episcopi traditionem suam fecerit. De *Chor-Episcopis* latè disserit Thomassinus citatô locô.

Num. XXVI.

Arnolfi Germaniæ Regis, postea Imperatoris, Diploma, quo *Asperto* Archi-Cancellario suo Capellam in pago *tunnagoue*, in proprium concedit.

Ex Autographo.

IN Nomine sanctæ & individuæ trinitatis Arnolfus divina provídente clementia Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus satisfacere studuerimus, quos in sapientia subtiles, disciplina jucundos, fidelitate sinceros, atque erga Regii servitii operam indefessos esse conspicimus, statum Regni nostri inde muniri, eosque fideliores ad nostrum inclinari obsequium oppidò confidimus. Quamobrem omnium fidelium nostrorum præsentium atque futurorum comperiat industria, quia nos *Asperto* venerabili ac dilecto Archi-Cancellario nostro pro *Theotmari* ven. Archi-Episcopi, & *Rudperti* dilecti terminalis comitis nostri suggestione, suoque amore Capellam in pago tunnagoue, ad curtem Regiam, quæ *Ufhusa* dicitur, constructam, cum familiis, mancipiis, & omnibus rebus ad eandem Capellam ritè pertinentibus, omnibus vitæ suæ diebus in proprium concessimus, curti-

curtilibus, ædificiis, terris cultis, & incultis, decimationibus, censibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, aquarúmve decursibus, molendinis, piscationibus, viis, & inviis, exitibus, ac reditibus, quæsitis & inquirendis, omníque integritate ad eandem Capellam pertinente. Jussimus quoque inde hunc præsentem donationis nostræ titulum conscribi, per quem firmissimè Regali auctoritate nostra jubemus, ut nihil de eadem Capella in his rebus subtrahatur, quæ hactenus ad eam pertinebant, neque in censibus, neque in tecti ejusdem basilicæ procurationibus, vel quibuslibet minimis rebus, ipseque memoratus Archi-Cancellarius noster eandem Capellam sub usufructuario omnes vitæ suæ dies teneat, atque possideat, liberámque teneat potestatem, eam cum omnibus appendiciis suis pro nostra, parentumque nostrorum animabus, ac deinde sua, aut ad sancti Petri in Ratispona urbe Monasterium, ubi Episcopalis Sedes est, vel S. Emmerami Martyris Christi tradendi. Et ut hæc constitio & donatio nostra perenniter firma perseveret, manu propria eam confirmavimus, annulóque nostro assignari jussimus.

Signum Domni Arnolfi (Monogramma) invictissimi Regis.

Ernestus Notarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Illæsum.*)

Data Iduum Octobrium die anno incarnationis Domini D. CCC. LXXXIX. indict. VII. anno Regni Arnolfi piissimi Regis II. Actum Franchonofurt curte Regia in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Ex Chronicis, & tom. II. *Eckardi*, in historia Franciæ Orientalis quædam hic afferre libet. Deposito *Carolo Crasso* Imperatore, *Arnolfus Carlomanni* Filius, sub initium Decembris anno 887. REX GERMANIÆ salutatur. Vide Eckard. tom. 2. Franciæ Orient.

pag. 695. Rex Italiæ Declaratur anno 894. ibid. pag. 751. Imperator coronatur anno 896. ante diem 27. Februarii ibid. pag. 767. Hæc ideo breviter annotare volui, ut Notæ Chronicæ Diplomatum Arnolfi, quà REGIS & quà IMPERATORIS facile intelligantur. Regni Germanici annum primum incipit *Arnolfus* ſub initium Menſis Decembri anni 887. Imperii verò initium ſumit Menſe Februario anni 896.

Nota 2. Capella, modò, Eccleſia Parochialis *S. Bartholomæi* in *Aufhauſen*, cum omnibus NB. rebus &c. *ad eam pertinentibus*, ad Monaſterium S. Emmerami ſpectat, de qua incorporatione inferius redibit ſermo.

Nota 3. *Aſpertus*, Monaſterii S. Emmerami Monachus, Archi-Cancellarius *Arnulfi* Regis, denique Epiſcopus Ratisbonenſis factus, poſt quatuor annorum Regimen mortuus, ſepultus eſt in Eccleſia S. Emmerami. Vide hiſtoriam de Monaſterio S. Emmerami. pag. 187. & 188.

Num. XXVII.

Arnolfi præceptum, quo quædam loca in pago *Quinzingouve* Monaſterio S. Emmerami reſtitui jubet.

Ex Autographo.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Arnolfus divina favente clementia Rex. Si debitores ſumus omnibus injuſtitiam patientibus lineam æquitatis exhibere, dignum fore arbitramur, quatenus Eccleſiaſticæ res mundiburdium ac defenſionem à nobis habeant, nullamque perpetiantur iniquitatem. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quàm futurorum induſtria; qualiter nos quorundam virorum religioſorum relatu didicimus, qualiter, quædam res in pago Quinzingowe in Comitatu Hunolfi infra terminum loci Scononowa vocati, de Monaſterio Sanctiſſimi Emmerami, & Piiſſimi Martyris Chriſti jam longo tempore injuſtè fuerint abſtractæ. Hujuscemodi injuſtitiam non parvi pendentes juſſimus eandem marcham, ad præ-

præfatum cœnobium pertinentem, fideles noſtros circumducere, æquaque diſcretione ſequeſtrare. Iſti ſunt, qui eandem marcham circumduxerunt: Engildeo Comes, Odalrich Comes, Meginhart Comes, Chunipreht Comes, Kerolt Comes, Rumolt Comes, Geio Comes, & alii quàm plures, quorum nomina alteri membranæ inſcripta, præſenti auctoritatis noſtræ præcepto lucent involuta. Ita autem præfati loci terminus ab eis fuit circumductus, atque limitibus diſtinctus, id eſt: de Marpach usque ad Marachleo; inde quoque usque ad Rihpach; deinde usque ad caput Cheanpach; inde usque in Rotam, & ex Rota flumine ad Horginpach, ac deinde ad Goldarum, illinc ſiquidem usque Smalagaſceit; deinde usque ad Graſamareſaho, ac deinde, usque ad *Crucem.* *Nos quoque*, ne ulterius exinde aliqua quæſtio oboriatur, ex integro easdem res veluti ibidem circumductæ eſſe noſcuntur, ad prædictum cœnobium pro venerandæ memoriæ remedio animæ Patris noſtri, Karolmanni videlicet invictiſſimi Regis, ac deinde noſtræ, parentumque noſtrorum denuo tradidimus, & juſſimus inde hoc præſens conceſſionis noſtræ præceptum conſcribi, per quod decernimus, atque regio munimine jubemus; ut omnes præordinatæ res ad antedictum Monaſterium perpetim poſſidendæ conſiſtant. Nos quoque addimus, quatenus ipſæ res, quas nos inde in beneficium acceptas habemus, ab eodem Monaſterio nullo modo tollantur; ſed ſi priùs non redeant, poſt obitum noſtrum in jus Monaſterii redigantur. Et ut hæc donatio & conſtitutio noſtra firma, ſtabilisque perenniter conſiſtat, manu propia præſens præceptum firmavimus, annulique noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Domni Arnolfi (Monogramma) invictiſſimi Regis.

Aſpertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data XII. Kal. April. anno Dominicæ incarnat. DCCCXC. indict. VIII. anno III. regni Arnolfi piiſſimi Regis. Actum Moſapurch regia civitate in Di nomine feliciter Amen.

Huic Membranæ (poſt Notas Chronicas,) adjuncta eſt, alia membranula, ligamine membraneo, Diplomati adjuncta, in qua ſequentia leguntur: Iſti ſunt teſtes, qui circumduxerunt illam marcam ad Sconinouua. Engildeo Comes. Odalrih Comes. Meginhart Com. Chunipht Com. Kerolt Com. Rumolt Com. Getto Com. Vuuhad. Arngis. Ludo. Pirchtilo. Gozpht. Milo. Vuitolt. Ermpbt. Rodolt. Perahcoz. Hotolf. Dorfum. Volrat. Engildeo. Adalger. heripan. Iſanpht. Vuilihelm. Purcheri. Reginheri. Erchanpold. Reginmunt. Hunpold. Heidfolch. Sigimot. Vuillipald. Chunipht. Rupo. Eginolf. Engilpht. Petto. Salomon. Fridapbt. Meginhart. Fridolf. Chunulo. Jerrimar. Heimger. Arnamar. Otachar. Reginhart. Herimar. Liutprant. Adalmar. Adalmunt. Eparunt. Reginhoh. Eccirih Aſcrih. Jacob. Megol. Gunzo. Cundpht. Nidhart. Liufo. Sicco. Rodmunt. Vuago. Iſanpert. Gemmunt. Liuthart. Vuenilo. Vuetti. Uinipold. Trogo. Machelm. Faramunt. Paldrih. Vuimmunt. Tiſo. Kerbart. Rödker. Hagano. Opt. Reginpht. Gunzo. Sigifrid. Pald. Sigifrid. Lantpero. Othelm. Altman. Hadamar. Luitunc. Kerhart. Rodhart. Reginhoh. Sigimot. Ellant. Appo. Ambricho. Ogo. Ellant.

Nota. Res iſtæ, quas *Arnulfus* Rex in hoc Diplomate à Monaſterio S. Emmerami *jam longo tempore abſtractas*, & in pago *Quinzingovve* ſitas, commemorat, easque ſaltem poſt obitum ſuum *in jus Monaſterii hujus redigi* præcipit, minimè in jus Monaſterii S. Emmerami pervenerunt, vel, ſi pervenêre, in poteſtate ejusdem Monaſterii modò non ſunt; nil enim Monaſterium noſtrum hisce in locis, quæ in hac Marcha deſcribuntur, poſſidet. In Chartis Geographicis, hodiernis inter *Filuſam* (Vils) & *Rotam* fluvios, quædam ex his locis ſatis clarè indicari videntur. Uti *Marpach in Quinzingovve*, vicus eſt in diſtrictu Eggenfeldenſi inter *Frontenhauſen* & *Tauffkürchen*: *Marachleo*, ſatis convenit oppido *Marklhofen* prope *Reisbach*. *Husbach*, nunc *Hauspach* in diſtrictu *Eggenfelden*. *Cheampach*: hodie, ùt opinor, *Gampach* in præfectura *Pfarkürchen*. *Goldarum*, ùt veroſimile eſt, *Goldersbach* in Diſtrictu Pfarkürchen, niſi forte *Goldern* propè *Viebbach*

bach intelligi debeat; ſed nimium à cæteris locis limitaneis diſtat. Reliqua loca per nominum ſimilitudinem aſſequi non potui. Noverint fortè illi melius, qui horum locorum majorem notitiam habent. Id unum in votis mihi eſt, ut ii, qui bona hujusmodi poſſident, ſciant, Chartam Donationis horum bonorum in Monaſterio S. Emmerami *autographam* ſervari, & ita intelligant, in antiquiſſimis Diplomatibus horum bonorum Mentionem factam fuiſſe.

*****************?*?****************

Num. XXVIII.

Arnolfus Rex confirmat quandam Complacitationem inter *Tutonem* Ep. Ratisbon. & *Heinricum* Clericum.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Arnolfus divina favente gratia Rex. Si fidelium noſtrorum petitiones benignè auribus celſitudinis noſtræ accommodamus, & ea, quæ pro communi ſe utilitate invicem perpetraſſe causâ complacitationis aſſerunt, munimine auctoritatis noſtræ roboramus; non ſolùm regium morem decenter implemus; verùm etiam æterna nobis præmia *inde* provenire poſſe, liquidó credimus. Idcirco cunctorum ſanctæ *Dei* Eccleſiæ fidelium, præſentis ſc. temporis & futuri manifeſtetur collegio; quia Tuto venerandus Ratisponenſis Eccleſiæ Præſul obtulit obtutibus noſtris quandam complacitationis cartam, in qua continebatur; qualiter quidam Clericus, nomine Heinricus, talem proprietatem, ſicut per noſtræ conceſſionis præceptum in Tunagowe in Comitatu Paponis, in loco, qui dicitur *Puopinga* (*) habuit, cum mancipiis decem, & in loco Denchilinga (**) ſilvæ frugiferæ jugera XV. ad S. Petrum, Prin-

Ex Autographo.

(*) *Utilinga*, (Itling) propè Straubingam.
(**) *Denchilinga* in Diſtrictu *Haydau*. De his bonis nil poſſidet Monaſterium S. Emmerami.

cipem Apoſtolorum, ſanctumque Emmeramum Martyrem Chriſti in beneficiorum ſuorum complacitationem legitimo more, prædicta carta teſtificante, ex integro tradiderat. Econtra verò Tuto, venerabilis Epiſcopus hoc Eccleſiæ ſuæ cernens eſſe proficuum, unà cum Advocatis, Avone videlicet, & Gundperto, tradidit eidem Heinrico in proprium, quidquid in locis nominatis *Vtlinga* & *Denchilinga* ex parte Epiſcopii ſui in beneficio habuit cum mancipiis, ædificiis, terris, ſilvis, omnibusque appendiciis illuc rite aſpicientibus, eo videlicet rationis tenore; quatenus antedictus Heinricus tam proprium, quàm ſupra ſcripta beneficii ſui loca firmiter diebus vitæ ſuæ habeat, teneat, atque poſſideat absque ulla controverſia. Poſt ejus verò obitum ſalva integritate ad prædictos ſanctos hæc omnia perenni jure pertineant. His verò ita geſtis ſupplicante jam fato Epiſcopo hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum inde conſcribi juſſimus, firmiter præcipientes; ut hæc eadem complacitationis inſtitutio perpetuis temporibus nullo unquam irrumpente neque inmutante firma & ſtabilis perſeveret. Et ut hoc veriùs credatur, ac diligentiùs obſervetur, manu noſtra id roboramus, annuloque noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domni Arnolfi (Monograma.) invictiſſimi Regis.

Engilpero Notarius ad vicem Deotmari Archi-Capellani recognovi.

(L.S.)

Data II. Id. Maij anno Domini DCCCXCV. indict. XIII. anno verò VII. regni Arnolfi Piiſſimi Regis. Actum in loco, qui dicitur Dripura in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Sigillum avulſum eſt, macula autem in loco Sigilli, ex pinquedine Ceræ ibi olim poſitæ reſidua patet. *Dripura*, ubi hoc Diplo-

Diploma conceſſum legitur, juxta Chronicon Gottwicenſe parte II. pag. 516. idem eſt, ac *Driburc*, *Triburia* in Pago *Rhingouve* ſeu Rhenenſis Agri Moguntini, inter *Rhenum*, *Mœnumque* Fluvios.

Num. XXIX.

Arnolfus Imperator quandam complacitationem inter *Tutonem* Ep. Ratisbon. & nobilem fœminam *Wimpurch* confirmat.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Arnolfus, divina favente gratia Imperator Auguſtus. Regalem igitur condecet dignitatem; ut facta fidelium ſervorum, quæ communi ipſorum congruunt utilitati, & piè eis conſulendo proſpiciat, & in poſterum manſura gratanter corroboret. Inde quoque omnium Chriſtianæ religionis fidelium, inſtantis ſcilicet temporis & futuri agnitum eſſe volumus notitiæ; qualiter Tuto, honorabilis Radesponenſis Eccleſiæ Præſul, & commiſſi gregis nomine & merito tutiſſimus proviſor, & fœmina quædam nobilis, nomine Vvinpurch, *quandam* complacitationis, inter ſe more populari perpetratæ, cartam noſtris præſentârunt obtutibus, ſupplicantes, noſtri edicti tenore eam conſolidare, quod ita fieri decrevimus. In qua etiam continebatur inſertum, quomodo ipſa Vvinpurch proprietatem ſuam, id eſt curtem, quæ dicitur Nordilinga in pago Retienſi conſtitutam cum omni integritate ſua exceptis mancipiis XX. cum una hoba, Abſa cum Otgozzo tradidit ad S. Petrum, pretioſumque Chriſti Martyrem Emmeramum, in manus vid. præfati *Epiſcopi*, & Advocati ſui Gutharii perpetuò in proprium, cum Eccleſiis binis, decimatis curtibus & caſis, aliisque ædificiis, familiis, & utriusque ſexus mancipiis, cenſibus, univerſisque appendiciis, & adjacentiis ſuis. Econtra verò eadem Vvinpurch accepit per ipſas manus una cum prænominato Advocato ſuo, per quem & tradidit, de rebus prædictorum Sanctorum locum *Vvemedin-*

Ex Autographo.

medingen nuncupatum, cum attinentiis ſuis jure complacitationis poſſidendum. Quo peracto juſſimus hoc præſens muniminis noſtri præceptum inde fieri, per quod decernimus, atque omnino præcipimus; ut hujusmodi complacitationis inſtitutio firma & ſtabilis perſeveret, eo videlicet rationis tenore; ut ſæpe dicta Vvinburc ambas res ex integro, id eſt: *Nordalingan*, quod traditione Filii ſui Zuentipulchi, noſtraque præceptali donatione in poſſeſſionem adepta eſt, & *Vvemidingan* omni tempore vitæ ſuæ ſecurè habeat, teneat, atque poſſideat. Poſt obitum verò ſuum tam *Nordilinga*, quamque *Vvemidinga* ſalva integritate juri atque poteſtati ſupradictorum ſanctorum, ſeu etiam tuitioni proviſorum illorum absque ullius moleſtatione ſubjiciantur in perpetuum. Et ut hæc complacitationis confirmatio à nullo unquam ſucceſſore noſtro violetur, ſed in Chriſti nomine usque in finem conſolidetur, manu noſtra ſubtus eam roborantes, annulo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domni Arnolfi (Monogramma.) Imperatoris Auguſt.

Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum integrum.*)

Data XV. Kal. Junii anno incarnat. Domini DCCCXCVIII. indict. I. anno Regni Arnolfi, Piiſſimi Regis XI. Imperii ejusdem III. Actum Reganesburch in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. In hoc Diplomate *Arnolfi* Imperatoris Auguſti, cùm annus *Imperii*, tum annus *Regni Germanici*, ritè exhibentur; à Menſe enim Decembri anni 887. (*XV. Kalend. Junii* anni 898.) annus XI Regni, & à Menſe Februario anni 896. annus TERTIUS Imperii currit.

Nota 2.

Nota 2. In hoc Diplomate, Locus *Vuemidingen* (Wembding) *de rebus S. Petri & S. Emmerami* dicitur, & *Arnolfus Imperator* præcipit, ut post obitum *Winpurch*, Nobilis fœmine, tam *Nordilinga* (*Nördling*) quàm *Vuemidinga, juri & potestati S. Petri & S. Emmerami, absque ullius Molestatione in perpetuum subjiciantur.* Sed vide, quæ in Historia Monasterii S. Emmerami pag. 209. 210. Item pag. 246. 247. dicuntur. Serenissima Domus Bavarica, *Wembdingam*, tanquam *feudum*, ab Episcopo Ratisbonensi tenet. S. Emmeramus Patronus est Civitatis & Ecclesiæ, *Wembdinganæ*, ibique Patrocinio suo, SUOS SUAQUE protegit, hocque modo, *Wembdinga juri & potestati S. Emmerami in perpetuum subjecta* nunc dici potest. Anno 1719. Sacræ Reliquiæ de Ossibus S. Emmerami &c. Patroni nostri desumptæ, *Wembdingam* missæ, approbante Reverendissimo Ordinario Eystettensi publico cultui expositæ fuerunt.

Num. XXX.

Arnolfus civitatem Ratisbonensem noviter factam, cum XL. vineis donat Monasterio S. Emmerammi.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Arnolfus Divina favente gratia Imperator Augustus. Si igitur his, qui sub obtentu sacræ religionis jugiter Divinis mancipantur officiis, aures serenitatis nostræ benigno favore accommodamus, eorum affectui satisfacientes; liquidò credimus, eos promptiores in sustentatione nostri sacri imperii & devotiores in orationis constantiæ statu pro nobis permanere, atque apud Remuneratorem omnium bonorum divinis nos remunerari præmiis. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium sc. & futurorum cognoscat industria, qualiter nos pro absolutione divinæ recordationis antecessorum nostrorum Augustissimorum sc. Imperatorum, & pro remedio animæ nostræ & corporis salvatione, & pro remedio filii nostri Ludovvici, atque interventu etiam dilectæ conjugis nostræ Utæ, volumus amplificare, & augere civitatem nostram, quæ

quæ vocatur Ratispona, ob amorem & honorem ſcilicet Patroni noſtri, & pretioſi Dei martyris Emmerammi, & eandem civitatem totam, noviter factam cum XL. vineis, in monte, qui eſt in ripa Danubii juxta eandem civitatem tradimus, nullo contradicente, vel inquietante, pretioſo martyri Emmerammo & glorioſo martyri Dei, cujus nomen in libro vitæ cæleſtis adſcriptum eſt. Proinde omnium ſucceſſorum noſtrorum magnitudo cognoſcat; poſtquam patruus meus, *Karolus* Imperator pro petitione heu! tam venerabilis Epiſcopi *Embrichonis* prænominatam Eccleſiam præſtitit, nunquam poſtea victoriam habuit, neque corporis & animæ ſanitatem usque ad finem vitæ ſuæ. Quapropter comperiat omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium ſolertia; quòd nos eundem cenſum de præfato Monaſterio, quem Karolus Magnus dedit Leoni Papæ, ſucceſſoribusque ejus; & atavus meus, Eugenio Papæ; & avus meus, pius Ludowicus, Nicolao Papæ Romam ad altare S. Petri, ſtabilem facimus in præſentia Domni & venerabilis Papæ Formoſi, & Eccleſiam eandem confirmamus in poteſtate Imperatorum ſive Regum ſine ullius malivolentis minutione usque in ævum permanere, & cum ejus benedictione, & conſecratione, & confirmatione ita confirmamus; ut ſi quis Imperator aut Rex eandem Eccleſiam alicui præſtet, in maledictione Sanctæ Mariæ, & S. Petri, Succeſſorumque ejus, & omnium Sanctorum perſiſtat, usque dum ea traditione reſipiſcat. Et ut hoc Imperiale auctoritatis noſtræ præceptum firmius habeatur, & in poſterum veriùs credatur, hanc cartam conſcribi juſſimus cum ſigillo Papæ, annulique noſtri impreſſione aſſignatam manu noſtra ſubtus roboravimus.

Nota 1. Hoc Autographum non amplius comparet, fortè cum aliis, libertatem & emunitatem noſtram docentibus, (uti infrà Num. LIX apparebit) ablatum fuit. Legitur autem in noſtro Codice Diplomatico Sæculo XI. exarato.

Nota 2. Vide quæ in hiſtoria Monaſterii noſtri pag. 121. ſcripta ſunt. *De Civitate noviter facta*, quæ adhuc, *Arnolds Wünkl*, vocatur, ab *Arnulpho* Imperatore Monaſterio S. Emmerami donata, ſcribit *Arnoldus* noſter Monachus medii ſæculi XI. Scriptor. vide Antiq. lect. *Henrici Caniſii apud Basnage* & hiſtoriam noſtram pag. 121.

Vi hujus Donationis multi cives Ratisbonenſes, etiam de Senatu quidam, ſingulis annis die 25. Novembris annuum cenſum ad Cameram Monaſterii S. Emmerami perſolvunt.

Nota 3. In hoc Diplomate confirmantur, quæ de litteris *Caroli Magni* ſupra pag. 7. item *Ludovici Pii* pag. 18. Nota 1. diximus. Ait etiam *Arnulfus* Auguſtus in his litteris, quòd *Avus ejus* (*Ludovicus Germanicus I.*) *Nicolao* Papæ eumdem Cenſum, ob libertatem & immunitatem Monaſterii noſtri, præſtandum confirmarit. De *Ludovici Germanici I.* Diplomate, in quo de cenſu iſto mentio fieret, nec copiam quidem invenire potui, neque in Carthulario noſtro. *Ludovicus* filius *Arnulfi* Imperatoris, ùt poſtea (in ejus Diplomate) videbimus, hoc ipſum *Ludovici Germanici I.* factum, enunciat.

Nota 4. *Arnulfus* Imperator cum genitu (heu!) in his litteris narrat, quòd *Patruus* ejus *Karolus Imperator* (*Craſſus*) pro petitione *Ambrichonis* Epiſcopi Ratisponenſis, Eidem Epiſcopo Eccleſiam S. Emmerami præſtiterit, (id eſt *in Beneficium*, *uſufructario modo* conceſſerit,) & ideo nunquam poſtea victoriam habuerit, neque corporis & animæ ſanitatem usque ad finem vitæ. Nullus quidem ſub Arnulfo Imperatore (qui denuo libertatem & immunitatem Monaſterii S. Emmerami & annuum cenſum ad Cameram S. Petri Romam perſolvendum confirmavit,) Proprius Abbas ad S. Emmeramum fuerat; ſed, cùm *B. Tutto*, Monachus ad S. Emmeramum, Epiſcopum ſimul & ABBATEM SANCTE egiſſet, nec Eccleſiam ſeu Abbatiam S. Emmerami *in Beneficium*, obtinuiſſet, vel *uſufructuarius* ejusdem fuiſſet, proprius Abbas conſtitutus non fuerat. Sanctè enim *B. Tutto*, *res* S. Emmerami tractaverat, non tanquam ſuas, in proprium commodum vertendo, ſed ritè cuncta adminiſtrando. Vide quæ in hiſtoria de B. Tuttone pag. 92. & ſeqq. dicta ſunt, ex quibus ſollicitudo Beati hujus viri pro Eccleſia S. Emmerami intelligitur.

Nota 5. Annus, quo Diploma iſtud confectum fuit, in Codice Diplomatico noſtro expreſſus non eſt, cùm autem in hoc Diplomate dicatur hanc libertatem & immunitatem Monaſterii S. Emmerami, *in præſentia Papæ Formoſi* iterum ſtabilitam, & cum *Sigillo Papæ* ſignatam fuiſſe; oportet, id factum fuiſſe Anno 896, quo Arnulfus Romam occupavit, & coronam Imperii Romani accepit, vel eo tempore, quo *Formoſus Papa* Templum S. Emmerami Ratisbonæ dedicavit. Quo autem Anno id factum fuerit, nullibi expreſſum invenire potui. Antiquæ ſcripturæ & ſculpturæ Eccleſiæ noſtræ (uti in vetuſto libello Manuſcripto legere eſt,) de hac per *Formoſum* Papam facta dedicatione, teſtantur, ſed annum, quo id factum, non indigi-

indigitant. *Martinus Minorita* in ſuo Chronico apud Eccardum tom. I. Scriptorum Medii ævi. pag. 1610, ita ſcribit: *Formoſus . . . in Papam electus eſt, qui in Ratisbona ad ſanctum Gumeranum* (lege, *S. Emmeramum*) *dedicavit.* Sed annus hujus dedicationis etiam non exprimitur.

De ARNULFI Imperatoris veneratione, qua S. Emmeramum proſecutus eſt, cùm in Ejusdem Eccleſia ſepeliri voluerit, ſatis in hiſtoria noſtra dictum fuit. De quo etiam *Arnoldus* noſter Monachus in ſuo lib. II. *de Miraculis & Cultu* S. Emmerami plura ſcripſit.

Num. XXXI.

Ludovicus filius *Arnolfi*, Rex Germaniæ *Ekkeperto* Monacho Sanct-Emmeramenſi jugerum unum vinearum donat.

Ex Codice Diplomatum.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludouuicus divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus ſanctæ DEI Eccleſiæ fidelibus tam præſentibus, quàm & futuris, quòd nos pro mercedis noſtræ augmento & per interventum fidelium comitum noſtrorum Pabonis videlicet, & Iſangrimi, cuidam religioſo ſancti Emmerammi, Chriſti martyris cænobitæ, cui nomen Ekkepreth, in pago *Vueſtermann*, in comitatu Liutpoldi prope villam, quæ dicitur Maetingan, id eſt, in adjacenti monte, jugerum unum ex vineis poſitum, quod iſti vinitores noſtri Germunt, Rudheri, Frumolt, Ellinhart, Gozmar annuatim laborare dinoſcuntur, jure perenni in proprietatem conceſſimus, & juſſimus ei inde hos apices conſcribi, per quos volumus atque jubemus; ut ſupra nominatus Ekkipreth ab hodierna die, ac deinceps exinde liberrimam habeat poteſtatem tenendi, donandi, commutandi, vel quicquid ſibi placuerit faciendi absque ullius contradicentis impedimento. Et ut hæc conceſſionis auctoritas firmiorem in DEI nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria noſtra ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Data

Data II. Id. Septemb. Anno Domini DCCCCI. indict. IV. Anno II. regni Hluduvici piiſſimi Regis. Actum Reganespurc in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. *Arnolfus* Auguſtus Imperator obiit VI. idus Decembris (8. Decembris) Anno 899. ita Tabella Plumbea ſub capite inventa, (quando Sarcophagum Lapideum in Eccleſia noſtra S. Emmerami Anno 1671. apertum fuit, repertis ibi oſſibus) teſtatur. vide hiſtoriam noſtram. pag. 120. Sub Initium anni 900. *Forchemii Ludovicus*, filiolus *Arnulphi* Imperatoris, (Anno 893. natus,) à Proceribus Germanis Rex Germaniæ conſtitutus eſt. Notæ Chronicæ hujus Diplomatis rectè annum II. Regni Ludovici enunciant ſcilicet ad Annum DCCCCI. II. Id. Septembris.

Nota 2. Diploma iſtud ſcriptum legitur in noſtro Chartulario Sæculi XI. Villa, quæ hic *Maetinga* appellatur, nulla alia eſſe videtur, quàm *Madinga* ad Danubium *Ratisbonam inter & Abach*, ubi in Adjacente monte ex altera Danubii ripa, vineæ adhuc coluntur. Pagus *Vueſtermann* in his Montibus terminari dici poteſt. Multum quidem in hujus Pagi ſitu determinando tit. Abbas Gottwicenſis Chron. tom. 1. p. 2. pag. 849. laborat, ſed, ut primùm notavi, in his montibus terminari, & Pago *Chelesgavve* contiguus videtur.

Num. XXXII.

Hludouuicus Rex quasdam res proprietatis ſuæ in villa, quæ dicitur *Teorinhova*, donat *Tutoni* Ep. in jus & proprietatem S. Emmerammi.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hludovvicus gratia Dei Rex. Si Pontificum, ac miniſtrorum Dei, noſtræ Celſitudini fideliter famulantium, petitiones, quas nobis pro propriis, ſeu Eccleſiarum utilitatibus ob poſſibilitatem ſervitii noſtri innotuerint, ad effectum perducimus; non ſolùm imitando con- Ex Autographo.

ſuetudinem Anteceſſorum noſtrorum, verùm etiam ad mercedem beatæ remunerationis talia facta nobis profutura liquidò credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque tam præſentium, quamque futurorum cognoſcat induſtria; qualiter nos pro æternæ mercedis augmento cuidam venerabili ac dilecto Epiſcopo noſtro, Tutoni nominato, quasdam res noſtri proprii juris in jus & proprietatem beati Emmerammi martyris per conſenſum & conſilium Epiſcoporum venerabilium Pontificum Adalberonis, & Erchinbaldi, immo etiam & reliquorum fidelium noſtrorum *Liutbaldi* ſcilicet, propinqui noſtri, ac Cumbaldi Comitis æternaliter poſſidendas, conceſſimus, hoc eſt, in pago Nordgewi, in comitatu Pabonis Liutboldi, in villa, quæ dicitur Teorinhova, quæ pertinebat ad Otinuſſaz, quæ eſt contigua loco, qui dicitur Sentilabach cum manſis & mancipiis utriusque ſexus, ædificiis, terris, pratis, paſcuis, viis, & inviis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus, ac reditibus, agris cultis, & incultis, mobilibus, & inmobilibus, quæſitis & inquirendis, & omni communi utilitate ſilvæ, ſive in ſpeciali comprehenſione, ſeu etiam Magiſtri alicujus conceſſione, quicquid iidem ſervi eodem die vel tempore in poteſtate & veſtitura ad noſtrum ſervitium videbantur habere, totum ex integro tradidimus, atque transfudimus prænominato Martyri ejusque Vicario in jus & dominationem perpetuis temporibus, & juſſimus inde hanc cartam præſentem ſcribi auctoritatem noſtram, per quam volumus, firmiterque jubemus; ut præfatus Epiſcopus firmiſſimam inde habeat poteſtatem, ſicut cæterarum Eccleſiæ rerum. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firma ſtabilisque perpetuis temporibus perſeveret, manu propria ſubtus eam roborantes, annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domni Hludouuici (Monogramma) Sereniſſimi Regis.

Ernuſtus Cancellarius ad uicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Integrum.*)

Data

Data XVI. Kal. Martii Anno incarnat. Domini DCCCCIII. indict. VI. Anno verò Ludovvici piiſſimi Regis IV. Actum Forahheim, curte regia, in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Ludovicus Rex donat quasdam res proprii ſui juris *in jus & proprietatem beati Emmerami martyris:* quænam autem res illæ fuerint, indigitare nequeo. Pagus *Nordgevvi* Ampliſſimus erat, ſed villam *Teorinbovam &c.* invenire non potuit Ipſe, in his rebus tractandis Diligentiſſimus, & Eruditiſſimus tit. Abbas Gottwicenſis. Vide Chron. Gottwicenſe. Parte II. pag. 717.

Nota 2. Ludovicus Rex has res tradidit, NB. per CONSENSUM, ET CONSILIUM Epiſcoporum ADALBERONIS, & ERCHINBALDI: Quare per CONSENSUM, ET CONSILIUM EPISCOPORUM? Ludovicus Rex, adhuc adoleſcentulus, CONSENSU ET CONSILIO Procerum Regnum ſuum regebat. ADALBERO Epiſcopus Auguſtanus, Nutritor ipſius erat. Cur autem *Erchinbaldus* Eyſtadienſis Præſul præ aliis Proceribus hic nominatur? ecce conjecturam meam, quæ incidit, dum hæc ſcribo, & forte quamdam notitiam locorum, quæ in hoc Diplomate occurrunt, conferre poterit. Charta Geographica Principatûs & Epiſcopatûs Eyſtettenſis per *Joannem Baptiſtam Homann* facta, exhibet (ſeptentrionem versûs) in extrema parte, duo loca, *Sündlbach*, & *Reichenhofen.* Incidit mihi forte *Theorinhoven* idem ac *Reichenhoven* prope *Sentilabach*, (*Sündlbach*) (per litterarum quarumdam à notariis factam mutationem) hîc intelligi poſſet? &, cùm hæc loca intra limites Epiſcopatûs Eyſtettenſis exhibeantur, nonne *Erchinpaldus Epiſcopus Eyſtettenſis* conſenſiſſe, conſilium dediſſe, & ideo hîc nominatus dici poſſet? Fortè etiam locò *Thevrinhoven*, *Lautterhofen* propè *Caſtel*, (non adeo à *Syndlbach* diſtans) exprimi debuiſſet? Conjecturam meam ex eo etiam magis firmari puto, quòd hoc Diploma à Rege *Ludovico* in *Forchheim*, à quo iſta loca non adeo diſtant, conceſſum fuerit.

Nota 3. In hoc Diplomate *Ludovicus* Rex nominat *Luitboldum* PROPINQUUM SUUM. De quo Scriptores Genealogiæ Ducum Bavariæ, varia habent.

Num.

Num. XXXIII.

Hludovicus Rex quasdam res *Outæ*, Genitricis suæ confert Monasterio B. Emmerammi.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hluduvvicus divina favente gratia Rex omnibus in perpetuum, Novimus nos ad sacra regimina & ad imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca Deo dicata divino amore succensi procuramus. Ideoque sciat omnium fidelium nostrorum præsentium sc. & futurorum industria; qualiter nos per interventum dilectæ Genitricis nostræ *Outæ* quasdam res sui proprii juris, quas à largitate beatæ memoriæ patris mei Arnolfii Imperatoris per imperiale præceptum susceperat, ad Ecclesiam B. Emmerami martyris Christi nostra imperiali auctoritate donavimus, ea quidem ratione; ut easdem res quædam vidua, nomine *Rihni*, diebus vitæ suæ possideat, & post dies ejus in jus & dominationem ejusdem Ecclesiæ redeant, perpetuis temporibus tenendæ, id est, curtim, quæ dicitur *Velda*, quicquid in potestate prænominatæ genitricis nostræ eodem die erat, quod antea præceptis datum non fuerat, extra, vel infra terminum ejusdem curtis, totum cum omni integritate per consilium & consensum venerabilium Episcoporum Theotmari, Waldonis, Erchanbaldi, & Zachariæ, Tutonis etiam, & Burchardi, nec non & fidelium comitum nostrorum Liutboldi, Cunpoldi, Iringi, & cæterorum omnium, sicut priscis temporibus in singulis ministeriis Patrum nostrorum ordinatum fuerat, nihil extra dimittentes, in perpetuam possessionem tradidimus cum regimine, & ejusdem banno, mancipiis utriusque sexus, ædificiis, pontibus, & censu, silvis, omnique usu ejusdem silvæ; aquis, piscationibus, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, terris cultis, & incultis, mobilibus, & inmobilibus, aquis, aquarumve decursibus, quæsitis, & inquirendis. Et jussimus inde hoc præsens præceptum conscribi, per quod decernimus, firmiterque jubemus; ut præscripta

Ecclesia

Ecclesia beati Emmerammi, cui Tuto venerabilis Episcopus præesse dinoscitur, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem sicut cæterarum Ecclesiæ rerum. Et ut hæc largitionis nostræ auctoritas stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmavimus, & anuli nostri impressione sigillari jussimus. Data II. Id. Augusti Anno incarnationis Domini nostri DCCCCIII. Anno verò Hludowici piissimi Regis IV. indict. VI. Actum in Otinga in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Hoc Diploma scriptum legitur in Codice nostro Diplomatico, Sæculo XI. exarato: Notanda sunt iterum verba: [*Cum Consilio & Consensu Venerabilium Episcoporum Theotmari* (Salisburgensis,) *Waldonis* (Frisingensis,) *Erchanbaldi* (Eystettensis) *Zachariæ* (Sabjonensis,) *Tutonis* (Ratisbonensis,) & *Burchardi* (Patavien-sis.) &c.

Nota 2. Locus, qui in hoc Diplomate imperiali Auctoritate ad Ecclesiam B. Emmerami Martyris donatur, ita, *ut præscripta Ecclesia B. Emmerami, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem sicut cæterarum Ecclesiæ rerum*, vocatur *Velda*. *Velda* hic indigitata, videtur esse ea, quæ in Præfectura *Vilsbiburg* ad fluvium *Vilsam*, in inferiori Bavaria sita est. Huic Conjecturæ consentire videtur Diploma, *in Oettinga* datum; cùm Velda non adeo *Oettingâ* distet. Est etiam alius Locus, *Felden*, non longè *à Rottenberg* in Palatinatu, sed præplacet conjectura. Optimè notus erit locus (VELDA) illis, qui bona, per hoc Diploma donata, ibi possident; Ecclesia enim S. Emmerami de *his bonis*, *nil* nisi litteras, seu Diploma servat. Legi ego in Literis Lucii III. Papæ, quibus *Chunoni* Episcopo Ratisbonensi Bona hujus Ecclesiæ (Ratisbonensis) confirmat, hæc verba: [*Villam & Ecclesiam* de VELD *cum omnibus appendiciis suis.*]

Num. XXXIV.

Hludouuicus Rex confirmat Privilegium libertatis Monasterii S. Emmerami &c.

Ex Autographo. IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludouuicus Divina favente gratia Rex omnibus in perpetuum. Novimus Nos sacra Regimina & ad Imperialem Auctoritatem per Sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca DEO dicata Divino accensi amore procuramus. Ideoque sciat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum posteritas, qualiter nos per interventum dilectæ Genitricis nostræ *Otæ* & pro Remedio animæ nostræ ac corporis saluatione Monasterium in civitate nostra Regensburg situm in honorem beatissimi Petri Apostolorum Principis, & Sanctissimi Martyris Emmerami constructum, quod utique per Christianissimum Imperatorem Karolum magnum in jus & protectionem Sedi Apostolicæ est oblatum, ita videlicet, ut in perpetuum Apostolicæ tantùm libertati & Imperiale ad defendendum subjectum sit Majestati in nostram recipimus defensionem & gratiam specialem. Quod etiam Monasterium Sanctissimus *Formosus* Papa ad instantiam & petitionem Beatæ memoriæ Patris nostri Arnolfi Imperatoris consecravit, magnam indulgentiam unà cum Episcopis cum eo ibi Existentibus ipsi Monasterio conferens, sex septimannis ante Festum S. Emmerami, annis singulis perpetuo duraturam. Unde quascunque possessiones, quæcunque prædia, sive Ecclesias, cum decimarum oblationibus Rector ejusdem Monasterii nunc possidet, vel in futurum Successores sui possidebunt, ipsi Monasterio præsenti paginâ confirmamus, statuentes ac firmissimè præcipientes, ut nullus Dux vel Episcopus, nullus Comes, aut Regius Exactor, nullaque Judiciaria aut alia persona Magna seu parva imposterum in prædictum Monasterium, aut loca illuc pertinentia intrare præsumat ad prædictæ Ecclesiæ homines distringendos, seu causas audiendas aut paratas faciendas vel fidei Jussores tollendos, seu fyeda exigenda,

da, vel ad exercendam aliquam poteſtatem, ſed & corrigere omnium hominum exceſſus ad ſuum Monaſterium pertinentium, niſi forte advocatum ſuum, vel Judices noſtros vocare deliberaverit ad aliqua ardua complananda. Ad hæc firmiſſimè præcipimus, ut nec Tuto Venerabilis nunc Ratisponenſis Epiſcopus, nec aliquis Succeſſorum ſuorum aut reliquorum temporum, intus aut foris in Rebus vel perſonis Monaſterii præfati aliquam dominandi habeat poteſtatem, fratribus etiam ibidem DEO ſervientibus eligendi ſibi Abbatem donamus liberam facultatem, volumus etiam, ut cenſus ſeptem aureorum, quem Karolus Magnus Leoni Papæ: Hludouuicus filius ejus Eugenio Papæ: Hludouuicus pius Nicolao Papæ: & Arnolfus Pater noſter Formoſo Papæ Romam *ad altare S. Petri de dicto* Monaſterio perſolverunt, ad indicium etiam libertatis ab Abbatibus Monaſterii ſingulis annis Sedi Apoſtolicæ perſolvatur. Præcipimus inſuper, ne in hominibus propriis, aut cenſualibus præfati Monaſterii aliquis ſibi uſurpet alicujus conditionis poteſtatem, vel de noſtræ conceſſionis gratia aliquam ſibi vendicet Jurisdictionem, ſed ſub noſtræ Emunitatis defenſione omnia ad Monaſterium pertinentia Pater Monaſterii cum fratribus ſuis, poſſideat in perpetuum liberè & quiete. Inſuper noſtræ auctoritatis donatione ratum volumus eſſe ac firmum, ut omnes homines ſæpè dicti Monaſterii per omnes fines Regni Noſtri liberè negotiis inſerviant, ita videlicet, ut nullum *nulli debitum* Telonei perſolvant, & nullus Judex ſeu quælibet cujuscunque *ordinis* perſona in hujusmodi cauſa violentiam eis aliquam inferre præſumat. Volumus inſuper, ut homines apud Abbates aut in prædiis Monaſterii manentes, cujuscunque nationis ſint vel conditionis, Advocato, ſi quem habent, nihil perſolvant, præter cenſum Capitalem. Præterea ipſi Monaſterio, Rectoribusque ſuis dignitates & omnia Jura, quæ Nobiliſſimæ & optimæ Abbatiæ Ordinis S. Bened. in Teutonia ſitæ habere videntur, concedimus, & perpetuo ſtabilimus, ita, ut nec ſupradictus venerabilis Ratiſpon. Epiſcopus, cui ipſum Monaſterium commiſeramus regendum, nec aliquis Succeſſorum ſuorum in omnibus juribus ſuis ſibi violentiam aliquam inferre audeat, vel præſumat. Quod ſi Monaſterii ſæpius dicti Advocatus aut Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona quotidiana ſervitia vel violenta ob-

ſequia à Rectoribus non timeat extorquere, aut aliqua damna contra juſtitiam inferre, aut in juribus conceſſis Monaſterium gravari, iram & indignationem Regiæ Majeſtatis ſe noverit incurriſſe, & in ſuæ malitiæ pœnam, centum libras auri puriſſimi componat, & dimidiam partem Cameræ noſtræ, Reliquam vero prædictæ Eccleſiæ perſolvat, Abbatis denique reſtitutis. Ut autem hæc noſtra conceſſi juris & dignitatis inſtitutio firma permaneat cunctis temporibus & inconcuſſa, & ut à cunctis Chriſti fidelibus diligentius obſervetur, manu noſtra ſubtus eam firmavimus & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum Domni Hludouuici (Monograma.) Sereniſſimi Regis.

Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data II. idus Auguſti Anno Incarnatio: Dni DCCCCIII. Anno vero Hludouuici Piiſſimi Regis IIII. indictione VI. Datum in Otinga in Di Nomine feliciter Amen.

Nota 1. Varia in hoc Ludovici Regis Diplomate notatu digna occurrunt. 1. Ludouuicus Rex nominat *Carolum*, CHRISTIANISSIMUM Imperatorem, quem titulum quidam Francicæ Gloriæ Oſores, à Pio II. primùm, Ludovico XI. Galliæ Regi tributum exiſtimant. Sed quantum hi à vero aberrant, eruditè oſtendit Mabillon. in lib. V. de Re Diplomat. in Nota ad Tabellam XXII. pag. 384. Idem Nomen (CHRISTIANISSIMUS) legimus ſupra Num. III. pag. 8. in Litteris Leonis III, quarum litterarum Autographum equidem non amplius poſſidemus, Illas tamen legere eſt in Codice noſtro Diplomatico Sæculo XI. ſcripto. Ex quo ſequitur, licet hoc Nomen (CHRISTIANISSIMUS) in ipſo Autographo Leonis III. non

non fuiſſet inſertum, Sæculo tamen XI. uſitatum, & Carolo M. tributum fuiſſe. Unde tanquam hæreditarium ad poſteros Francorum Reges translatum eſt.

Nota 2. *Hludouuicus* Rex, Arnolfi Imperatoris filius, hiſce litteris Privilegium *Libertatis*, à Carolo M. Ejusque Succeſſoribus, Monaſterio S. Emmerami conceſſum confirmat, Summosque Pontifices commemorat, qui Monaſterium iſtud ſub immunitatem Romanæ Eccleſiæ ſuſceperunt. Judico, Monachos S. Emmerami, de privilegiis ſuis ſolicitos, ad Auguſtam *Utam*, Defuncti Arnolfi Imperatoris Conjugem, Ludovici Regis Matrem acceſſiſſe, humiliter ſupplicantes, ut apud Filium *Ludovicum* Regem (adhuc Adoleſcentem) pro confirmatione privilegiorum Monaſterii S. Emmerami intercederet. Fecit Hludouuicus Filius, quod Mater Auguſta (*Uta*) petiit; *omniaque Privilegia ab* Anteceſſoribus Regibus conceſſa confirmavit, *Patris* quoque Arnolfi Imperatoris apud S. Emmeramum (quem tota *devotione* dilexit) ſepulti veſtigiis inſiſtens, novas addidit gratias, ſtatuens, [ut nullus Dux, vel Epiſcopus, nullus Comes aut Regius Exactor, nullaque Judiciaria, aut alia Perſona Magna, ſeu parva, in poſterum in prædictum Monaſterium, aut loca illuc pertinentia intrare præſumat, ad Eccleſiæ prædictæ homines diſtringendos, ſeu cauſas audiendas, aut paratas faciendas, vel Fidei juſſores tollendos, ſeu feoda exigenda, vel ad exercendam aliquam poteſtatem, ſed & corrigere omnium hominum exceſſus ad ſuum Monaſterium pertinentium, niſi fortè Advocatum ſuum, vel Judices noſtros vocare deliberaverit, ad aliqua ardua complananda.] In Prioribus Regum Diplomatibus LIBERTAS ET IMMUNITAS *BONORUM* S. Emmerami ab omni alia jurisdictione, ſtabilita, & confirmata fuit; in hoc autem Diplomate *Hludouuicus* Rex Monaſterio S. Emmerami poteſtatem fecit, JUDICANDI ET CORRIGENDI exceſſus omnium hominum ad Monaſterium S. Emmerami pertinentium, niſi Monachi Regios Judices ad complananda ardua vocare deliberaverint.

Nota 3. Novam quoque gratiam hiſce litteris *Hludouuicus* Rex, Monaſterio S. Emmerami concedit, dum *debitum Tellonei* eidem remittit, omniaque Jura, quæ Nobiliſſimæ & optimæ Abbatiæ Ordinis S. Benedicti in Teutonia ſitæ tunc habere videbantur, Monachis S. Emmerami donat, & perpetuò ſtabilit. Mulctam pecuniæ, (centum libras auri puriſſimi) illis etiam dictat, qui à Monaſterio quotidiana ſervitia, vel violenta obſequia extorquere, aut alia damna eidem inferre non timuerint.

Nota 4. Quædam in his litteris dicta, ſibi invicem *Contraria*, videri poſſent, veluti, quòd *Hludonuicus* Rex dicat: *Donamus etiam fratribus ibidem DEO ſervientibus liberam facultatem ſibi eligendi Abbatem*, cùm tamen poſt aliquot lineolas ſcriptum ſit, *Hudouuicum Regem Venerabili Epiſcopo Ratisbonenſ.* (Tuttoni) *Monaſterium S. Emmerami regendum comiſiſſe.* Quomodo Rex Ludovicus, Monaſterium S. Emmerami Tuttoni Epiſcopo regendum committere potuit, dum Monachis S. Emmerami liberam Abbatis eligendi facultatem dedit? Sed dubium iſtud levat Eruditiſſimus Stephanus Baluzius, in notis ſuis ad litteras *Lupi Ferrarienſis* Abbatis, (qui Sæculo IX. floruit;) Notat enim Baluzius in Epiſtolam IX, (*Lupi* Abbatis) Monachos per ea tempora Nullum aliud jus in Electione Abbatum habuiſſe præter conſenſum. Licet enim *Lupus* Abbas, alibi dixerit, ſe electum fuiſſe à Monachis Ferrarienſibus, & à *Carolo* ſibi commiſſum fuiſſe Monaſterium ad Monachorum votum, electionemque. Hoc tamen ita intelligendum eſſe *Baluzius* monet: vacanti Monaſterio Princeps præficiebat Abbatem cum præcepto, ut eum Monachi ſuſciperent; Tum, ſi nihil Canonicum obſtabat, Monachi eum eligebant, eaque ratione conſenſum ſuum addebant præceptioni Regiæ. Interdum tamen Monachi convenientes pro facienda electione ejus, quem Abbatem eſſe cupiebant, poſtea Principem adeuntes, eum ſibi dari Abbatem petebant, quod eodem redit. Nihil enim refert, ſi Princeps Abbatiam donet *ante*, vel *poſt* electionem Monachorum, modo jure Regio id agat.] Hanc Stephani Baluzii Notam deſumpſi ex Præfatione. pag. XXVII. Tomi VII. *Scriptorum Rerum Gallicarum.* Erudita hâc *Baluzii* notâ, verba hujus Diplomatis ita intelligenda videntur: Monachos S. Emmerami conſenſum dediſſe, ut *Tuto* Epiſcopus, cui *Hludouuicus* Rex Monaſterium regendum conceſſerat, Abbas eſſet, præcipuè, quòd *Tutto* Vir ſanctitate conſpicuus Monachum egerit S. Emmerami, ipſique Monachi ſibi certo perſuaſum habuerint, *Tuttonem*, licèt Epiſcopum, cuncta, quæ ad Eccleſiam S. Emmerami pertinebant, ad utilitatem tantùm hujus Eccleſiæ & Monachorum ibi degentium fideliter adminiſtraturum, quod & factum eſt. (Vide hiſtoriam de B. *Tuttone* pag. 92. &c. &c.)

Num. XXXV.

Hludouuicus Rex Monaſterio S. Emmerami villulam quandam donat, ſitam prope oſtium aquæ, quæ dicitur *Marhluppa.*

Ex Autographo.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ludouuicus divina favente gratia Rex. Si locis divino cultui mancipatis largitatis noſtræ beneficentiam exhibuerimus, & opportuna terreni commodi eis impenderimus ſuffragia; non ſolùm ad regni *divinitus nobis collati* ſtabilitatem roborandam, verùm etiam & æternæ vitæ felicitatem promerendam id nobis liquidò credimus profuturum. Ideoque omnibus Sanctæ DEI Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſc. & futuris, notum ſit; quoniam *Tuto* Reverendus Sanctæ Ratisponenſis Eccleſiæ Præſul per interventum *Paboni*s, & *Meginvvardi* Comitum, fideliumque miniſterialium noſtrorum noſtram precatus eſt clementiam; ut quandam villulam, rebus Eccleſiæ ſuæ contiguam, & opportunam, in Auſtrali ſcilicet Æni fluminis littore prope oſtium aquæ, quæ dicitur *Marhluppa*, conſtitutam ad portum, *Mallubbinga* nuncupatum, hoc eſt, in *Matabgouue* comitis Iſangrimi, qui jam ad curtem, Muninga *dictam*, beneficium videlicet Gundboldi comitis hactenus pertinuit, ad ſanctum Emmerammum donaremus. Statimque nos libenti animo congruæ illius interceſſioni conniventes, conſentiente Gundbaldo, ejusdem beneficii poſſeſſore pariterque cum Iringo comite atque Engilberto conſilium dante, pro beati patris noſtri Arnolfi Imperatoris animæ remedio, noſtræque mercedis incremento præfatam villulam in ripa, ut ſupra dictum eſt, Æni ſitam, cum omni integritate ſua, ad cujuscunque regalis miniſtri quicquam inde miniſterium pertineret, ad Chriſti Martyrem Emmerammum, cujus ſacratiſſimum corpus extra mænia Ratisponenſis civitatis in propria venerabiliter humatum eſt Eccleſia, jure perenni delegavimus in proprium cum curtilibus & ædificiis, manſis, & in ipſa villula habitantibus, mancipiis utriusque ſexus, cenſibus, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, portu, & portatico,

tatico, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, terris cultis, & incultis, univerſisque appendiciis, & adjacentiis ſuis. Juſſimus quidem hoc præſens præceptum noſtrum inde conſcribi, per quod volumus, & auctoritate noſtra firmiter præcipimus; ut ipſa conceſſionis noſtræ villula nunc & deinceps tempore perpetuo jure firmiſſimo ſine ullius contradictione perſonæ integriter ad memoratum Dei electum pertineat, & irrefragabiliter conſiſtat. Et ut hæc auctoritas noſtra inviolabilem Chriſto propitio perenniter obtineat firmitudinem, manu noſtra eam roborantes, annulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum Domni Hludouuici (Monogramma) Glorioſi Regis.

Engilpero Notarius ad vicem Diotmari recognoſcit.

(L.S.)

Data III. Non. Martii Anno Incarnat. Domini DCCCCIV. indict. VII. Anno verò pii Regis Ludouuici V. Actum civitate Regina in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Sigillum avulſum eſt, remanente tamen poſiti quondam ibidem ſigilli maculâ.

Nota 2. De villula, quæ in hoc Diplomate nominatur, & de curtilibus, & ædificiis, manſis &c. mancipiis, cenſibus, campis pratis, ad *Æni ripam*, non longe à *Matagoune*, Monaſterium S. Emmerami nil aliud poſſidet, quàm haſce litteras Regias, licet Chriſti Martyri S. Emmeramo, cujus corpus extra Mœnia Civitatis Ratisponenſis in propria humatum eſt Eccleſia, *jure perenni in proprium &c.* cuncta delegata ſint.

Nota 3. In hoc Diplomate non amplius verba illa à Hludouuico Rege in prioribus litteris uſitata: *cum Conſenſu & Conſilio Venerabilium Epiſcoporum &c.* leguntur.

Num.

Num. XXXVI.

Hludouuicus Rex ſua auctoritate corroborat, & ratam habet quandam commutationem inter *Tutonem* Epiſ. & *Druoantum.*

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Ludwicus divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus tam præſentibus, quàm etiam futuris; qualiter ſanctæ Ratisponenſis Eccleſiæ honorabilis præſul, nomine Tuto, & *nobilis quidam*, cui nomen *Druoant*, quasdam cartulas, pari tenore conſcriptas, noſtris detulerunt conſpectibus, in quibus continebatur inſertum, quomodo pro communi utilitate inter ſe quoddam concambium facere conplacuit, deprecantes hoc noſtræ auctoritatis munimine roborari, quod & ita fecimus. Tradidit quippe idem *Druant* pariter cum filio ſuo, *Walach* nominato, ad Sanctum Dei Martyrem Emmeramum, in manum videlicet præfati Epiſcopi, & advocati ſui Geraharii, proprietatem ſuam, qualem habuit ad *Pirichuuanch* & ad *Tisfelth*, id eſt, Eccleſiam decimatam, caſam cum curte, cæterisque ædificiis, de arabili ſcilicet terra hobas XIII. jug. VII. de pratis quoque *jugera* LXXVII, de ſylva verò jugera CXXXVI. cum omnibus ad eadem loca rite pertinentibus, exceptis mancipiis. Econtra verò eodem advocato cum manu ejusdem Epiſcopi retradente acceperunt præſcripti nobiles viri ſibi in perpetuam proprietatem de rebus memoratæ Eccleſiæ in loco, (qui *Eskilinpach* dicitur) Eccleſiam decimatam pro hubis duabus, curtem etiam cum caſa, & reliquis ædificiis, de terra arabili hubas VI, de pratis jugera XXXV. cum omnibus illuc juſtè pertinentibus, & ad *Rindpach* terræ arabilis hobas V. jug. VII. curtilia II, de pratis jug. XX, de ſilva jug. CXXXVI. & decimam ejus propriam proprii novalis ſui ad *Rindpach*, quod ipſe Druant antea ibidem comparavit, & exſtirpavit, accepit pro illa decima, quam ad Pirchinwanch tradiderat. Juſſimus quidem juxta voluntatem petitionis eorum recitata ſuperiùs earundem ſerie cartularum hoc

præſens Celſitudinis noſtræ præceptum inde conſcribi, per quod decernimus, ac regia auctoritate præcipimus, quatinus propitiante Chriſto perpetuis temporibus, nullo inquietante idipſum concambium per omnia, ut in cartulis habetur, ratum, ſemperque firmum perſeveret; ita duntaxat, ut quidquid pars parti contulit, jure proprietatis utrisque per generationum ſucceſſiones inrefragabiliter parti firmetur. Et ut hæc confirmationis noſtræ auctoritas à nullo umquam violetur, quin potius firmiſſima ſtabilitate in æternum corroboretur, manu noſtra ſubter eam & firmavimus, & Sigillo noſtro aſſignari juſſimus. Data Id. Maij anno Domini DCCCCV. indict. VII. anno verò regni Regis Hludowici ſexto. Actum Regina civitate in Di nomine feliciter Amen.

Nota. Diploma iſtud in Chartulario noſtro Sæculo XI. exarato legitur. Curtis (*Pürchinvvang*) (propè *Wildenberg*, non longè à Monaſterio *Ror*,) ante erectum Epiſcopatum Ratisponenſem, ſub *Rathario* adventitio quodam Epiſcopo & *Hugberto* Duce Baioariæ, S. Emmeramo jam donata fuerat, uti expreſſis verbis narrat *Arnoldus* noſter Monachus lib. II. de Miraculis & Cultu S. Emmerami M. lection. antiq. *Henrici Canisii* apud Basnage tom. III. pag. 105. Monaſterium autem S. Emmerami in hoc loco, de hac antiquiſſima donatione *nil* amplius poſſidet.

Num. XXXVII.

Chunradi Germaniæ Regis præceptum de commutatione quorundam locorum inter *Tutonem* Ep. Ratisb. & *Ellinrat* concubinam *Arnolfi* Regis.

Ex Autographo.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Chuonradus Dei gratia Rex. Igitur ſi per regnum noſtrum Dei Eccleſiis conſtitutis, noſtro videlicet regimine procurandis, dignos adhibere, & augere curamus honores, non ſolùm terreni, ſed & cæleſtis regni non dubitamus honore & faſtigio nos ſublimari. Inde

de quoque volumus ad ſingularem fidelium noſtrorum, præſentium, futurorumque pervenire notitiam, qualiter matrona quædam, N. *Ellinrath*, concubina videlicet Arnulfi Sereniſſimi Regis, cogitans pro mercede futura, paritérque pro vitæ præſentis aliqua ſuſtentatione, tradidit Sancto Martyri Emmeramo, in manu ſcilicet Tutonis Epiſcopi, & Advocati ſui Immonis, unà cum manu Advocati ſui N. Rupo proprietatem ſuam, ideſt, illam Capellam in *Ergoltinga* cum aliis Eccleſiis duabus cum decimis & manſis, & mancipiis utriusque ſexus, agris, pratis, paſcuis, aquis, molendinis, ſilvis, & cum omnibus utenſilibus ad eandem Capellam pertinentibus, quæ eodem die in veſtitura, & poteſtato viſa eſt habere pro remedio animæ Regis ſupradicti, cujus etiam largitate res easdem acquiſierat, ac pro ſua & futura, & præſenti conſolatione in perpetua proprietate, & ſtatim dimiſit exceptis paucis mancipiis, quorum numerus eſt XVII, excepta etiam hoba I. quam æquivocæ ſuæ Ellenratæ contradidit usque ad finem vitæ præſentis; poſtea verò ut in eadem traditione conſtaret, ſicut & cætera. Econtra quidem eodem Advocato Immone cum manu ejusdem Epiſcopi retradente accepit eadem Ellenrat in proprium beneficium de rebus Eccleſiæ in villa *Punninchova*, quicquid ibi Regino quidam Presbyter in beneficio viſus eſt habere, & in villa *Vnolcinchova*, quicquid ibi de Adalperto nobili viro concambio, & de Adalonna quadam matrona, complacitatione Sancti Martyris acquiſivit Eccleſia, cum omnibus utenſilibus ad eandem res ritè pertinentibus, excepta hoba I. in Vnolcinchova, quæ juniori Ellinratæ danda fuerat pro redimenda veſtitura illius hobæ, quam in Ergoltinga, ut ſupra dictum eſt, videbatur habere. Cætera verò omnia, ad eadem duo loca rite pertinentia, jam ſæpe dicta Ellinrat habeat, teneat, poſſideat, & utatur legitimè usque ad finem præſentis vitæ. Poſt hanc verò vitam, cuncta conſervata denuo redeant in jus & poteſtatem Eccleſiæ cum omnibus ſui juris inibi inventis. Et ut hujus complacitationis præceptum firmum, ſtabiléque permaneat,

manu noſtra ſubtus illud firmavimus, annulique noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domni Chuonradi (Monogramma) Sereniſſimi Regis.

Salomon Cancellarius ad vicem Piligrini Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum integrum.*)

Data IX. Kal. Junii, anno Dominicæ incarnat. DCCCCXIV. indict. II. anno verò glorioſiſſimi Regis Chuonradi III. Acta ad Foracheim in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. Defuncto (Anno 911.) Rege Ludovico, adhuc juvene, CONRADUS I. eodem anno Rex Germaniæ factus eſt, quod ex diverſis Diplomatibus apud Eccardum hiſtoriæ Franciæ Oriental. tom. II. pag. 830. &c. & ex iſtis noſtris (Chuonradi Regis) litteris colligitur; idque poſt medium elapſum annum contigiſſe ex ultimo autographo noſtro (*Conradino Diplomate*) patet; nam *Data* inſcribitur anno DCCCCXVI. *Tertio Kal. Julii*, anno Regni Chunradi Regis V. ex quo conſtat, illum anno 911, Menſe Junio declinante, nondum fuiſſe Germaniæ Regem. Ante finem Octobris, hujus anni, Rex jam erat, ùt citato Eccardi locô, ex Chronicis notis, (Diplomatis cujusdam Autographi) eruitur.

Nota 2. Monaſterium S. Emmerami de bonis, quæ in *Ergolting*, & *Pünchoven* vi hujus Diplomatis ad S. Emmerami Eccleſiam tradita ſunt, nil poſſidet. In *Walkoven* (forte *Unolanchova*) aliquod prædium ad Eccleſiam S. Emmerami pertinet, quod fortaſſis *illa hoba I.* erit, quæ in his litteris *excepta*, Juniori *Ellinratæ* danda fuerat. NB. *Elinrat* Senior Matrona, Concubina erat *Arnulfi Regis*, cujus largitate ipſas res S. Emmeramo hîc traditas, obtinuerat. Pro *hujus Regis Arnulfi animæ remedio*, cujus corpus in Eccleſia S. Emmerami ſepultum fuerat, has ſuas res S. Emmeramo tradidiſſe cenſenda eſt. Sed ſolas litteras autographas, non itidem res hujus Traditionis, Eccleſia S. Emmerami poſſidet.

Num. XXXVIII.

Chuonradus Rex confirmat quandam commutationem rerum inter *Tutonem* Ep. Ratisb. & *Etih* initam.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Chuonradus Dei gratia Rex. Igitur si Dei Ecclesiis, nostro videlicet regimine procurandis, dignos adhibere curamus honores; non solùm terrenni, sed & cælestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde quoque volumus ad singularem fidelium nostrorum præsentium, futurorumque pervenire notitiam, qualiter convenit inter venerabilem virum, Ratisp. Ecclesiæ Episcopum Tutonem, & quendam hominem, nomine *Etih*, ut aliquas res eorum inter se pro ambarum opportunitate partium concambire deberent, quod ita & fecerunt. Tradidit igitur Etih unà cum filio suo Helmperto sancto martyri Emmerammo in pago *Sualaveldun* in comitatu Ernusti comitis proprietatem suam, qualem visus est habere ad *Altheim* & *Papenheim Pinczvvanga*, & *Tetenheim*, *Vuimereheim*, & *ad Echineperc*, vineam cum vinitoribus, nec non Ecclesiam cum ædificiis. Inter hæc omnia de terra arabili hobas XXVII. & mancipia XXIII. cum curtilibus, agris, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, & cum omnibus, ad prædicta loca rite pertinentibus, in manum scilicet Tutonis Episcopi, & Advocati sui Immonis in perpetuam proprietatem. Vestitores Puoso, Anno, & Raffolt. Econtra verò retradente eodem Advocato Immone unà cum manu Episcopi accepit prædictus Etih & filius suus Helmpreht de rebus S. Emmerammi juxta Glana locum, nomine Perc, qui vulgò Sintipach vocatur, & Teitinga cum Ecclesiis, mancipiis XXX. ædificiis, terræ arabilis hobas XIX. pratis, silvis, molendinis, & cum omnibus appendiciis suis similiter in perpetuam proprietatem. Et illius traditionis revestitor est Rupo. Et ut hujus concambii præceptum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus, annulique nostri impressione sigillari jussimus.

Data IX. Kal. Junii anno incarnat. Domini DCCCCXIV. indict. II. Anno verò Regis Cunradi III. Actum ad Forcheim in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. De Nota Chronica vide Notam 1. ad præcedens Chuonradi Diploma.

Nota 2. Res in hac commutatione nominatæ, ſunt illæ, quas partim *Fridericus Ferdinandus* Comes de *Pappenheim*, S. Romani Imperii *hæreditarius Marſchallus*, (Erb-Marchal) unà & ejus Soror Tit. *Wilhelmina Charlotta* Commitiſſa *de Leiningen &c.* partim, dictus Comes ſolus, titulo *Feodi* à Monaſterio S. Emmerami tenent.

Nota 3. Pagus *Sualaveld* eſt pagus Ducatûs Franciæ novæ ad confinia Bajoariæ, & Sueviæ ad fluvium *Altmühl*. Ita Chronicon Gottwicenſe. pag. 785.

Num. XXXIX.

Chuonradus Rex donat Monaſterio S. Emmerammi foreſtum juxta *Sulcibach*.

Ex Autographo.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Chuonradus Dei gratia Rex. Notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, præſentium ſc. & futurorum; qualiter nos ob amorem Dei, & remedio animæ noſtræ ad S. Dei martyrem Emmerammum, cujus Monaſterio Tuto venerabilis Epiſcopus præeſſe dinoſcitur, foreſtum juxta *Sulcibach* cum foreſtario Sigefrid nuncupato, perpetuo jure in proprium donavimus. Inde ergo donationis noſtræ præceptum ſcribere juſſimus, per quod volumus, firmiterque jubemus; ut memoratus Epiſcopus ſuique in perpetuum ſucceſſores, qui fuerint Rectores in ſupra ſcripto Monaſterio S. Emmerammi, jam dictas res per hoc confirmationis mandatum jure firmiſſimo teneant, atque poſſideant, ita ut ad ipſum ſanctum

ſanctum locum noſtris futurisque temporibus in elemoſyna noſtra perpetualiter proficiant in augmentis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus meliùs conſervetur, manu noſtra ſubtus eam confirmari decrevimus, annulique noſtri impreſſione conſignari juſſimus.

Signum Domni Chuonradi (Monogramma) Piiſſimi Regis.

Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Integrum.*)

Data VIII. Kal. Junii Anno Incarnat. Dom. DCCCCXIV. indict. II. Anno verò regni Regis Chonradi III. Actum ad Foracheim in nomine Domini feliciter Amen.

Nota. *Huic Chartæ parva membrana, filô tantùm, annexa eſt, in qua eodem Charactere eademque manu ſequentia leguntur:* Hæc loca & infra hæc loca ſuper omnia animalia foreſtenſia foreſti ad *Sulzibach* bannus diſtenditur. Ad Orientem terminatur riuo qui dicitur *Samentesbach*, à danubio usque ubi ipſe *Samentesbach* fontem habet, & inde in *Bibbinesbach*. & inde in *Sulzibach*. & ℔ *Sulzibach* ſurſum verſus usque in *UUatenvelden*. & inde in ſuprema parte loci, qui dicitur *Hunbrechteszanta*, & inde ſuper monte qui dicitur *Steininbyhil*, & inde deorſum per paludem, quæ dicitur *Erelinlau*. & inde per ſuperiorem partem loci, qui dicitur *adolues brunſt*, & inde per rivum qui dicitur *erilibach*, usque in rivum qui dicitur *Suindilibach*, & per ipſum usque ad fontem ipſius, & inde contra meridiem usque in danubium.

Nota. Foreſtum in his litteris à Conrado Rege S. Emmeramo donatum, eſt magnum illud foreſtum propè STAUFF ad danubium. Vulgò der Stauffer Forſt: Nomina, (in adjuncta parva membrana) expreſſa, nota ſunt accolis, & incolis horum locorum. Foreſtum iſtud non ampliùs ad Monaſterium S. Emmerami ſpectat.

Num.

Num. XL.

Chuonradus Rex de ſuo jure concedit decimam partem vectigalium de miniſterio Zollenarii Monaſterio S. Emmerammi ad concinanda luminaria.

Ex Autographo. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Chunradus Divina concedente clementia Rex. Si Eccleſias Dei aliqua ſemper utilitate fulcire ſtuduerimus; non ſolùm regium morem exercemus, ſed etiam aliquod lucrum noſtræ animæ inde promereri ſperamus. Quapropter cognoſcat omnium noſtrorum, præſentium ſc. & futurorum induſtria, qualiter nos admonente Adalwardo Epiſcopo pro honore Dei ſancto martyri Emmerammo conceſſimus de noſtro jure decimam vectigalium, id eſt, de miniſterio Zollenarii, ad concinnanda luminaria jure perpetuo in proprium. Et ut hæc conceſſionis noſtræ auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus noſtris veriùs credatur, ac diligentiùs obſervetur, manu noſtra ſubtus eam firmavimus, anuloque noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domni Chuonradi (Monogramma) Piiſſimi Regis.

Salomon Cancellarius ad vicem Piligrimi Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum integrum.*)

Data III. Kal. Julii Anno Domini noſtri Jesu Chriſti DCCCCXVI. indict. IV. Anno verò regni regis Chuonradi piiſſimi V. Actum Reginesburch in Di nomine feliciter Amen.

Nota. *De decima parte Vectigalium ad concinnanda luminaria à Conrado Rege S. Emmeramo conceſſâ, ſolæ hæ ſuperſunt Autographæ litteræ.* Quis iſte *Adalwardus* Epiſcopus fuerit, qui *Conradum* Regem, ut hanc Vectigalium partem concederet, admonuit, nullibi reperire potui.

Num. XLI.

Chuonradus Rex quoddam proprium juris sui in loco Goldaron donat Erchenfrido Clerico.

Ex Codice.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Chuonradus divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia; qualiter nos ob interventum venerabilium Epiſcoporum Piligrimi videlicet, & Herigerii, atque *Dracholfi*, nec non & Sigehardi comitis, cui*dam clerico*, Erchenfrid nuncupato, quoddam proprium juris noſtri in comitatu Machwardi in pago Viohbach in loco *Goldaron* dicto, in miniſterio Waltrammi, quod ad noſtram pertinet cameram, hobas tres, quas Merolt & Engildio & Pato habebant, cum mancipiis ad easdem hobas ritè pertinentibus, terrisque cultis, & incultis, agris, pratis, campis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibusque rebus, ad præfatas hobas rectè legitiméque pertinentibus, in proprietatem donavimus. Juſſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatinus prædictus Erchenfrid ab *hodierno* die & deinceps de ipſa proprietate liberam, atque ſecuram habeat poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi libuerit faciendi. Et ut hoc præceptum largitionis noſtræ firmum, ſtabileque permaneat, manu noſtra ſubtus illud firmavimus, annulique noſtri impreſſione inſigniri præcepimus.

Nota. Cur hæc conceſſio, (cùm nulla de Eccleſia S. Emmerami ibi mentio fiat,) noſtro Codici Diplomatico inſerta fuerit? nullam aliam cauſam afferendam puto, niſi conjecturam, quòd fortè Erchanfridus Clericus hæc bona in loco Goldaron, (*Goldern*,) poſtea S. Emmeramo tradiderit, à quo tamen rurſus ad alios pervenerunt; nil enim in loco iſto Eccleſia S. Emmerami poſſidet. Juvat brevi repetere, quæ in Nota ad Diploma Arnolfi Imperatoris Anno DCCCXC. &c. *de Golderh* dicta fuerunt. Vide Num. XXVII.

pag. 76. Præcipit in illo Diplomate *Arnolfus* Rex, ut res ab Ecclesia S. Emmerami injustè ablatæ, eidem Ecclesiæ restituantur. Inter ea loca, in quibus dictæ res sitæ erant, *Goldarum* etiam nominatur. Tunc valde hæsi, si *Goldarum*, illud propè *Viebach* intelligi deberet? Jam autem contra priorem opinionem puto, *Goldarum* prope *Viebach* in litteris Arnolfi Imperatoris significari. Antiquarius, Codicis nostri Scriptor, qui in eo, Arnolfi Diploma (ubi de Goldaron mentio fit,) descripsit, ideo has Conradi Regis litteras Codici huic inseruisse censeri potest, quia forte locum istum *Goldern*, eumdem, cum illo (Goldaron) in Arnolfi litteris indigitato, judicavit. Cùm ergò quædam bona in *Goldern* olim ad S. Emmerami Ecclesiam pertinuerint, fortè has litteras *Chuonra i* Regis, de bonis in *Goldaron* loquentes, Codici suo inserendas esse existimavit.

Num. XLII.

Otto I. Monasterio S. Emmerami confert *Helphindorf* cum foresto & forestariis &c.

Ex Autographo.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Rex. Noverint omnes nostri fideles tam præsentes, quàm etiam & futuri, qualiter nos ab amorem Dei, Genitricisque illius, nec non & omnium Sanctorum, & pro remedio animæ patris nostri & ob æternæ remunerationis augmentum, nec non & per interventum fidelium nostrorum Heroldi, Salzburgensis Ecclesiæ venerabilis Archi-Episcopi, sed & Berehtoldi dilecti fidelis nostri Ducis ad Monasterium, quod in Radispona in honore S. Petri, Principis Apostolorum, & S. Emmerami martyris constructum esse videtur, & cui *Jangrim* venerabilis Episcopus & fidelis noster tunc præesse videbatur, locum, qui dicitur *Helphindorf* cum foresto, & forestariis atque venatione, nec non & nostro regio banno, insuper etiam & *Niuhingan* in pago Sundergavve, in comitatu Abrammi comitis cum omnibus ad eadem loca, & forestum jure legitiméque pertinentibus, man-

mancipiis, utriusque ſexus, & aureariis, cidelariis, parſcalcis, manſis, terris cultis & incultis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis in proprietatem donavimus; quia quicquid ad loca ſancta impendiorum, & ad clerum ſuſtentandum, vel peregrinos ſuſcipiendos concedere curavimus, DEUM nobis pro hoc propitiatorem promerere confidimus. Hæc etiam prætitulata loca ea videlicet poteſtate & ſecuritate, qua hucusque ad noſtrum ſervitium per omnia deſervire videbantur, ad prænotatum ſanctum Monaſterium omni dubietate & diſcretione remota firmiter transfundimus. Et ut hæc largitionis noſtræ conſtitutio firmiorem apud poſteros noſtræ perfectionis tenorem obtinere valeat, manu noſtra ſubtus firmari curavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domni Ottonis (Monogramma.) Invictiſſimi Regis.

Popo Cancellarius ad uicem Fridarici Archi-Capellani ſubnotavi.

(*Sigillum integrum.*)

Data IV. Kal. Junii anno Dominicæ incarnat. DCCCCXL. indict. XII. Anno autem regni Ottonis piiſſimi regis IIII. Actum in civitate Salz dicta in Di nomine Amen.

Nota 1. OTTO I. Anno Chriſti 936, (exeunte Junio) coram populo Rex Germaniæ declaratus eſt. Hujus Diplomatis Nota Chronica, optimè huic Anno & Menſi reſpondet; à menſe enim Julio Anni 936, Annus IV. Regni Ottonis I. rite numeratur Anno 940. IV. Kalend. Junii (29. Maji.) Aſt deprehenditur in pluribus Ottonianis Diplomatibus alia numerandi ratio, ita, ut menſes ex Anno 936. ſuperſtites, pro integro Anno computentur. Et hæc numerandi methodus in ſequentibus noſtris, Ottonis I, Diplomatibus occurrit. Præter annos REGNI ſui, OTTO etiam annos IM-

PERII, numeravit, ab Anno 962, quo Romæ à Pontifice coronam Imperii accepit. Vide Chronicon Gottwicenſe. pag. 188.

Nota 2. *Helphendorff* in ſuperiori Bavaria, non longe ab *Holzkürchen*, locus eſt, in quo S. Emmeramus Anno 652. crudele paſſus eſt Martyrium. De liberali iſta Donatione, hoc in Diplomate ab Ottone I. Imperatore, per interventum *Isrodi Archi-Epiſcopi* Salisburgenſis & Berchtoldi Ducis facta, nil reſtat, quod ad Eccleſiam S. Emmerami Ratisbonæ ſpectaret, niſi hoc ipſum Autographum Diploma. R. P. *Carolus Meichelböck* in Hiſtoria Diœceſis Friſingenſis Tom. I. varias exhibet Traditiones, antiquas, quibus *Helffendorff* Eccleſia, & alia bona ibidem ſita Eccleſiæ Friſingenſi tradita fuerunt. Ante paucos annos Devoti Peregrinantes ex *Helffendorff* ad noſtram Eccleſiam S. Emmerami, Ratisbonam venerunt, qui perſolutis votis ſuis apud S. Martyrem Emmeramum, nobis varia de Helffendorff retulerunt, inter alia ultrò affirmantes: *Helffendorff ad Eccleſiam S. Emmerami Ratisbonæ ſpectare.* Nos eos in pace dimiſimus.

Nota 3. Hundius in Metrop. Salisburg. Tom. I. pag. 227. exhibet Diploma Ottonis I. Anno DCCCCL. pro Eccleſia S. Emmerami confectum, quod ſtatim exhibebo, ſed hujus Diplomatis apud nos neque Apographum aliquod particulare, neque Copia in Chartulario noſtro invenitur. Unde illud Hundius exſcripſerit? neſcio. Notandum, quòd in noſtro Autographo, modò exhibito, *Heroldus* Salisburgenſis Archi-Epiſcopus pro hac Donatione interveniſſe memoretur: in iſto autem ſubſequente Diplomate Archi-Capellanus indigitetur.

Diploma Ottonis ex Hundio. Tom. I. Metrop. Salisburg. pag. 227.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto Divina favente Clementia Rex. Noverit omnium Fidelium noſtrorum præſentium, nec & futurorum ſolertia, quôd nos interventionibus Heinrici noſtri Dilecti Germani obtemperantes, quasdam res Juris noſtri, pro remedio animæ noſtræ, ad Eccleſiam Beati Petri Principis Apoſtolorum, Sancti quoque Emmerami Martyris Chriſti, ubi Venerabilis Epiſcopus ſanctæ Radasponenſis Eccleſiæ, Michaël nomine, præeſſe dignoſcitur, in proprium conceſſimus, id eſt, in villa Nuichinga, in pago Hertinga: in Comitatu

Eber-

Eberhardi Comitis curtem Regalem, id eſt, cum omnibus appendiciis & adjacentiis ſuis, juſtè, legitiméque illuc pertinentibus, jure perenni in proprium, curtilibus, mancipiis, utriusque ſexus, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, piſcationibus, manſionariis, Barſcalkis, aureariis, Bruniariis, cidelariis, molendinis, viis & inviis, exitibus, ac redditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus, & immobilibus: inſuper etiam dedimus ad ſupradictam Eccleſiam Sanctorum Petri Apoſtoli, Emmeranique Martyris, curtem Regiam, id eſt, in villa Helffendorff ſitam, in Frieromarca, in comitatu Piligrimi comitis, & Sigehardi in Sueidefeo, & Kadalhoi Yſinachoguue, cum omnibus juſtè illuc pertinentibus rebus, curtilibus, mancipiis utriusque ſexus, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, foreſtis, foretariisque cum noſtro Regio Banno, cæteris omnibus commoditatibus, cidelariis, manſionariis, Barſcalkis, molendinis, Piſcationibus, venationibus, viis, & inviis, exitibus, ac redditibus, quæſitis, & inquirendis, mobilibus, & immobilibus. Juſſimus quoque i de hoc præſens præceptum conſcribi manu propria firmatum, annulique noſtri Impreſſione inſignitum.

Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis.

Brun. Cancellarius ad vicem Herolti Archi-Capellani recognovit.

Data XVII. Calendas Auguſti, Anno Domini DCCCCL. indictione VII. Regnante Sereniſſimo Rege Ottone, Anno XV. Actum Beheim, ſuburbio Naumburg, in Domino feliciter. Amen.

Num. XLIII.

Otto I. Rex donat, & confirmat cœnobitis S. Emmerami quasdam res in loco *Riut* juxta Ænum fluvium &c.

Ex Autographo.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto, Dei gratia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos ob amorem Dei omnipotentis, ac remedium animæ noſtræ, & per interventum Michahelis, Ratisponenſis Eccleſiæ Ep. Monachis in prædicta urbe Deo, ſanctoque Dei Martyri Emmeramo devotè ſervientibus, quasdam res, quas jam antea quidam Comes nomine Warmunt, illis ſupra annonam ſibi deputatam pro requie ſuæ animæ tradidit in loco, *Riut* juxta *Ænum* fluvium in pago ſundargouue, in comitatibus Ratolfi, Chadalhohi, Otacarii, ac Sigihardi comitum cum omnibus rebus, eidem loco aſpicientibus, vel attinentibus, id eſt, terris cultis, & incultis curtilibus & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſaginationibus, venationibus, piſcationibus, molis & molendini locis, mancipiis utriusque ſexus, parſcalchis, cidalariis, vectigalibus, cunctisque utenſilibus ad eundem locum Riut jure aſſignatis, viis & inviis, intrinſecus, forinſecus, quæſitis, & inquirendis, noſtro regio banno noſtræque poteſtatis adjumentis prædictis monachis cum omni integritate ſuper illorum annona conceſſimus, ea tamen ratione; ut ſi Epiſcopus, eidem Monaſterio Præſidens; aut aliqua potens perſona hanc traditionis firmitatem violenter infringere voluerit, cuncta, quæ tradita fuerant, redeant in jus & poteſtatem Dominæ Juditæ, & Filii ejus Heinrici Ducis, ſeu ipſorum hæredis proximi. Conceſſimus etiam prænotatis Monachis; ut nullus ex judiciaria poteſtate Comes, vel Judex ſervis, aut paraſcalchis eidem loco ſervientibus, audeat aliquid injurium facere, nec in aliqua cauſa illos injuſtè vexare. Et ut hæc ſcripta firma ſtabiliaque permaneant, juſſimus eis hoc præſens præceptum

ceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione muniri, manuque propria firmamus.

Signum Domni Ottonis Sereniſ. (Monogramma.) Regis.

Luitolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archi-Cancellarii recognovit.

Sigillum abſtractum, ſed Sigilli macula ex ceræ pinquedine remanſit.

Data V. Id. Junii, anno Dominicæ incarnationis DCCCCLIX. indict. II. anno verò regni Piiſſimi Regis Ottonis XXIV. Actum Rore in Di nomine feliciter Amen.

Nota 1. In hoc Diplomate menſes poſt medium annum (936.) usque ad ejus finem ſuperſtites, quo *Otto*, Rex Germaniæ declaratus fuerat, pro integro anno computantur, uti calculum ducenti patebit; nam annus DCCCCLIX. *V. Id. Junii* numeratus, nondum erat annus Regni XXIV; cùm exeunte Junio primùm *Otto*, Rex declaratus fuerit.

Nota 2. Res, in hoc Diplomate indigitata, ſunt bona in *Vogtareutt* (Reutt) ad Ænum non longè à Waſſerburg. Has res & bona, Comes quidam *Warmunt*, (quem Aventinus lib. 7. annal. boic. pag. mihi 693. & 694. *Dynaſtam* Waſſerburgii appellat &c, & anno 1010. obiiſſe ſcribit; Vide etiam hiſtoriam noſtram pag. 125.) Monachis S. Emmerami donavit, quam donationem hisce Litteris *Otto I.* confirmat, ea ratione, *ut ſi Epiſcopus, eidem Monaſterio (S. Emmerami) præſidens, aut aliqua potens perſona hanc traditionis firmitatem violenter infringere voluerit, cuncto, quæ tradita fuerant, redeant in jus Dominæ Judithæ, & Filii ejus Henrici Ducis, ſeu ipſorum hæredis proximi.* Bona, ſeu res iſtæ ad Monaſterium S. Emmerami adhuc ſpectant. Parochialis Eccleſia in *Vogtareuth*, honori S. Emmerami dedicata eſt, ſita in Archi-Epiſcopatu Salisburgenſi, ſub Epiſcopatu Chiemenſi.

NB. De

NB. De hoc loco *Riut* (Vogtareuth) ſub Ottone II. denuo aliqua adnotandi erit occaſio.

Num. XLIV.

Otto I. Rex donat Monaſterio S. Emmerami partem hæreditatis Diotmari in loco, Prieperch nuncupato.

Ex Autographo. IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto divina favente Clementia Rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtrisque tam præſentibus, quàm & futuris, qualiter nos partem hæreditatis cujusdam nobilis viri Diotmar vocati, in loco *Prieperch* nuncupato, in pago *Nortgouue*, in Comitatu Bertoldi Comitis, noſtræ regiæ poteſtati judicio ſcabineorum cum omnibus, quæ ipſius juris erant, pro ſuo commiſſu judicatam, ad Eccleſiam S. Emmerami Martyris atque Pontificis, quæ ejus corporis almi pignus veneratur, pro remedio animæ prænemorati Diotmari ad victum ſc. Monachorum, qui ibidem Deo, ſanctoque Emmeramo in Divinis officiis, & operibus bonis, & ſanctarum ſcripturarum ſtudiis devotiſſimè ſerviunt, donamus, atque tradimus cum omnibus ad prædictam ſcriptam hæreditatem in loco *Priemperch* pertinentibus ædificiis, mancipiis, terris cultis, & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, molendinique locis, mobilibus, & inmobilibus, prædiis, peculiis, pecoribus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, omnia ex omnibus, quidquid in ipſo loco *Priemperch* vocato, prænominati Diotmari videbatur eſſe poſſeſſionis vel dominationis, à die præſente donamus, & tradimus ad S. Emmeramum, eo ſc. pacto & tenore; ut in tali banno talique juſtitia omni protecta, ac patrocinata, uti cæteræ res, ad S. Emmeramum pertinentes, permaneant. Et ut hæc noſtræ donationis atque traditionis auctoritas per ſuccedentia

cedentia tempora firma & inconvulsa permaneat, jussimus inde hoc præsens præceptum conscribi, & anuli nostri impressione sigillari, manuque nostra propria confirmavimus.

Signum Domni Ottonis Serenis. (Monograma.) Regis.

Luitolfus Cancellarius ad uicem Brunonis Archi-Capellani recognovi.

(*Sigillum Illæsum.*)

Data II. Non. Febr. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCCLXI. indict. IV. regnante piissimo rege Ottone Anno XXVI. Actum Regenesburch in Christi nomine feliciter Amen.

Nota. De Notis Chronicis hujus Diplomatis, vide quæ dicta fuerunt in Notis ad Præcedentes Ottonis I. litteras.

Num. XLV.

Otto I. Imperator Augustus confirmat & statuit, Monasterium S. Emmerami in potestate Imperatorum sive Regum usque in ævum permanere debere &c.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto, divina favente clementia Imperator Augustus. Si fidelium, ac servorum Dei nobis fideliter ac devote famulantium, petitiones, dum nobis pro suis, & nostris utilitatibus ac necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus; non solùm antecessorum nostrorum Re- Ex Codice Diplomatum.

gum atque Imperatorum imitando conſuetudinem, verùm etiam ad beatæ & æternæ remunerationis mercedis talia nobis facta profutura prodeſſe liquido credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque tam præſentium quàm & futurorum cognoſcat induſtria; quia anteceſſor noſter Karolus magnus pro æternæ mercedis augmento quoddam monaſterium in Ratispona civitate, quod eſt conſtructum in honore ſanctæ Mariæ Matris Domini, & Principis Apoſtolorum Petri, & pretioſi Dei martyris Emmerammi, ubi venerabile corpus ejus requieſcit humatum, & cum eo corpora, & multæ reliquiæ Sanctorum ſunt locatæ, recta ratione fideliter in ſuam, & Succeſſorum ejus poteſtatem recepit. Proinde ipſe cum auctoritate Papæ Leonis, filiusque ejus Ludiwicus cum Eugenio Papa, & pius Ludiwicus Rex cum Nicolao Papa, & Arnolfus Imperator cum Formoſo Papa confirmaverunt, de prædicto monaſterio unoquoque Anno VII. aureos perſolvi ad altare S. Petri. Idcirco cunctorum ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentis ſc. temporis ac futuri manifeſtur collegio, quòd nos per interventum dulciſſimi fratris noſtri Heinrici Ducis Bajoariorum eundem locum in Synodali Concilio ante altare Principis Apoſtolorum Petri in præſentia Domni & Venerabilis Papæ Johannis, & in præſentia Epiſcoporum CX. & VII. confirmamus, in poteſtate Imperatorum, ſive Regum usque in ævum permanere. Propter improbitatem Epiſcoporum ejusdem civitatis, quia non omnes, ſed multi ex eis ſemper invidioſè contendebant contra eundem ſanctum locum, propterea volumus ob amorem, & honorem ſancti Petri de prædicto Monaſterio cenſum augeri, ut Rectores ejusdem cœnobii pro defenſione & libertate ejusdem loci uno quoque anno offerant Romæ dimidiam libram cocti auri ad altare S. Petri, & ita confirmamus cum auctoritate Papæ & Epiſcoporum Piſenſis, Aunenſis, Auecenſis, Vulterrenſis, Cluſenſis, Feſulanus, Florentinus, Senenſis, Aretienſis, Sutrienſis, de S. Rufina, Concenſis, Albenſis, Seſſulanus, Terratienſis, Prænestinus, Tuſculanus, Cajetanus, Fundanus, Beneventanus, Capuanus, Salernitanus, Neapolitanus, Malfitanus, Sipontinus, Aſcolanus, Aucerienſis, Narnienſis, Nucerienſis, Fulingienſis, Spoletanus, Perusinus, Firmenſis, Ortenſis, Anconitanus, Fanenſis, Sinogallienſis, Humanus,

manus, Penſaurienſis, Ariminenſis, Pinnenſis, Ravennas, Mutinenſis, Regienſis, Parmenſis, Placentinus, Polonienſis, Imulenſis, Faventinus, Forumpolienſis, Bobienſis, Ciſenenſis, Cervienſis, Commaculenſis, Ferrarienſis, Adrienſis, Aquileianenſis, Tarviſienſis, Cenodenſis, Cremonenſis, Novarienſis, Yporeienſis, Artenſis, Taurinenſis, Aquenſis, Bellonenſis, Trigeſtinus, Tridentinus, Veronenſis, Cumanus, Vincentinus, Parentinus, Concordienſis, Bidenenſis, Mantuanus, Gradenſis, Mediolanenſis, Vercellenſis, Laudenſis, Pergamenſis, Popienſis, Albitigenenſis, Remenſis, Pictavienſis, Turonenſis, Pariſienſis, Arelatenſis, Viennenſis, Lugdunenſis, Genovenſis, Lauſoſanenſis, Moguntinus, Magdaburgenſis, Wormacienſis, Conſtantienſis, Wurcipurgenſis, Rubilocenſis, Auguſtenſis, Halberſtadenſis, Spirenſis, Curienſis, Colonienſis, Leodieenſis, Trajectenſis, Mindenſis, Oſenbruckenſis, Treverenſis, Mettenſis, Citicenſis, Verdonenſis, Tullenſis, Juvavienſis, Patavienſis, Friſingenſis, Brixinenſis, Bragenſis, Michaël Ratisbonenſis; ut, ſi quis imperator, aut Rex, eandem Eccleſiam tam ſanctam alicui præſtet, ſit anathema, maranatha, id eſt, perditio in adventu Domini, & in ea maledictione perſiſtat, quam S. Formoſus Papa ſuper eum confirmavit, usque dum reſipiſcat. Et præfatum Monaſterium cum Monachis, & omnibus ibidem in præſens collatis, vel in poſterum conferendis, in immunitatem Papæ & in noſtram recipimus. Et ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora diligentiùs obſervetur, manu propria noſtra eam confirmavimus, annulique noſtri impreſſione muniri præcipientes.

Nota 1. Diploma hoc ex Codice noſtro Diplomatico huc allatum eſt. In codice leguntur Diplomatis hujus ultima verba: *Sit Anathema, Maranatha* & non alia. Reliqua ſequentia exhibet Hundius Tom. 1. Metropol. Salisburg. pag. 226. & pag. 227. Unde iſta Hundius? Neſcio. Autographum iſtud cum aliis ſimilibus, (utique de Libertate & immunitate Monaſterii noſtri agens) ablatum credimus. Vide Litteras *Hartwici* Epiſcopi Ratisboneuſ. inferiùs.

Nota 2. Videtur iſtud Diploma ab Ottone I. Imperatore Auguſto conceſſum, quando Anno 969. Synodo Romanæ ſub Johanne XIII. habitæ adfuit.

Nota 3. Otto I. Imperator hiſce in litteris dicit; [NON OMNES (Epiſcopi Ratisbonenſes) *ſed multi ex eis ſemper invidioſe contendebant contra eumdem ſanctum locum*;] QUIDAM enim poſt *Adalvvinum*, ut *B. Guntharius*, *Aſpertus*, *Tuto*, *Michael* optimè de hoc ſancto loco meriti ſunt; Licet hujus Monaſterii Rectores egerint, invidiæ tamen, aut proprii tantùm commodi ex bonis S. Emmerami percepti, vel quæſiti accuſari minime poſſunt. Vide hiſtoriam pag. 92. 97. 209. 218. 219. de *B. Guntbario*, *Tuttone*, *Aſperto*, *Michaële* Epiſcopis.

Nota 4. Huic & Prioribus Regum & Imperatorum Diplomatibus conſentaneum egit *S. Wolfgangus*, qui defuncto *Michaële* Epiſcopo, ipſemet ab *Ottone* Imperatore deſignatus Epiſcopus Ratisbonenſis, Beatum *Ramvoldum* ex Monacho Trevirenſi, primò Præpoſitum, dein Abbatem Monaſterio S. Emmerami dedit, ac bona hujus Monaſterii diviſit, ita ut eorum Pars Epiſcopatui, pars reſidua Monachis S. Emmerami propria eſſet, Vide, hiſtoriam pag. 79.

Num. XLVI.

Otto II. Imperator donat S. Wolffgango Ep. Ratisbon. in terra quondam Avarorum locum, qui *Zuiſila* dicitur, aliaque ad *Erlaffas* Amnes conſtituta.

Ex Autographo. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto Divina faviente clementia Imperator Auguſtus. Si erga divinis cultibus mancipata loca propter amorem DEI, eorumque in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium nobis

nobis apud DEUM in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum ſit omnibus ſanctæ DEI Eccleſiæ fidelibus noſtris præſentibus, & futuris; quia vir venerabilis Wolfkangus, Regenesburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quæ eſt conſtructa in honore S. Petri, Principis Apoſtolorum, nec non & S. Emmerammi Martyris Chriſti, adiens Celſitudinem culminis noſtri, innotuit auctoritati noſtræ, in terra quondam Avarorum juxta fluviolum, qui *Erlaffa* dicitur, locum quendam eſſe, qui *Steininachiricha* nominatur, quem per multa annorum curricula deſertum, ipſe de Bauuaria miſſis colonis incoli fecit. Qui ut tutiores ibi ab infeſtatione Ungarorum manere poſſent, petiit noſtram ſerenitatem locum quendam, inter majorem & minorem Erlaffam ſitum, ubi ipſi conveniunt, caſtellum conſtruendum, qui vocatur *Zuiſila*. Cujus deprecationi propter divinum amorem, & reverentiam Sanctorum prædictorum libenter annuimus, & ipſum locum perpetuò poſſidendum eidem conceſſimus Eccleſiæ, ab eo loco vid. ubi nominati fluvioli confluunt usque in Ibiſam, ubi ipſum flumen huic confluvio Erlaffarum proximum eſt, & ſurſum verſus per litus *Ibiſæ* usque in rivum, qui dicitur *Zvicha*, & per hunc usque ad montem, qui dicitur Sclavonicè *Ruznic*. Ab Orientali autem parte litus majoris Erlaffæ usque in montana propter munitionem locorum, huic donationi terminum ſtatuimus, & quicquid noſtri juris eſt ad donandum infra hos terminos, ad S. Petrum, ſanctumque Emmerammum perpetuo jure contradimus, &, ſi minus, quàm VI. regales manſi arabilis terræ noſtri juris infra terminos præſcriptos inveniatur, ubi proximè juxta prædictum caſtelli locum habeamus, ex utraque ripa Erlaffæ ſuppleatur. Has itaque res & quicquid in poſterum ſilvarum exſtirpatione, omnique alia cura amplificetur, absque ullius perſonæ obſtaculo cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, rivis, ac rivaticis, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, omnibus, ad jam dictum terminum juſtè legitiméque adpertinentiis ad ipſius Eccleſiæ utilitatem firmiter tradidimus, ita vid. ut ſupra memoratæ ſedis Rectores ob

Ecclesiæ commoditatem liberam habeant potestatem faciendi, quicquid elegerint. Et ut nostræ largitionis auctoritas firma perseveret, annuli nostri impressione sigillari jussimus.

Hildibaldus Eps & Cancellarius ad uicem UUiligisi Archi-Capellani notavi.

Signum Domni Ottonis Magni & Invictissimi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)

Sigillum destructum est, Maculâ ex pinguedine ceræ relictâ, & in postica parte, cerâ adhuc appressâ.

Data II. Id. Octob. Anno Dominicæ incarnat. D.CCCC. LXXIX. indict. VI. Anno verò regni Secundi Ottonis XV. imperii autem IX. Actum Ratisponæ in Dei nomine feliciter Amen.

Nota 1. Otto II. in Comitiis Wormatiensibus Rex Germaniæ declaratur Anno 961. à quo, REGNI ejusdem Anni numerantur. Anno 968. Romæ, præsente ipso Patre Augusto. (Ottone I.) à Johanne Papa XIII. Imperiali Diademate coronatur. Ab hoc Anno Notæ Chronologicæ annorum IMPERII ejusdem desumuntur.

Nota 2. In hoc Diplomate Nota Chronologica, *Regni* OTTONIS II, (scil. Annus XV. Regni) conciliari minimè potest cum Anno 979; cùm Otto II, Anno 961. factus fuerit Rex Germaniæ, cujus Regni *Annus XV*, ductus ab Anno 961, minimè correspondet Anno 979. Verùm in ipso hoc Autographo deprehenditur, post hæc verba: *Anno verò* REGNI *secundi Ottonis XV.* immediatè quædam erasa fuisse. Ad oculum etiam patet NUMERUM VIIII. ANNI IMPERII, novo attramentô, (factâ prius quadam rasurâ,) formatum fuisse. Fortè sciolus quidam junior emendare aliquid gestiens, quod prius bene positum fuerat, mendosum effecit. De Notis Chronologicis Diplomatum Ottonis II. eruditissime scribit Illustrissimus Abbas

Abbas Gottwicenſis in Chronico ſuo. Parte I. pag. 204. & ſeqq. ubi etiam de noſtris hic producendis Ottonis II. Diplomatibus agit, ac quomodo ex hoc Notæ Chronologicæ corrigi debeant, notat. vide pag. 205. & 206.

Nota 3. Bona iſta ab Ottone II. hic conceſſa, nunc Epiſcopatui Ratisbonenſi propria ſunt. Ex hoc Diplomate conſtat, S. Wolfgaugum hunc locum, (miſsis eò colonis,) *ab Ottone* petiiſſe.

Nota 4. In his litteris Ottonis II, Hildibaldi Epiſcopi & Cancellarii ſubſcriptio, *ante* ſive *ſupra* Signum OTTONIS facta eſt.

****

Num. XLVII.

Otto Imperator Monachis S. Emmerami confirmat poſſeſſionem *Riut* juxta Ænum fluvium &c.

Ex Codice Diplomatum.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto Dei gratia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſc. & futuris, qualiter nos ab amorem Dei omnipotentis, ac remedio animæ noſtræ, & per interventum Cari nepotis noſtri, Ducis Ottonis, & Wolfgangi venerabilis Ratisponenſis Ep. & fidelis noſtri Ramvvoldi Abbatis, Monachis in prædicta urbe, Deo, ſanctoque Dei Martyri Emmeramo, devotè ſervientibus, quasdam res, quas jam antea quidam Comes, nomine *Vuarmunt*, illis ſupra annonam ſibi deputatam pro requie ſuæ animæ tradiderat in loco *Riut* juxta Ænum fluxium in pago ſundargouue in comitatibus Arnulfi, Hartuici, Sigihardi, item Arnulfi, comitum, cum omnibus rebus, id eſt, terris cultis & incultis, curtilibus & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſaginationibus, venationibus, piſcationibus, portibus, aquis, aquarumve decurſibus, molis, & molendini locis, mancipiis utriusque ſexus, parſchalchis, cidalariis, vectigalibus, cunctisque utenſilibus, ad eundem locum *Riut* jure aſſignatis, viis & inviis, intrinſecus, forinſecus, quæſitis & inquirendis, noſtro regio banno,

noſtræ

noſtræ poteſtatis adjumentis, prædictis Monachis cum omni integritate ſuper illorum annonam conceſſimus, ea tamen ratione; ut ſi Epiſcopus eidem Monaſterio præſidens, aut aliqua potens perſona hanc traditionis firmitatem violenter infringere voluerit, cuncta, quæ tradita fuerant, redeant in jus, & poteſtatem Dominæ Juditæ, & Filii ejus Heinrici Ducis, ſeu ipſorum hæredis proximi. Conceſſimus etiam prænotatis Monachis; ut nullus ex judiciaria poteſtate Comes, vel judex ſervis, ſeu parſcalchis eidem loco ſervientibus audeat, aliquid injurium facere, nec in aliqua cauſa illos injuſtè vexare; & ſi forte quid negotii acciderit inter eos in furtis, ſeu homicidiis, vel quidlibet hujuſmodi, Comes nullus vel exactor alius nec bannum inde requirat, vel publicum ad malum eos banniat, vel aliquam ſuper eos poteſtatem exerceat, ſed tantummodo Monachi, & Advocatus ejusdem loci. Inſuper ne occaſionem imperialis noſtræ donationis ullo modo legalis correctio eis denegetur, aut ab illis inquirenda diſſimulentur incorrecta, firmiter jubemus; ne id fiat, ſed Advocatus potenter & juſtè judicet, & finiat, ſi eis nolentibus, quod abſit, ex duce compellantur. Et ut hæc ſcripta firma, ſtabiliaque permaneant, juſſimus eis hoc præſens præceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione muniri, manuque propria firmavimus. Data V. Id. Octobr. anno Dominicæ incarnat. DCCCCLXXX. indictionis VIII. Anno regni Ottonis Secundi XX. imperii autem XIII. Actum triburiæ.

Nota 1. Hujus Diplomatis autographum deeſt. Forte illud adverſariis noſtris, ob varia in illo contenta diſplicuit, & cum aliis ablatum vel deſtructum fuit. Legitur autem in Codice noſtro Diplomatico Sæculo XI. exarato.

Nota 2. In hac Charta proprius Monaſterii S. Emmerami Abbas (RAMVOLDUS) jam indigitatur, quem S. Wolfgangus, huic loco Abbatem dedit, ùt priùs dictum &c. *Ramvoldus* Abbas ab OTTONE vocatur FIDELIS NOSTER, quod nomen, ſeu prædicatum, in aliis etiam ſubſequentibus invenitur. In proximè ſequenti Charta nominatur *amabilis*. Fortè inde Origo Tituli illius, Lieber Getreuer, AMABILIS, FIDELIS NOSTER &c.

Nota 3.

Nota 3. Bonum iſtud, (cujus hic fit memoria) RUIT, juxta ÆNUM FLUVIUM, eſt Hofmarchia (Vogt-Reutt) dicta, prope Ænum, non longe à Waſſerburg diſtans.

Nota 4. De Notis Chronologicis Diplomatum Ottonis II. vide Chronicon Gottwicenſe parte 1. pag. 205. 206. Ubi etiam Regulas varias inſinuat, quibus varia Diplomata *Ottonis II.* illuſtrari valeant, quas tamen huc exſcribere nolui. Ob errores autem, qui in Notis Chronologicis deprehenduntur, abſit, ne ſtatim Diploma tale confictum appellemus. Accedit, quòd nobis ſubinde in Notis Chronologicis errores videantur, qui tamen, ſi de mente, & modo Notariorum, qui hæc Diplomata exararunt, nobis conſtaret, minimè errores dici poſſent.

Nota 5. De Confirmatione hujus donationis in *Riut*, vide plura infra: de *Advocatis*, ſeu *Advocatia* Eccleſiæ, & bonorum S. Emmerami. Interea benè conſideranda ſunt verba hujus Diplomatis: OTTO Imperator concedit Abbati *Ramvoldo* & Monachis, REGIUM BANNUM; REGIÆQUE POTESTATIS ADJUMENTA; Item bannum ſanquinis per Advocatum Monachorum S. Emmerami exercendum; vult enim, ut neque Comes, vel alius Judex, *in furtis ſeu homicidiis &c.* ibi *banniat &c.*

Num. XLVIII.

Otto Imperator Monaſterio S. Emmerami quoddam prædium, *Scierſtat* nominatum concedit.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto Divina Clementia Imperator Auguſtus. Si erga loca, divinis cultibus mancipata, propter DEI amorem in eisdem locis Domino famulantibus quiddam conferimus beneficii, præmium nobis apud DEUM æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Proinde comperiat omnium fidelium ſanctæ DEI Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſc. & futurorum ſolertia; quia per interventum, cari nepotis noſtri Ottonis Ducis, & venerandi Præſulis Wolfgangi, Ex Autographo.

nec non & amabilis Ramvoldi Abbatis, quoddam prædium *Scierstat* nominatum, in pago *Nortgouui*, in ſuburbano Reginæ civitatis, in Comitatu Henrici, in proprium conceſſimus ad Sanctum Dei Martyrem Emmeramum, & Monachis inibi ſervientibus, quod iidem noſtro permiſſu ex quodam Judæo, Samuel dicto, in anterius pretio comparaverunt, curtilibus, terris, pratis, paſcuis, exitibus, & reditibus, viis & inviis, cultis, & incultis, quæſitis & inquirendis, & omnibus rebus illuc ritè pertinentibus, eo etiam tenore iisdem fratribus poteſtativè habendum, vel commutandum, ſicuti cæteras poſſeſſiones Eccleſiæ, nullo contradicente, vel inquietante. Et ut hoc imperiale auctoritatis noſtræ præceptum firmius habeatur, & in poſterum veriùs credatur, hanc Cartam conſcribi juſſimus, anulique noſtri impreſſione aſſignatam manu noſtra ſubtus roboravimus.

Signum Domni Ottonis Magni, invictiſſimi Imperatoris Auguſti (Monograma)

Hildibaldus Ep. & Cancellarius ad uicem UUiligiſi Archi-Capellani Notavi.

Sigillum avulſum eſt. Maculæ autem, circum Sigilli locum, ob Ceræ pinguedinem reſiduæ videntur.

Data IV. Non. April. anno Dominicæ incarnat. D.CCCC. LXXXI. indict. IX. anno verò regni Secundi Ottonis XXI. imperii autem XIV. Actum Romæ.

Nota. R. P. Pezius tom. 1. Anect. parte III. pag. 58. & 59. hoc Diploma exhibet, ſed error Typographi ibi deprehenditur, cum ibi

ibi *IV. annus imperii Ottonis II.* ponatur, Notavit Chronologicum errorem hujus Diplomatis, Chronicon Gottwicenſe pag. 206. Sed dum iſte error tantùm in Editione P. Pezii à Typographo commiſſus fuit, error typi, Pezianæ Editionis, tantùm corrigendus erit.

Num. XLIX.

Otto Imperator traditionem quorundam curtilium & prædiorum, à Willehelmo & Heilrade S. Emmeramo factam confirmat.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto divina diſpenſante Clementia Imperator Auguſtus. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſc. ac futuris, qualiter quidam mercator noſter Willehelmus dictus, à prædeceſſoribus meis libertate donatus, & uxor ejus, Heilrad vocitata, tradiderunt ad ſanctum Emmeramum in Ratisbonenſi civitate, & Monachis inibi DEO ſervientibus, quicquid prædii & mancipiorum tunc in tempore habuerunt, exceptis IV. mancipiis, pro animarum ſuarnm remedio, ac mercedis æternæ deſiderio, ea verò pactione; ut ſuæ finetenus vitæ poteſtativè uſu potirentur uſufruendi; poſt amborum de hac luce diſceſſum integrè pertinerent ad S. Emmeramum, fratribus ſerviendum. Quod ita factum eſt publica teſtium affirmatione, & jurejurando, qui eidem traditioni præſentes interfuerunt. Similiter & primi judices comitatuum banno conſtricti, & juramento idem teſtificati ſunt. Hæc ſunt loca, id eſt, curtilia infra murum & extra prædictæ urbis, ædificia, ſive aliter poſſeſſa, & prædia huic civitati adjacentia, & *Puchilinga*, & *Ekkolvinga*, cum mancipiis in pago Tunahgeuui, in Comitatu Pabonis. Nos verò hæc audientes propter DEI amorem, & S. Emmerami, & pro venerabilis Wolfkangi Reginenſis Epiſcopi petitione, nec non & Ramvoldi ejusdem cœnobii Abbatis, fidelis noſtri interventui ſatisfacientes, hanc traditionem

Ex Autographo.

imperiali auctoritate noſtra renovavimus, & eadem loca cum appendiciis ſuis, hoc eſt curtilia cum ædificiis, villis, & caſis, vineis, & vinitoribus, pomariis, agris, paſcuis, aquis, piſcationibus molendinis, mobilibus & inmobilibus, exitibus, & reditibus, quæſitis & inquirendis, mancipiis utriusque ſexus, exceptis ſupradictis IV. omnique legitima cautione ad Altare S. Emmerami Martyris, & fratrum uſibus ſervienda cum omni integritate conceſſimus, nemine contradicente, vel fiſcalis potentiæ perſona, ſive alicujus conſanguinitatis eorum conditione. Et ut hæc conceſſionis noſtræ auctoritas firma, ac ſtabilis permaneat in futuris temporibus, hoc præceptum præſens juſſionis inde conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſigillari, & manu propria ſubtus corroboravimus.

Signum Domni Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. (Monograma)

Hildiboldus Egiſcopus & Cancellarius uice UUiligiſi Archi-Capellani notavi.

(*Sigillum Illæſum.*)

Data Nonis Junii, anno Dominicæ incarn. DCCCCLXXXIII. Regni verò Secundi Ottonis XXV. Imperii autem XV. indict. XI. Actum feliciter Veronæ Amen.

Nota. Hoc Diploma exhibetur in Chronico Gottwicenſi pag. 194. Illuſtriſſ. hujus Chronici Auctor varias notas de Chronologia annorum *Regni*, & *Imperii* OTTONIS II. adducit, ex quibus infert annum Regni XXV, qui in hoc Diplomate notatus eſt, mendoſum eſſe, & ejus locò (XXIV.) poni debere; quod etiam in duabus ſequentibus Chartis obſervari oportet. Vide Chronicon Gottwicenſe pag. 206. Idem Diploma Ottonis Imperat. (membranea Charta) absque Sigillo tamen in Archivo noſtro ſervatur, quod EXEMPLUM

dici

dici poteſt. Vide Mabillonium de EXEMPLIS lib. 1. de re Diplomat. pag. 28. num. V. ubi ita ſcribit: cùm illi, ad quos primaria inſtrumenta (Autographa) ſpectabant, intelligerent, ipſa Autographa, ſi ad placita Comitum, (ad judicia publica Comitum) paſſim deferrentur, non diu duratura fore: hinc per ſuos Notarios, ac Cancellarios eorum exempla conſcribi curarunt, quæ Originalium ſcripturam, utpote eodem tempore facta, proximè imitabantur. Ita Mabillon cit. loco. Tale EXEMPLUM dici poteſt Charta iſta membranea, in qua litteræ OTTONIS Auguſti hîc exhibitæ eodem quaſi Charactere deſcriptæ, leguntur, nullo autem addito Sigillo. Leguntur ibi etiam verba ſubſcriptionis, ſed differentia Characteris ab eo, qui in Autographo conſpicitur, ſatis apparet.

Num. L.

Otto Imperator ratam habet ejusdem Willehelmi traditionem locorum *Alpurc*, & *Perc*, Monaſterio S. Emmeramo factam.

IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Otto divina diſpenſante Clementia Imperator Auguſtus. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſc. ac futuris, qualiter quidam mercator noſter Willihalm dictus à prædeceſſoribus noſtris libertate donatus, & Uxor ejus Heilrad vocitata, tradiderunt ad S. Emmeramum in Ratesponenſi civitate, & Monachis inibi DEO ſervientibus, quicquid prædii & mancipiorum tunc in tempore habuerunt, exceptis IV. mancipiis, pro animarum ſuarum remedio ac mercedis æternæ deſiderio, ea verò pactione; ut ſuæ finetenus vitæ poteſtativè uſui potirentur vivendi; poſt amborum de hac luce diſceſſum integrè pertinerent ad S. Emmeramum fratribus ſerviendum; quod ita factum eſt publicè teſtium affirmatione, & jurejurando, qui eidem traditioni præſentes interfuerunt. Similiter & primi judices Comitatuum banno conſtricti, & juramento idem teſtificati ſunt. Hæc ſunt loca, id eſt: *Alpurc*, & *Perc*, cum mancipiis in pago *Tonegevvi* in Comitatu Liutpaldi. Ex Autographo.

Nos verò hæc audientes propter amorem Dei, & S. Emmerami, & per venerabilis Wolfgangi, Reginesburgenſis Ep. petitionem, nec non & Ramvoldi, ejusdem cænobii Abbatis, fidelis noſtri interventui ſatisfacientes, hanc traditionem imperiali auctoritate noſtra renovavimus, & eadem loca cum appendiciis ſuis, hoc eſt, curtilia cum ædificiis, villis, & caſis, vineis & vinitoribus, agris, ſilvis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus, & inmobilibus, quæſitis & inquirendis, mancipiis utriusque ſexus, exceptis ſupra dictis IV. omnique legitima cautione ad Altare S. Emmerami Martyris, & fratrum uſibus ſervienda cum omni integritate conceſſimus, nemine contradicente vel fiſcalis potentiæ, ſive alicujus conſanguinitatis conditione. Et ut hæc conceſſionis noſtræ auctoritas firma & ſtabilis permaneat in futuris temporibus, hoc præſens præceptum juſſimus inde conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſigillari, & ſubtus manu propria corroboravimus.

Signum Domni Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. (Monogramma)

Hildibaldus Eps. & Cancellarius vice UUiligiſi Archi-Capellani notavi.

Sigillum integrum & Illæſum.

Data Nonis Junii anno incarnat. Dominicæ DCCCCLXXXIII. Regni Secundi Ottonis XXV. Imperii autem XV. indict. XI. Actum feliciter Veronæ Amen.

NB. Vide præcedens Diploma de Notis Chronologicis anni XXV. Regni.

Num.

Num. LI.

Otto Imperator confirmat traditionem qua idem Willehelmus Monasterio S. Emmerami confert *Atasfeld* in pago Nortgauue.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente Clementia Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri, præsentes scilicet & futuri; qualiter mercator quidam noster *Willihalm dictus*, à prædecessoribus nostris libertate donatus, & Uxor ejus, Heilrat vocitata, tradiderunt ad S. Emmeramum, & Monachis inibi DEO servientibus *Atasfeld* pro animarum suarum remedio, ac mercedis æternæ desiderio, ea verò pactione; ut suæ finetenus vitæ potestativè usui potirentur vivendi; post amborum de hac luce discessum integrè pertineret ad S. Emmeramum fratribus serviendum, quod ita factum publicè testium affirmatione, & jure jurando, qui eidem traditioni præsentes fuerunt. Similiter & primi judices comitatuum banno constricti, & juramento idem testificati sunt. Hoc est, prædictus locus *Atasfeld* cum mancipiis utriusque sexus in pago *Norggauue* in Comitatu Heinrici. Nos verò hæc audientes propter amorem DEI, & S. Emmerami, & per venerabilis Wolfgangi, Reginensis Ep. petitionem, nec non & Ramuoldi Abbatis, fidelis nostri interventui fatisfacientes, hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renovavimus. & eundem prædictum locum cum omnibus appendiciis suis, hoc est, curtilibus cum ædificiis, pomariis, agris, pascuis, silvis, pratis, aquis, mobilibus, & inmobilibus, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, omnique legitima cautione ad Altare S. Emmerami Martyris, & fratrum usibus serviendа cum omni integritate concessimus, nemine contradicente vel fiscalis potentiæ persona, sive alicujus consanguinitatis eorum conditione. Et ut hæc concessionis nostræ auctoritas firma, ac stabilis permaneat in futuris temporibus, hoc præsens præceptum jussi-

Ex Autographo.

juſſimus inde conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſigillari, & ſubtus manu propria corroboravimus.

Signum Domni Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. (Monogramma.)

Hildiboldus Epiſcopus & Cancellarius vice Ulliligiſi Archi-Capellani notavi.

Sigillum amotum, eſt, Sigilli ex pinquedine ceræ maculâ adhuc comparente.

Data Nonis Junii, anno Dominicæ incarnat. DCCCCLXXXIII. Regni verò Secundi Ottonis XXV. Actum Verone feliciter Amen.

NB. Vide quæ in præcedenti Diplomate de anno XXV. Num. XLIX. dicta ſunt.

Num. LII.

Henricus II. (Sanctus) Imperator, confirmat omnia bona Monaſterii S. Emmerami.

Ex Autographo. IN Nomine ſanctæ & individuæ trinitatis, Heinricus Divina favente Clementia Rom. Imp. Aug.. Imperialem noſtri culminis excellentiam hoc ſcimus exigere, immò ad ſtatum regni, & ad ſalutem animæ noſtræ multum proficere, quosque divini ſervi-

ſervitii amatores, ut ſine querela in Dei perſiſtant laude, liberalitatis noſtræ ſuſtentaculo confortare, maximè autem eos, quorum laboris devotio divino præ cæteris invigilat obſequio. Proinde omnium Chriſti, noſtrique fidelium univerſitas, qualiter nos divinæ remunerationis ſpe incitati, interventu etiam dilectæ conjugis noſtræ Chunigundæ Imperatricis Auguſtæ, & venerandi Richolfi Abbatis commoniti, cuidam Eccleſiæ Dei infra civitatem Ratesponenſem, in honorem pretioſi Dei Martyris Heimmerammi conſtructæ, ubi venerabile corpus ejus miraculis declarantibus requieſcere comprobatur, omnia, quæ ab Anteceſſoribus noſtris, Regibus, vel Imperatoribus, omnibusque Chriſti fidelibus vel infra ipſam Ratisponenſem civitatem, vel in ſuburbio ejus, vel ubicunque locorum hactenus tradita ſunt, & collata, per hanc imperialem paginam in perpetuum confirmamus, & absque omnium hominum contradictione in proprium largimur, ea videlicet ratione; ut nec Epiſcopus ejusdem loci, nullaque judiciaria, vel Eccleſiaſtica poteſtas aliquam habeat poteſtatem prænominata bona præfatæ Eccleſiæ auferre, vel uſibus fratrum, ibidem ſub Monachica inſtitutione Deo ſervientium, abalienare, ſed prædictus Richolfus ejusdem loci Abbas, ſuique ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad utilitatem tantummodo fratrum, ibidem ſub Regula S. Benedicti Deo, ſanctoque Heimmerammo famulantium. Et ut hæc noſtræ confirmationis, & largitionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hoc præceptum, inde conſcriptum propria manu corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. (Monogramma.)

Cuntherius Cancellarius ad uicem Erkenbaldi Archi-Capellani recognovi.

Sigillum integrum & illæſum.

Data V. Non. Julii, indict. III. anno Dominicæ incarnationis MXXI. anno verò Domni Henrici Secundi regnantis XX. imperantis VIII. Actum Coloniæ feliciter Amen.

Nota 1. Heinrici II. Notæ Chronologicæ desumuntur, anni scil. REGNI ab anno 1002. Anni Imperii ab anno 1014. vide Chronicon Gottwicense pag. 242. num. XVIII. &c. Exhibetur ibi ad pag. 238, Diploma istud S. Emmeramense à Henrico II. Imperatore Monasterio nostro Datum. Hujus etiam Diplomatis EXEMPLUM in Membrana Charta, coæva manu descriptum servatur in Archivo nostro.

Nota 2. Nullum Ottonis III. Imperatoris Diploma in Archivo nostro invenitur. Ex vita autem B. Ramvoldi Abbatis ab Arnoldo nostro Sæculo XI. conscripta constat, (vide in Historia pag. 103,) quôd OTTO III. Imperator ad Monasterium S. Emmerami accedens, (postquam multa cum *B. Ramvoldo* Abbate ibidem *pia* colloquia instituisset,) *Gebhardum* tunc Ratisponensem Episcopum ad se vocarit, eumque ob molestias Monasterio S. Emmerami illatas reprehenderit &c. Mortuus est hic *Gebehardus* Episcopus, juxta Chronicon Ratisbonens, anno MXX. Ex his Conjicio, *Kunegundem* Imperatricem, & Richolfum Abbatem Monasterii S. Emmerami, Henricum II. Imperatorem humiliter supplicasse, ut mortuo *Gebehardo* Episcopo, omnes Donationes & Traditiones Monasterio S. Emmerami factas confirmaret &c. quod Henricus Imperator hoc Diplomate MXXI. statim post mortem hujus Episcopi præstitit.

Num. LIII.

S. Henrici Imperat. Diploma, quo Monasterio S. Emmerammi curtem *Eitterhoven* confirmat.

Ex Autographo.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperialem nostri culminis excellentiam hoc scimus exigere, immò ad statum Regni, & ad salutem animæ nostræ multùm proficere, quosque Divini servitii amatores, ut sine querela in Dei persistant laude, liberalitatis nostræ sustentaculo confortare, maximè autem eos, quorum laboris devotio Divino præ cæteris invigilat obsequio. Proinde noverit omnium Christi, nostrique fidelium universitas, qualiter nos Divinæ remunerationis spe incitati, interventu etiam dilectæ Conjugis nostræ Cunigundæ Im-

Imperatricis Auguſtæ, & venerandi Richolfi abbatis commoniti, cuidam Eccleſiæ Dei infra civitatem Radisponenſem in honore pretioſi Dei Martyris Heimmerammi conſtructæ, ubi venerabile corpus ejus miraculis declarantibus requieſcere comprobatur, quandam noſtri juris curtem, *Eitterhoven* dictam, in pago Tunegovve in comitatu Adalberti Marchionis ſitam, quam avus noſter piæ recordationis, Dux Heinricus eidem cænobio antea contulit, cum omnibus appendiciis, villis ſc. areis, agris pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus, & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſilvis, venationibus, familiis etiam utriusque ſexus, cæterisque, quæ quolibet modo dici, aut ſcribi poſſunt, utilitatibus, ad eandem curtem *jure*, & *legaliter* pertinentibus, per hanc Imperialem paginam in proprium largimur, concedimus, & perpetualiter confirmamus, ea vid. ratione; ut nec epiſcopus ejusdem loci, nullaque Eccleſiaſtica, vel judiciaria poteſtas, aliquam habeat poteſtatem, prænominatam curtem Eccleſiæ prænominatæ auferre, vel uſibus fratrum, ibidem ſub Monachica inſtitutione Deo ſervientium abalienare; ſed prædictus Richolfus ejus loci Abbas, ſuique ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit, faciendi ad utilitatem tantumodo fratrum, ibidem ſub Regula S. Benedicti Deo, ſanctoque Heimmerammo famulantium, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ largitionis, conceſſionis, & confirmationis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat ævo, hoc præceptum inde conſcriptum, propria manu confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici invictiſſimi Romanorum Imperator. Auguſti. (Monograma.)

Cuntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archi-Capellani recognovi.

Sigillum integrum & Illæſum.

Data V. Non. Julii indict. III. anno Dominicæ incarnationis milleſimo XXI. anno verò Domni Heinrici II. regnantis XX. imperantis autem VIII. Actum Coloniæ feliciter Amen.

Nota. *Juditha* Duciſſa Bavariæ, uxor *Henrici I.* Ducis Bavariæ, qui fuit Frater Ottonis I. Imperatoris, donavit S. Emmeramo curtem quamdam, *Eitterhoven*, dictam. Quid pro hac Curte *Eitterhoven* obtinendâ, BRUNO Epiſcopus Auguſtanus, Frater Henrici II. Imperatori egerit, & quam mirabiliter Deus S. Emmeramum tunc glorificaverit, legi poteſt in Hiſtoria p. 153. Idque Arnoldus noſter Monachus in Lib. 2. de Miraculis S. Emmerami narrat. Vide Lectiones Aniquas Henrici Caniſii apud Basnage Tom. III. pag. 147. Hæc omnia tunc acta, cauſam præbuerunt, ut Kunegundis Imperatrix, & Richolfus Abbas hanc Donationem ab Henrico Imperatore Monaſterio S. Emmeramo confirmari peterent, quod hoc Diplomate effectum fuit. Traditionis hujus à *Juditha* factæ litteras, ex Codice Diplomatico noſtro (Sæculo XI. exarato,) cui inſertæ leguntur, hic exhibere volo.

TRADITIO.

AGnoſcat igitur omnium Fidelium induſtria, qualiter venerabilis Patrona ac ſanctimonialis fæmina Judita nuncupata, memor imarceſſibilis remunerationis & æternæ beatitudinis, tradidit una cum manu Filii ſui Henrici Ducis ad S. Emmeramum & ad ſervitium Monachorum talem proprietatem, qualem Frater ejus Hluduwicus in loco *Eitarahove*, ſibi ſerviendo in poteſtate habuit cum omnibus rebus, ad eumdem locum juſtè & legitimè pertinentibus, hoc eſt, curtem cum ædificiis, & reliquis curtilibus, villis, & caſis, vineis, ac vinitoribus, & aureariis, agris, paſcuis, ſilvis, aquis, piſcationibus, molendinis, mobilibus, & inmobilibus, exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnique legitima cautione, mancipiis utriusque ſexûs & reliqua omnia, ut ſupra dictum eſt, tradidit memorata Domna ad Altare S. Emmerami, & ad commune ſervitium monachorum, in manus Wolfgangi Epiſcopi, & Advocati ſui Faramundi, eo quoque tenore; ut ipſa Domna & Frater ejus Hludouuicus in ſervitium habuerunt, & utantur usque ad finem vitæ ſuæ. Poſt amborum vero obitum provenerit, & redierit ipſe locus, in jus & ſervitium

Eccleſiæ,

Ecclesiæ, & fratrum cum omni integritate sine omnium contradictione. Hujus traditionis testes sunt per aures tracti: Sarhilo comes, Theomar, Tagini, Anno, Vualtheri, Timo, Papo, Rodperht, Engilmar, Egilolf, Tuoto, Orendil, Ysanrih, Wirunt, Leoparto, Uuichram, Ugo, Udalrih, Heinpreht, Gotedieo, Reginpreht, Purchart. Vestituram hujus rei Timo præsentaverat ad aram S. Emmerami & Fratribus. Præsentes quoque tunc aderant Rihherus Præpositus, Vualtherus Decanus, Job, Amanoldus, Adalpertus, & Cæteri omnes.

De *Juditha*, ejusque donatione hic facta, &c. Vide Historiam. pag. 239.

Num. LIV.

Henricus II. confirmat traditionem *Riutæ* in pago Chymengovve, factam Monasterio S. Emmerammi à *Warmundo* Comite.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente clementia Romanorum Imp. Augustus. Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere, immo ad statum regni, & ad salutem animæ nostræ multum proficere, quosque divini servitii amatores, ut sine querela in DEI persistant laude, liberalitatis nostræ sustentaculo confortare, maximè autem eos, quorum laboris devotio divino præ cæteris invigilat obsequio. Proinde noverit omnium Christi, nostrique fidelium universitas, qualiter nos divinæ remunerationis spe incitati, interventu etiam dilectæ conjugis nostræ Chunigundæ Imperatricis Augustæ, & venerandi Richolfi Abbatis commoniti, cuidam Ecclesiæ DEI infra civitatem Ratisponensem in honorem pretiosi DEI martyris Heimmerammi constructæ, ubi venerabile corpus ejus miraculis declarantibus requiescere comprobatur, quandam nostri juris curtem *Riute* dictam, in pago Chymengovve, in comitatu Pabonis comitis sitam, quam quidam nobilis homo Warmun- Ex Autographo.

dus Comes eidem cænobio contulit, cum omnibus appendiciis villis ſc. areis, agris, pratis, paſcuis, aquarumve decurſibus, vadis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, ſilvis, venationibus, familiis etiam utriusque ſexus, cæterisque, quæ quolibet modo dici aut ſcribi poſſunt, utilitatibus ad eandem curtem jure & legaliter pertinentibus, per hanc Imperialem paginam in proprium largimur, ejusdem Warmundi comitis traditionem perpetuo jure prædictæ Eccleſiæ confirmamus, ea vid. ratione; ut nec Epiſcopus ejusdem loci, nullaque Eccleſiaſtica vel judiciaria poteſtas aliquam habeat poteſtatem, prænominatam curtem prænominatæ Eccleſiæ auferre, vel uſibus fratrum ibidem ſub Monachica inſtitutione DEO ſervientium, abalienare; ſed prædictus Richolfus, ejusdem loci Abbas, ſuique ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad utilitatem tantummodo fratrum, ibidem ſub Regula S. Benedicti DEO, ſanctoque Heimmerammo famulantium, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ largitionis, & confirmationis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat ævo, hoc præceptum inde conſcriptum propria manu corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici invictiſſimi Romanorum Imperat. Auguſti. (Monogramma.)

Cuntherius Cancellarius ad uicem Erkenbaldi Archi-Capellani recognovi.

Sigillum in partibus extremis aliqualiter læſum, tota autem, ſedentis Henrici figura integra & illæſa conſpicitur.

Data

Data V. Non. Julii, indict. III. Anno Dominicæ incarnat. MXXI. Anno verò Domni Heinrici Secundi regnantis XX. imperantis VIII. Actum Coloniæ feliciter Amen.

Nota. In Diplomate Ottonis I. (vide Num. XLIII.) legitur, *ut si Episcopus aut aliqua potens persona hanc traditionis* (rerum in *Riut* S. Emmeramo donatarum) *firmitatem violenter infringere voluerit, cuncta, quæ tradita fuerant, redeant in jus & potestatem Dominæ Judithæ & filii ejus Henrici Ducis seu ipsorum hæredis proximi.* JUDITHA ista uxor fuit *Henrici I.* tunc Bavariæ Ducis, qui erat frater *Ottonis I.* Imperatoris. *Henricus I*, Dux filium ex *Juditha* uxore, (*Henricum* pariter dictum,) accepit. *Judithæ* ergo & filio ejus *Henrico*, vel ipsorum hæredi proximo, bona hæc (in *Riut*) attribuit *Otto* Imperator in casu, *si Episcopus, vel alia persona potens hæc bona usurpare vellet &c.* Narrat Arnoldus noster Monachus, lib. II. de Miraculis S. Emmerami. antiq. lect. Henrici Canisii apud Basnage tom. III. pag. 147. quòd *Gebehardus* Episcopus Ratisbonensis complacitationem, quam Juditha cum Monasterio S. Emmerami circa bona in *Eiterhoven* fecit, violârit, ideoque *Brunno* Augustanus Episcopus, proximus Judithæ & Henrici filii ejus Successor, hæc bona, vi traditionis, sibi vendicare voluerit, quem tamen à proposito per miracula abstractum & deterritum Arnoldus scribit. Vide histor. pag. 239. Ne igitur tale quid circa bona in *Ruit* (*Vogteyreuth*,) ab hæredibus Judithæ, vel Episcopo deinceps committi posset, Monachi & Abbas Richolfus per Interventum *Kunegundis* Reginæ Henricum Augustum rogarunt, ut hæc bona in *perpetuum* soli Monasterio S. Emmerami confirmaret, quod & factum est.

Num. LV.

Otto Episcopus Ratisbonensis Monasterio S. Emmerammi remittit decem talenta, quæ *Gebehardus* illius antecessor quot annis in Festivitate S. Emmerammi exigere ab Abbate consueverat.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi. Otto Dei gratia Ratisponensis Episcopus. Agnitum esse volumus omnibus veritatis cultoribus, præsentibus & futuris, maximè tamen succes- Ex Diplomatico Codice.

soribus,

ſoribus noſtris, qualiter nos pro amore Dei ac noſtra ſalute & pro remedio animæ anteceſſoris noſtri piæ memoriæ Gebehardi relevare cupientes, ſervitium, quod idem anteceſſor noſter quot annis in Feſtivitate S. Emmerammi ab Abbate illius loci non cauta diſcretione ſibi fecit XX. talentis perſolvi, & hanc quantitatem noſtris temporibus derivatam ex conſuetudinaria lege quaſi debitam reliquit, dimidiam ejus partem, id eſt, X. talenta precibus Eberhardi Abbatis donavimus, ſc. ſtatuentes, ut quisque ſucceſſor noſter, aut Natali die memorandi martyris Chriſti apud Monaſterium ipſius publicam miſſam celebrans, ſolito more ibi prandeat, aut ſi natalitio intereſſe non poſſit, X. talenta argenti pro commemoratione legitimæ ſtationis accipiat, ſciens procul dubio; quia, ſi quid huic ſummæ ſalubri conſilio à nobis diffinitæ adaugere tentaverit, maximam ſibi iram in die iræ theſaurizabit. Hujus rei teſtes ſunt Religioſi Clerici Peruuart, Sigbreht, Cumpo, Hartuic, Sigihart, Sigepolt, Cumpo, Odalrih. Teſtes ſunt & Hi populares Laici: Heinricus comes, Pabo frater ejus, Vdalrih de Præginza, Roh, Aribo, Adalhoh, Mahtin, Prun, Coteſcalk.

Nota 1. *Otto* Epiſcopus Ratisbonenſis præſidere cæpit Anno MLXII. Anteceſſores immediatos habuit tres *Gebehardos*. De *Gebehardo* ultimo, videtur hic intelligendus eſſe Otto. Obſervandum tamen eſt, quòd dicat hanc exactionem ab anteceſſore ſuo factam, quaſi *ex conſuetudinaria lege ad tempora ſua* (Ottonis Epiſcopi) *fuiſſe derivatam*. Ex hiſtoria luculenter patet, *Gebhardum* Primum hujus Nominis Epiſcopum, Monaſterium S. Emmerami turbaſſe, & moleſtaſſe. vide vitam B. *Ramvoldi* in hiſtoria pag. 103. 104.

Nota 2. Quòd Epiſcopi illo tempore ſolennem Miſſam in Baſilica S. Emmerami, die Natali hujus ſancti celebraverint &c. Ex hiſtoria noſtra patet pag. 99. *S. Wolfgangum* Epiſcopum, Monaſterio S. Emmerami rurſus proprium dediſſe Abbatem. Defuncto S. Wolfgango, *Gebehardus* ejus ſucceſſor, (ut mox notavimus) Monaſterium S. Emmerami multùm vexavit, ab ipſo OTTONE Imperatore objurgatus, & admonitus, ne ullam Moleſtiam S. Emmerami Monaſterio inferret; Primi enim poſt S. Wolfgangum Epiſcopi ægrè ferentes Abbatiá iſta (S. Emmerami) ſeſe exutos eſſe, omni conatu laborabant, ut iſtud Monaſterium ſub jugum ſuum iterum mitterent. Conatui, & auſibus hiſce favebant temporum illorum Turbæ. Monachi, & Abbates S. Emmerami Privilegia ſua,

quan-

quantum poterant, ſervare ſtudebant, vi tamen & poteſtati reſiſtere haud valentes, plura inviti ſuſtinere adigebantur. Sic Epiſcopi (uti ex hiſce OTTONIS litteris intelligimus,) *procurationes*, ſeu jus hoſpitii in Monaſterio S. Emmerami exigebant, ſolennes miſſas *ibi* decantabant, vel ſi in Natalitio S. Emmerami adeſſe haud poterant, XX. talenta ſibi præſtari cupiebant. Quòd Abbates & Monachi, S. Emmerami ſufferre cogebantur, licet libertatis privilegio, & Apoſtolicæ Sedis Protectione muniti eſſent. Notat Mabillonius in Præfat. parte priore ad Sæculum VI. Benedictinum §. III. num. 31. [*Quatuor maxime fuiſſe, quæ à Monaſteriis ſibi ſubjectis exigere ſolebant Epiſcopi, nempe* OBEDIENTIAM, CENSUM ANNUUM, *quem jus ſynodale, ſeu circadas appellabant*, PROCURATIONES *ſeu jus hoſpitii in illis Monaſteriis*, & PROCESSIONES SOLEMNES, *id eſt, jus celebrandi miſſas, & conventus ſolemnes in eorum Eccleſiis.* Ita Mabillonius. Ex quibus verbis ſatis patet, Epiſcopos poſt S. Wolfgangum, Monaſterium S. Emmerami, licet proprius ibi fuiſſet Abbas, poteſtati ſuæ ſubditum voluiſſe. *Otto* Epiſcopus, Anteceſſoris ſui *incautam diſcretionem* conſiderans, ſervitium illud, ſeu procurationes, quas Abbates S. Emmerami XX. talentis in Feſto hujus S. Martyris abſenti Epiſcopo (coacti) exſolvere debebant, minuere cupiens, decem Talenta remiſit. *Eberhardus* Abbas libertatis privilegia Monaſterii ſui ſervaturus, cùm alia ratione, turbatiſſimis tunc temporibus, libertatem, & immunitatem tueri non poſſet; precibus Epiſcopum *Ottonem* flectere ſtudebat, qui anteceſſorum ſuorum *incautam Diſcretionem benè perpendens*, mitius quidem agere ſtatuit, ſervitium tamen, licet indebitum, totum remittere noluit, inductus, quòd hoc ſervitium *ex conſuetudinaria lege* QUASI DEBITUM *huc usque* derivatum fuerit. Remiſit tamen partem hujus ſervitii *pro ſalute animæ ſuæ, & pro Remedio animæ Anteceſſoris ſui Gebehardi &c.*

Nota 3. Hæc Ottonis Epiſcopi Ratisboncnſ. Remiſſionis Chartæ legitur in Codice Diplomatico noſtro, quâ chartâ nulla recentior ibi ſcripta invenitur.

NOTA.

ORdo temporis exigit, ut hîc Bulla *Leonis IX.* Summi Pontificis de Inventis Sancti Dionyſii Pariſienſis Apoſtoli (*Areopagitæ*) oſſibus, quæ Anno MLII. in Eccleſia S. Emmerami reperta ſunt, poneretur. Sed ea legi poteſt in hiſtor. pag. 68. De hujus Bullæ veritate, multa in *Diſſertatione de Translatione S. Dionyſii Pariſienſium Epiſcopi*, Anno 1750. vulgatâ, elucidavimus. Jam ad alia.

Defunctô (Anno 994.) *S. Wolfgango* Episcopo Ratisbonensi, *Gebehardus* ejus Successor, *B. Ramvoldum* Abbatem Monasterii S. Emmerami persecutus est, ab Ottone III. (ut mox audivimus,) propterea objurgatus. Is ipse *Gebehardus* Defuncti *B. Ramvoldi* corpus ad tumulum delatum, madentibûs oculis dein comitatus est. Defuncto etiam Anno 1024. *Henrico II.* (Sancto) Imperatore, Regnante post ipsum *Cunrado II*, Abbatum ad S. Emmeramum Electionem omnino Liberam haud fuisse ex eo patet, quòd Arnoldus noster in sua ad *Burchardum* Abbatem Epistola ita scribat: *In hoc procul dubio, quòd vos tali loco destinavit ad nos, in quo hactenus ipso Donante, & sanctissima Virgine Maria adjuvante* ABUNDANT PATRES ET FRATRES, SIVE APUD DEUM, SIVE APUD SÆCULUM VALDE NOBILES. *Arnoldus* noster sub *Burchardo* Abbate, Præpositum Monasterii egit Anno MXXXI. *Burchardus* ex *Augia Divite* eductus, ad S. Emmeramum Abbas constitutus fuit, ubi NB. ABUNDABANT PATRES ET FRATRES SIVE APUD DEUM, SIVE APUD SÆCULUM VALDE NOBILES, quod *Arnoldus* Monachus & Præpositus Monasterii S. Emmerami modeste commemorare voluit. *Cunradus* Imperator, qui Henrico II. successerat, Fratrem suum *Gebehardum III*, Ratisbonensem constituit Episcopum. Quid mirum, si Abbates & Monachi ad S. Emmeramum tam Potenti Adversario (Imperatoris Fratri) cedere, & ab eo multa pati debuerint? legitur quidem in historia nostra, pag. 252. quòd *Henricus I. Conradi* filius, libertatem & exemptionem Monasterii S. Emmerami, contra *Gebehardum* (Conradi Imperatoris Fratrem) Episcopum Ratisbonensem defenderit. At Gebehardus, (ut ex litteris Ottonis Episcopi Ratisbon. patet,) incautâ discretione à Monasterio Procurationes exigere non destitit. Sed, & QUIDAM Monachi S. Emmerami hoc tempore, opprimendæ Monasterii Libertatis ansam, Episcopis præbuerunt; uti *Othlonus* noster, qui circa Annum MLV. Decanum nostri Monasterii agebat, scribit, en ipsius verba: in lib. de Tentat. pag. 441. [*Cùm enim*, inquit, *Monasterium nostrum, in urbe Ratisbona constitutum varia Episcoporum persecutione destrui viderem, ibique per triginta annos meliora sperans subsisterem, occulto DEI Judicio longè aliter, quàm sperarem, evenit. Qualiter autem destructio tanta evenerit, quia nec breviter proferri valet, nec ineptias tantas hîc exponere libet, aliis proferenda relinquo: hoc solummodo enarrans, quia cum exteriora Monasterii nostra commoda penitus destrui sensissem, & contra hæc nil prævaluissem*: QUIN IMO A FRATRIBUS QUIBUSDAM JUVENIBUS, *quibus displicebam*, APUD EPISCOPUM ACCUSATUS, *varias mihi minas ab illo, illiusque familiaribus agi sæpius audissem, tunc petita ab Abbate licentia, ad Monasterium Fuldense, quasi citò reversurus, perrexi. Verumtamen non dubito, quin tantam destructionem nemo in nos agere posset, nisi justo DEI judicio, peccatisque*

Defuncto

que noſtris exigentibus permiſſus : quod ſcilicet exinde palam datur intelligi, quia inipſo diſceſſionis meæ anno, qui erat ab Incarnatione Domini MLXII. miſerando, ſemperque lugendo igne combuſtum eſt cœnobium noſtrum.] Hæc R. P. Bernardus Pezius Tom. Theſauri Anecdot. in Diſſertat. Iſagog. pag. XI. &c. ex Manuſcripto Codice noſtro *Othloniano* exſcripſerat. Exortis poſtea ſub *Henrico IV.* contra Romanam Sedem Diſſidiis, (plurimis Epiſcopis *Henrico* adhærentibus,) quisque citò intelliget, quàm facile Epiſcopis fuerit, Monaſterii libertatem opprimere. De *Hartvvico I.* & *Chunone I.* (qui ab Anno 1105. usque 1130. Epiſcopali Sedi præerant,) non conſtat, quòd Ii Monaſterium S. Emmerami oppreſſerint. Poſtquam autem Annuus Cenſus longo tempore à Monaſterio noſtro Romam ad Cameram perſolutus non fuerat, *Henricus* Epiſcopus, *Chunonis I.* Succeſſor Authoritate Summæ Sedis (uti Hundius Tom. I. Metropol. Salisb. pag. 197. ſcribit,) Monachis S. Emmerami ſacris interdicit, templum ibi occupat, multáque alia (quæ hûc ex ipſo Hundio afferre poſſem) contra Eccleſiam S. Emmerami commiſit. Vide hiſtoriam noſtram pag. 227.

Abbas *Pertholdus* & Monachi S. Emmerami, perſolutô jam cenſu, quem turbatiſſimis elapſis temporibus exſolvere neglexerant, graviſſimis ab Henrico Epiſcopo Ratisbonſ. (qui Poteſtatis Apoſtolicæ ſibi Delegatæ limites plurimùm transgreſſus fuerat) illatis damnis ſapere docti, futuris quoque temporibus proſpicientes, à LUCIO II. Romano Pontifice, Libertatis & Immunitatis à Leone III. & Carolo M. olim impetratæ, confirmationem Anno 1143. obtinuerunt, quas *Lucii II.* litteras, à *Friderico I.* Imperatore tranſſumi, & quoad Libertatis Privilegium ab Illo iterum confirmari humiliter ſupplicarunt, petitamque Confirmationem à Friderico impetrarunt. *Lucii II.* Summi Pontificis ſunt iſtæ:

* * * \

que perſonas inibi Domino famulantes, diligamus, & earum quieti & utilitati ſalubriter auxiliante Deo providere curemus. Hujus itaque Rationis intuitu veſtris Rationabilibus petitionibus annuentes, Monaſterium in Ratisbona Ordinis Sancti Benedicti in honorem ſanctiſſimi Petri Apoſtolorum Principis, & pretioſi Martyris Emmerami conſtructum, quod utique Chriſtianiſſimus Rex Carolus Magnus Sanctiſſimo Leoni Papæ, futurisque Romanorum Pontificibus obtulit, ipſorum tuitione perpetuo confovendum, ad Exemplar recolendæ memoriæ Leonis Papæ prælibati in Apoſtolorum Principis Jus, Protectionemque ſuſcipimus, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, ſive Eccleſias cum Decimarum oblationibus, ac alia bona, quæ idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, ſive aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque Succeſſoribus & illibata permaneant. Obeunte Te verò nunc ejusmodi loci Abbate, vel Tuorum quolibet Succeſſorum, nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum Pars Conſilii ſaniorıs ſecundùm Dei timorem, & S. Benedicti Regulam præviderit eligendum. Porro circumjacentium Abbatum ſubire judicium non cogamini, niſi forte illorum, qui ad Jus, & proprietatem Sedis Apoſtolicæ pertinent, cum Eccleſiaſticæ neceſſitatis cauſa exegerit. Permittimus inſuper ejusdem Monaſterii Abbatem cum Sandaliis & Dalmatica Miſſarum officia celebrare, conſecrandum etiam ab eo Epiſcopo, quem cuncta fratrum cohors convocaverit. Illum eitam Antiſtitem, qui civitati Ratisbonenſi nunc præeſſe dinoſcitur, illumque pariter, qui poſt ipſum Epiſcopatum ſuſceperit regendum, nullam contrarietatem, nullam Dominationem in prædictum Monaſterium extendere, hac Auctoritate Sedis Apoſtolicæ prohibemus, itaque nulla conciliabula ibidem aliquis incipiat prætendere, nec quaslibet partes Eleemoſynarum, quæ ad uſum Monaſterii à Fidelibus collatæ fuerint, in ſuam partem exigere, neque Decimas, neque terras, neque Eccleſias, neque theſauros, neque libros neque aliquid ab Imperatoribus & Regibus conceſſum, vel ab aliis Chriſti Fidelibus

poſtea

poſtea oblatum attentet aufferre. Cella verò veſtra tali gaudeat dignitate redimita, ut ſi quis infra ejus ſepta alteri manus injecerit violentas, hujus privilegii Decretum, cum fuerit ei intimatum ex *ipſo facto* excommunicationis ſe noverit vinculo innodatum, *cujus* abſolutionis diſpenſatio, cum proinde ſatisfecerit, Abbati *ſit* indulta. Inſuper manſuro in perpetuum decreto ſancimus, ut nulli omnino hominum liceat in veſtro Monaſterio aliquas proprietatis conditiones, vel hæreditario jure advocationem; aut inveſtituram, ſeu quamlibet poteſtatem quæ libertati, & quieti fratrum noceat, vendicare. Advocatus ſanè, qui utilior eſſe videtur, ab Abbate & fratribus inſtituatur, qui ſi poſtmodum Monaſterio, & fratribus inutilis fuerit remoto eo, alter præficiatur. *Ad Jndicium* verò à Romana Eccleſia perceptæ libertatis nobis ſeptem aureos ſingulis annis perſolvetis. Igitur ut hæc à nobis ordinata cunctis maneant inconcuſſa, & inviolata temporibus, per hujus Decreti noſtri paginam conſtituimus modis omnibus univerſis cujus-libet Eccleſiæ Præſulibus, Clericis, Laicisque omnibus, cujuscunque honoris dignitate, ac poteſtate præditis interdicentes, colligantes etiam ſub Anathematis vinculo, ut cum *Juda* in æternum crucietur, quicumque hujus ſeriem noſtræ inſtitutionis auſus fuerit evertere. Hujus, niſi reſipiſcat, auferat Deus partem de terra viventium, & nomen ejus deleatur de libro vitæ, cunctis autem eidem loco ſua Jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jesu Chriſti, quatenus & hic bonæ actionis fructum beatum percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis, & gaudia inveniant Amen.

Ego Lucius Catholice Epiſcopus &c.



Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ✠
Ego Theoclewinus ſanctæ Ruffinæ Epiſcop. ✠
Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus ✠
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus ✠
Ego Thomas Presbiter Cardinalis tit. Veſtitie ✠
Ego Manfredus Presb. Cardin. tit. S. Savine ✠
Ego Reginherius Presb. Cardinal. tit. ſancti Stephani in Celio Monte ✠
Ego Gregorius Diacon. Card. ſanctorum Sergii & Bachi ✠
Ego Gerhardus Diacon. Cardinal. ſancte Marie in Domnica ✠
Ego Guido in Romana Eccleſia Altaris Miniſter indignus ✠
Ego Petrus Diaconus ſancte Marie in aqro ✠
Ego Johs Diaconus Card. S. Adriani ✠
Ego Johanes Diacon. Cardin. ſancte Marie noue

Datum. lat. per manum Baronis Capellani & Scriptoris XIII. Kl. April. indict. VII. Incarnationis Dominicæ Anno MCXLIII. Pontificatûs vero Dni Lucii Scdi PP. anno primo.

Nota 1. Autographum hujus Bullæ (*Lucii II.*) non amplius adeſt. Sortis (hujus Bullæ) notitiam conjecturâ quadam aſſequor, ſed afferre non expedit. Integra tamen Diplomati *Friderici I.* Imperatoris inſerta legitur, ùt paulò infra conſtabit.

Nota 2. Ex hac *Lucii II.* Bulla, veritas Bullæ *Leonis III.* & Litteram *Caroli M.* de libertate Monaſterii noſtri. (de quibus ſuprà pag. 5.6.8.9.) confirmatur. Libera denuo Monachis Electio Abbatum conceditur. Nemini *in Eccleſiaſticis cauſis* in Monaſterium S. Emmerami permittitur Judicium, niſi Abbatibus, qui ad Jus & proprietatem Sedis Apoſtolicæ pertinent &c. At, quid hic repeto ea, quæ in ipſa Bulla mox legimus? Bullæ hujus Maximum Decus eſt Subſcriptio *Lucii* Papæ, Epiſcoporum Cardinalium &c. Hujusmodi Bullæ modo vocantur *Bullæ Conſiſtoriales*, quibus ſolis ſubſcribunt Cardinales. In Antiquioribus Summorum Pontificum litteris, ſive Privilegiis nullæ comparent ſubſcriptiones, niſi in Synodicis, ſcil. quia in Synodo confectæ erant hæ litteræ. Poſt Joannem VIII. plures Jam habentur Pontificum litteræ, etiam *extra Synodum*, Ab Epiſcopis

ſcopis & Cardinalibus ſubſcriptæ. Vide Mabillon. de re Diplomat. Lib. 2. cap. 20. Terrificæ ſanè in hac Bulla Imprecationes contra eos leguntur, qui hujus Decreti ſeriem evertere auſi fuerint.

Nota 3. Notæ Chronicæ hujus Bullæ (Annus Incarnationis MCXLIII. qui *Primus* Lucii Pontificatus Annus dicitur) non conveniunt cum notis Chronicis Scriptorum quorumdam, qui *Lucium II.* Anno MCXLIV. Menſe Martio electum ſcribunt. De Authentia tamen hujus Bullæ nullum ſupereſſe poteſt dubium, poſtquam illa coram Delegatis Pontificiis, hîc Ratisbonæ (ferveſcente poſt initium Sæculi XIV. contra Exemptionem noſtri Monaſterii lite,) inſpicientibus, Adverſariis publicè, & denique *Avinioni* coram Sede Apoſtolicâ (*Ioanne XXII.*) producta fuit. Fortè à Notario qui ex Autographo textum integrum Diplomati Friderici I. inſeruit, error iſte commiſſus fuerat. Ante *Leonem IX.* nullum *indubitatum* Pontificium Diploma Mabillonius ſe legiſſe ait, cui anni Incarnationis appoſiti fuiſſent. Mabillon tamen prudenter notat, ſe id conſtanter affirmare nolle, cùm omnia non viderit. Poſt *Leonem*, Pontifices in quibusdam litteris annis Incarnationis uſi ſunt. *Eugenius IV.* annos Incarnationis litteris Pontificiis in poſterum apponi ſanxit, & modum computandi (ab annis Incarnationis) à Prioribus quibusdam Pontificibus uſitatum, decretò reſtituit. Reſcriptorum Pontificiorum tria genera Mabillon de re Diplomat. Lib. 2. cap. 25. Num. 8. annotat. Primi generis ſunt *Reſcripta Cancellariæ*, ſeu *Bullæ*, appenſâ Bullâ plumbeâ, in his, quæ GRAVIORES MATERIAS ET BENEFICIA ſpectant, anni ab Incarnatione computantur. Secundi generis ſunt *Brevia* cum annulo Piſcatoris, absque annis Incarnationis. Tertii generis *privata reſcripta* cum gentilitiis Pontificum inſignibus, quæ in compendio annos notant. Hæc in Reſcriptis *recentioribus* ita ſe habere Mabillonius ait, ſimulque advertit, (adductis exemplis,) in Reſcriptis vetuſtis varios ſubinde Notarum Chronicarum fuiſſe modos.

Nota 4. Permiſit LUCIUS Papa, ut Abbas ad S. Emmeramum *cum Sandaliis, & Dalmatica miſſarum officia celebrare poſſit.* Mabillon in Præfat. ad Sæculum VI. Benedictinum, parte Priori §. IV. Num. 32. ſcribit: Pontificalia ornamenta ne quidem Epiſcopis omnibus, nedum Abbatibus, ab initio ſtatim fuiſſe communia omnia. *Mitræ* uſus, quibusdam Epiſcopis, ſeriùs conceſſus fuerat, Abbatibus primum, non tamen omnibus, Sæculo XI. is permmittebatur. *Leo IX* uſum Sandaliorum, atque Dalmaticæ, aliquibus Abbatibus conceſſerat. Baculus Abbatibus in Ordinatione antiquitus dabatur. *Chirotecarum* uſus non ſemper cum Sandaliis & Dalmatica permiſſus fuerat. Mitræ deferendæ Privilegium, ANTE SÆCULUM XI. Abbatibus quibusdam

busdam conceſſum fuiſſe non ſatis exploratum eſt. Poſtremis hiſce temporibus jus fere commune Abbatum evaſit, quod *à Medio* Sæculo XI. peculiare tantùm Privilegium erat. Vide Mabillon citato ſupra loco Num. 34. Tale Mitræ deferendæ Privilegium *Ulricus* Abbas Monaſterii S. Emmerami ab *Innocentio* IV. *pro ſe* impetravit, quod Privilegium Clemens IV. Friderico Abbati Anno 1266. Ejusque ſucceſſoribus unà & uſum annuli conceſſit.

Nota 5. Decernit LUCIUS PP. in hac Bulla, *ut Advocatus ab Abbate & Fratribus inſtituatur.* Vide quæ ad Finem de *Advocatis* dicentur.

Nota 6. *Pertholdus* Abbas ad S. Emmeramum, hanc Bullam à *Lucio* II. impetravit. Depoſito per *Henricum* Epiſcopum *Engelfrido* Abbate, *Pertholdus* Anno 1134. Abbas factus eſt. Is ob Summas *Henrici* Epiſcopi perſecutiones, qui tantam ab *Innocentio* II. (ob neglectum ab Abbate Cenſum) poteſtatem contra Monaſterium S. Emmerami minime acceperat, apud LUCIUM II. pro Libertatis Confirmatione ſupplicavit. *Henricus* tamen Epiſcopus Monaſterium perſequi minime ceſſavit; imò, poſtquam *Pertholdus* Abbas Anno 1149. mortuus fuiſſet, ex ipſius *Bertholdi* ſepulchro (ùt Hundius Tom. 1. Metropol. Salisburg. pag. 197. ſcribit) PLUMBEA documenta extraxit, deſtruxit, *liquefeccit.* Opinor, *Plumbea iſta Documenta* (quæ forte Monachi S. Emmerami in ſepulchrum Bertholdi defuncti abſconderant,) fuiſſe Bullas Pontificum LEONIS III. EUGENII II. FORMOSI; LEO enim III. Privilegium libertatis Monaſterio S. Emmerami primus conceſſerat; EUGENIUS II, FORMOSUS idem confirmarunt. Forte Autographum LEONIS III. Sigillo plumbeo munitum fuerat? An EUGENII Sigillum, *Ludovici* Pii litteris conjunctum fuerit, quemadmodum Sigillum FORMOSI Papæ Arnulfi Imperatoris litteris additum erat, ignotum eſt; cùm ipſæ *Ludovici* Pii Litteræ in Codice noſtro Diplomatico Integræ non legantur. Arnulfus Imperator Diploma ſuum *conſcribi juſſit cum* SIGILLO PAPÆ (Formoſi.) Hæc mea eſt conjectura de *Plumbeis Documentis liquefactis*; Diplomata enim *Caroli M. Ludovici* Pii: *Arnulfi*: *Ottonis* documenta Plumbea dici nequeunt, cum aliæ ab his Imperatoribus (Ludovici Pii Autographum deeſt) nobis conceſſæ Autographæ litteræ SIGILLIS CEREIS munitæ ſint. At non ſolùm DOCUMENTA PLUMBEA, de *Libertate* noſtra teſtantia, liquefacta, & deſtructa ſunt, ſed & Diplomata *Caroli M. Ludovici* Pii, *Arnulfi*. & *Ottonis* I. Imperatorum *Autographa* de Libertate Monaſterii S. Emmerami conceſſa, perierunt.

Nota 7.

Nota 7. *Adalbertus*, qui *Bertholdo* defuncto Anno 1149. in Abbatia S. Emmerami ſucceſſerat, Bullam *Lucii II.* à *Friderico I.* transſumi, & libertatis Privilegia confirmari ſupplicavit, quoad à *Friderico I.* (conceſſo Anno MCLIII. Diplomate) obtinuit. Legitur in noſtra hiſtoria, quòd [Hujus *Adalberti* Abbatis ferventibus precibus *Henrici* Præſulis Ratiſponenſis ſaxeum pectus denique expugnatum fuerit, ut præteritorum pœnitens ablata reddiderit, malè juſta antiquarit, ſumpto cucullo in monaſterio S. Emmerami Deo in perpetuum ſe devovens, denique anno 1155. ultimus Antiſtitum Ratiſponenſium in æde S. Emmerami tumulo illatus fuerit.] Hundius idem tom. 1. pag. 197. contigiſſe ſcribit. Quo autem anno *Henricus* Epiſcopus in Monaſterio S. Emmerami cucullum ſumpſerit, nec in noſtra hiſtoria, neque in *Hundii* relatione invenire potui. *Hartvvicus* Epiſcopus Ratisbonenſis, Succeſſor Henrici, factus eſt Epiſcopus anno 1155. ita *Hundius &c.* Benè ergo dicitur *Henricum* manſiſſe Epiſcopum *usque* ad annum 1155. quod ex Hundii verbis quoque inferri poteſt, cùm dicat, *Henricum rexiſſe Epiſcopatum 25. annis* (ab anno 1130. usque ad annum 1155.) *& tunc fuiſſe ſepultum, cum ſuis predeceſſoribus ad S. Emmeramum.* At meritò jam quæritur, quandonam ergo cucullum *Henricus* ſumpſerit, & Deo in Monaſterio S. Emmerami ſe Monachum conſecraverit? antequam reſpondeam, quædam ex Mabillonii. Præfat. in VI. Sæculum Benedictinum parte priori. §. V. afferam: ibi Mabillonius ita loquitur, [*Antiquus mos erat jam inde à ſæculo ſeptimo receptus, ut ſæculares homines, etiam Epiſcopi, ceterique Clerici majores, in extremis habitum monaſticum in ſignum pœnitentiæ ſuſciperent, deinceps monaſticæ profeſſioni addicti eſſent futuri, ſi revaluiſſent.*] Ecce antiquiſſimum morem à SÆCULO SEPTIMO receptum, ut ETIAM EPISCOPI in ſignum pœnitentiæ, IN EXTREMIS, Morti proximi, HABITUM MONASTICUM ſuſceperint, ea ratione, ut, SI REVALUISSENT, MONASTICÆ PROFESSIONI FUTURI ESSENT ADDICTI. Mabillonius diverſa ſuorum verborum exempla affert, quibus patet, eos, qui ſumptô cucullô (in morbo,) Monachi vitam ſe amplecti velle declararunt, poſtquam convaluerunt, Monaſticæ Profeſſioni addictos remanſiſſe. Bene ergo me reſpondere judico, ſi aſſeram. HENRICUM Epiſcopum Ratisbonenſem, IN EXTREMIS POSITUM, IN SIGNUM PÆNITENTIÆ, VESTES MONASTICAS INDUISSE, non tamen convaluiſſe ſed mortuum fuiſſe, qui, ſi convaluiſſet, Monaſticæ vitæ & obligationi (quam ſumpto cucullo profeſſus eſt,) addictus permanere debuiſſet. Itaque *Henricus* Epiſcopus, factus eſt Monachus ſumptô cucullô, dum morti erat proximus.

Num. LVII.

IN Nomine SS. & individuæ Trinitatis. Fridericus Divina favente gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus. Ex Imperatoriæ Majeſtatis nobis à DEO credito officio Eccleſiarum omnium curam, & piam ſollicitudinem habere tenemur, earum quidem præcipuè, quæ à Maximis & Nobiliſſimis Romanorum Imperatoribus Fundatæ, & ad exercitium divini cultus perductæ dignoſcuntur, quatenus ex præſentis operationis inſtantia unâ cum ipſis Anteceſſoribus noſtris æternæ retributionis præmia conſequamur. Omnibus igitur præſentium inſpectoribus ſignificamus, nos Privilegia Monaſterii S. Emmerami Ratisbonæ libertatem, & Exemptionem ipſius Monaſterii continentia vidiſſe, & diligentius examinâſſe, non abolita, non Cancellata nec in aliqua ſui parte vitiata, quorum unum Beatiſſimi *Lucii* Papæ videlicet, de verbo ad verbum huic litteræ duximus inſerendum, cujus tenor talis eſt.

Hic inſerta legitur de Verbo ad Verbum Bulla LUCII II, *cum ſubſcriptionibus, Signo* LUCII Papæ &c. *uti priùs eam exhibui. Eâ integrâ inſertâ, ita* FRIDERICUS *Imperator proſequitur*:

NOs igitur gratias, Conceſſiones, libertates, totumque ſuprascripti Privilegii tenorem approbantes noſtra Imperiali Authoritate confirmamus, indulgemus inſuper ipſi Monaſterio, ut bona, quæ per emptiones, vel Cambia ſive per Eleemoſynarum largitiones à Baronibus, aut aliis Chriſti fidelibus fuerint ipſi collata, quocunque titulo ſint ad nos ſpectantes, firma de eis ſit poſſeſſio & illibata, ſtabilimus etiam ei, ut morticinia, quæ *Val* dicuntur, de hominibus ſæpe dicti Monaſterii ubicumque defuncti fuerint, Monaſterio ſalva ſint, & cuſtodita, nec in eis alicujus loci libertate injuriam patiatur. Idem erit obſervandum in perceptione medietatis totius ſubſtantiæ mobilium & immobilium, quæ Monaſterio ſæpe recitato debetur, quando moriens caret ſuæ conditionis Prole; Ipſi etiam Abbati, ejusque Succeſſoribus hoc ſpeciale concedimus Privilegium dignitatis, ut in ordinem

dinem & Jus poſſit promovere *Miniſterialium*, quemcunque de familia tali honore judicaverit eſſe dignum. Decernimus præterea ſtabilire, ut Abbas vel ipſius Nuncius ad exequendum illud, quem providerit, Judicandi & corrigendi ad ſuum placitum exceſſus, omnium hominum ſuo Monaſterio pertinentium habeat liberam facultatem, niſi fortè ad perplexa determinanda, noſtros Judices vocare deliberaverit. Tunc ipſi duæ partes, tertia Judici de pœna exceſſuum debetur. Per noſtræ etiam ſublimitatis Edictum manſuro in perpetuum Decreto ſancimus, ut quicunque alterum per violentiam infra cellam jam dicti loci, aut Officinas præſumpſerit ob culpam aliquam impetere, proſcriptus habeatur. Abbatis nimirum familia de omni ſervitute, Nobis, & ſucceſſoribus noſtris exhibenda ſit immunis & abſoluta. Et ut hæc conceſſionis authoritas firmior habeatur, præſentem paginam noſtri Sigilli robore juſſimus communiri

Sigmum Domini rum invictiſ- (Signum) Friderici Romanoſimi.

Ego Joannes Imperialis Aulæ Cancellarius vice Chunradi Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, & Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLIII, Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo, Anno Regni ejus III. Imperii vero ipſius primo. Datum Uberlingen IX. Kal. Octobris feliciter Amen.

(*Sigillum penſile integrum.*)

Nota 1. Varia circa hoc *Friderici* Diploma notanda occurrunt. Duo in noſtro Archivo *Friderici I.* Imperatoris, Diplomata, *Autographa* ſervantur. Primum, quod modò exhibui cum Sigillo Penſili cereo. Alterum, quod ſtatim ſequetur, cum Sigillo Cereo Membranæ impreſſo. Hoc poſterius in *Chronico Gottwicenſi.* parte 1. pag. 358. exhibetur. Membrana Prioris Diplomatis, neque quartam partem Chartæ alterius, longitudine, & latitudine æquat. Cha-

 cteres

ćteres in iſto jam deſcripto, omnes ſunt *minores*, & æquales (ſolô FRIDERICI nomine, Majoribus litteris formatô.) in ſequenti Diplomate, litteræ (Characteres) ſunt Duplices, Majores, & Minores, aliquantò craſſiores. Sigillum in Priori Diplomate *pendens*, multis filis ſericís (viridis, flavi, & rubri coloris) per medium Sigillum traductís, non adeo ex Cerâ craſſum eſt, ùt alterum Membranæ appreſſum. Cùm iſtud Documentum (prius *Friderici* Diploma,) fervente lite contra exemptionem Monaſterii, Sæculo XIV, ſæpius produci debuerit, & Sigillum ab aurifabris tanquam adhibitis teſtibus, & in arte peritis, ſollicite examinatum, ab ipſis etiam Adverſariis, manibus tractatum fuerit; Sigillum iſtum Penſile, filis ſericis quibusdam agglutinatum adhuc hæret &c. facies tamen Externa Sigilli, maximam partem, illæſa eſt, Eademque cum Sigilli alterius formâ. *Heinecius* in Tractatu de Sigillis parte 1. pag. 170. Sigillum *penſile* primum ab *Henrico* VI. introductum putat, ſed *Fridericum* I. tali jam uſum fuiſſe ex iſto Diplomate patet. In ſubſcriptione hujus Diplomatis, juxta verba Chronici Gottwicenſis, error reperitur: [*Ego Ioannes Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Cunradi Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, & Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta . . . . Incarnationis Dominicæ anno MCLIII. Regni anno III. Imperii I;*] Scribit enim Illuſtriſſimus Chronici Author parte 1. pag. 372. *Conradum* anno 1160. ad Sedem Moguntinam primùm fuiſſe evectum. Hinc putat vel *Henrici*, vel *Arnoldi* (uterque, Archi-Epiſcopus Moguntinus erat,) Nomen reponendum eſſe, vel errorem in Chronologia ob oſcitantiam Notarii fuiſſe commiſſum. At, etiamſi *Henrici*, vel *Arnoldi* Archi-Epiſcopi nomen in ſubſcriptione reponendum foret, an Nomen *Ioannis* Cancellarii ibi remanere poſſet? ſcribit enim Author Chronici Gottwic. parte 1. pag. 384. *Joannem* poſtremum inter Cancellarios locum ſub Friderico I. obtinere; Item pag. 381, notat, ſe nullum (poſt *Arnoldum*) usque ad annum 1156. Cancellarium invenisſe, præter *Reinaldum*. Quid autem Illuſtriſſimus Author huic Dubio objeciſſet, vel repoſuiſſet? conjecturâ aſſequi nequeo; Ipſemet enim hoc Diploma ſe vidiſſe teſtatur: Ipſe in Hundio hanc ſubſcriptionem *Ioannis* Cancellarii vice *Cunradi* Archi-Epiſcopi Moguntini, ſe legiſſe ſcribit pag. 372. Credo etiam, ipſum hæc verba in noſtro autographo inſpexiſſe, cùm Sigillum Penſile hujus autographi viderit. Nil quoque ſagaciſſimus hic antiquarius de Notis Chronologicis *Regni* & Imperii (annô Incarnationis MCLIII, Regni III, Imperii I.) ait: licet aliorum Diplomatum errores, circa Notas Chronicas, cit. loco inſinuet. Forte de his ideo ſilere maluit, cùm hujus Diplomatis NOTÆ ANNORUM REGNI ET IMPERII hiſtoriis quorumdam ſcriptorum, (quos ipſe corrigendos eſſe judicat,) conveniant, qui initium Imperii *Friderici* 1. prius, (quàm Author

Author Chronici Gottwicenſis,) ponunt. *Radevvicus* Canonicus Friſingenſis, qui ante *Fridericum* I. mortuus eſt, in libris ſuis de *Friderico* I, (Ottonis Friſingenſis hiſtoriæ, additis) Imperii ejus initium ad annum 1152. ponit, quem Eruditiſſimus *Lenglet du Fresnoy* ſequitur. Coronam Imperii anno 1155. Romæ *Fridericus* accepit: electus Imperator anno 1152. Diverſitatem Notarum Chronicarum, Diplomatum Friderici I, ex eo fortaſſis provenire dici poſſet, quòd forte alii annos Imperii ab anno *Electionis*, alii verò ab Anno *impoſitæ Coronæ* deſumpſerint.

Nota 2. *Fridericus* Imperator decernit in his litteris. *Ut morticinia, quæ* Bâl *dicuntur Monaſterio ſalva ſint.* Idem *etiam obſervandum præcipit, in perceptione medietatis totius ſubſtantiæ, mobilium & immobilium, quæ Monaſterio debetur, quando moriens caret ſuæ conditiones Prole. Morticinia*, ſeu, Mortuaria (Bâl,) **Todt-Fâll**, tributum dicitur, quod à Domino, poſt mortem vaſalli, exigebatur, & adhuc exigitur. Eò nomine etiam appellatur Jus, quod Eccleſiæ Rectori debetur, ex qua Parochianus decedit. Vide Gloſſarium du Cange, verbô: *Mortuarium.* Alia, quæ de perceptione medietatis totius ſubſtantiæ, Monaſterio S. Emmerami debitæ, in hoc Diplomate confirmantur, forte de iis hominibus intelligenda ſunt, qui antiquitus (uti in Codice Traditionum S. Emmerami legitur) ſeſe cum ſuis perſonis, & prædiis tanquam Mancipia Sancto Emmeramo obtulerunt. Huic uſui percipiendæ medietatis ex ſubſtantia Mobilium & Immobilium aliam conſuetudinem ſucceſſiſſe manifeſtum eſt, cùm idem uſus amplius non vigeat, ſed aliæ, eæque variæ, pro bonorum & Perſonarum varietate conſuetudines apud nos inoleverint.

Nota 3. Abbati Sancti Emmerami ejusque Succeſſoribus hoc ſpeciale à *Friderico* conceditur *Privilegium dignitatis, ut in ordinem & jus poſſit promovere Miniſterialium, quemcunque de familia tali honore judicaverit eſſe dignum.* Vide Gloſſarium du Cange, verbô: *Miniſteriales.* Pro officiorum Dignitate, *Miniſterialium* etiam Dignitas æſtimata fuit. Oportet, iſtud Privilegium, antiquitus vulgare haud fuiſſe, cùm hîc vocetur *ſpeciale Privilegium dignitatis.* Nec etiam *Miniſterialium* nomine, quivis famuli domeſtici aut officia, & ſervitia vilia, hîc intelligi poſſunt; cùm Imperator Fridericus aſſerat, *hos miniſteriales* in honore eſſe conſtitutos, quemcunque de familia TALI HONORE judicaverit eſſe dignum. *Cranzius* ait: *Miniſteriales* fuiſſe feudatarios, cui alii ſcriptores conſentiunt. Gloſſar. verbô: *Miniſteriales* pag. 780. Edit. pariſ. 1733. ita, ut ii fuiſſe videantur, qui certa & rata, ac pactis definita obſequia Dominis ſuis debebant. cit. loco: Gloſſarii. In mox ſequenti Diplomate, *Hartvvikus de Danne*, qui *feudum* ab Ab-

bate obtinuerat, appellatur BENEFICIATUS, & MINISTERIALIS Ecclesiæ S. Emmerami. *Ministeriales* hic etiam possunt dici illi, qui neque servorum *inferiorum*, neque verè *Nobilium*, *liberorum*, nomine veniunt, sed qui post *liberos*, post *nobiles* homines, ex *inferiori Nobilium ordine* censentur.

Nota 4. De *facultate libera Abbatis, in Judicandis ad suum Monasterium pertinentibus omnibus hominibus*, vide intra de *Advocatis* ad finem.

Nota 5. De *Friderico I.* Imperatore *Otto* Frisingensis lib. 2. cap. 6. ita scribit: [*Rex . . . Bajoariam ingreditur, ac Ratisponæ Norici Ducatus Metropoli in festivitate Apostolorum in Monasterio S. Emmerami (nam major Ecclesia cum quibusdam civitatis vicis deflagraverat) coronatur.*]

*****************?*?****************

Num. LVIII.

Fridericus Imperator decernit, fæminas ab Abbate S. Emmerami non esse infeodandas.

IN Nomine SS. & Individuæ Trinitatis. Fridericus Divina Fauente Clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Decet omnes Christianæ Fidei Amatores Religionem diligere, & loca venerabilia divino obsequio mancipata congrua devotione fovere; Ecclesia S. Heimmerami largissimis Prædecessorum nostrorum privilegiis honorata hanc meruit in suis possessionibus habere prærogativam, ut beneficia de manu Abbatis ipsius Ecclesiæ largienda, ratione successionis, nunquam in feminarum transeant potestatem. Contigit autem, quendam *Beneficiatorum*, & *Ministerialium* ejusdem Ecclesiæ *Hertwikum de Damme* nostro tempore sine masculis hæredibus à vita decedere, & beneficium, quòd tenuerat, in Abbatis arbitrio remanere; quòd videlicet beneficium defuncti illius filia nomine *Margarita* sui juris esse existimans, contra memoratum Abbatem *Albertum* in nostræ serenitatis præsentia querimoniam posuit, & ita dictum sui Juris esse asseveravit; Quare & nos Heinrico Ratisponensi Episcopo,

& jam dicto Abbate ante noſtram præſentiam evocatis, coram Principibus exacta inquiſitione diſcuſſimus, quæ prædictarum partium allegatio rationi inniteretur. Ubi tandem ex Principum Clementia Domino favente comperimus, quod Eccleſia Pontificalis in Radispona, & Eccleſia ſancti Heimmerami, quæ pariter uno eodemque conditionis jure fungi noſcuntur, hæredibus fæminei ſexus nunquam beneficium de Jure concedere deberet, quam videlicet ſententiam *à vice Domino Udalrico* promulgatam conſentientibus omnibus, qui præſentes erant, Principibus, Imperiali Authoritate duximus roborandam. In Generali ergo Curia in Purificatione S. Mariæ, Ulmæ celebranda ſæpe dictus Abbas ad illius ſententiæ confirmationem Privilegium à noſtra celſitudine impetravit. Notum ſit ergo tam futuris, quàm præſentibus Chriſti fidelibus, quod nos Eccleſiam ſancti Emmerami in noſtram protectionem ſuſcepimus, & ſæpè dictam ſententiam ex conſenſu multorum Principum promulgatam, præſentis ſcripti Privilegio confirmavimus, ſtatuentes, ut nullus Regum, aut Imperatorum, nec Archi-Epiſcopus, nec Epiſcopus, nec Abbas, nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec alia Major, minorve perſona ſententiam illam infringere, aut violare præſumat, ſed maneat in perpetuum ei, cui collata eſt, Eccleſiæ omnimodis valitura: & ut hæc omnia in perpetuum firma, atque inconvulſa permaneant, præſentem paginam Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Teſtes, qui Radispone in prolatione ſententiæ preſentes fuerunt, hii. Heinricus Radisponenſis Eps. Heinricus Præfectus. Otto Frater ejus. Otto junior Palatinus. Heinricus Comes de Wolueradehuſen. Erneſt comes de Hohenburc. Fridericus Frater ejus. Cunradus comes de Ronige. Udalricus de Stein. Altman de Sigenburc. Wernherus de labere. Rupert Wolf. Adelber de Boccesberc. Otto de Moſen. Erbo de Biburc. Engelhart de Ludenbach. Baldewin. Ortlieb. Friderich. Rodeger. Erbo ſcultet. Udalricus de Pentelingen. Bobbo de Herdtingen. Durinchart de Punnichoven. Berhdolt. Gohwinn. Heinrich. Hertwic. Cunrat. Godebolt, & alii quàm plures. Qui vero Ulme, ubi factum eſt hoc privilegium, preſentes erant, ſunt iſti: Hermann Conſtantiens: Eps. Cunrad Auguſtens Eps. Cunrad Wormatiens Eps. Alberd Tridentinus Eps. Alberd Elewangenſis Abbas. Welfo

Dux

Dux Spoletæ. Berhdolf Dux de Heringen. Fridericus Dux Suevorum, filius Regis Conradi. Otto Palatinus comes de Widelinesbach. Berhdolf Marchio de Vohenburc. Heinric Burgravio Radisponens. Heinricus comes de Wolueradehusen. Altman de Sigenburc. Bilgrinus de Woltmutsa. Rupert Wolf. Wernherus de Gieberdorf: Albert de Musse. Hademar de Ahusen. Baldwinus de Ratisbona. Wernhart de Lengenvelt.

Signum Domni Friderici Romanorum Imperatoris Augusti.

|*Signum*|

Ego Reinald Cancellarius vice Arnoldi Moguntine Sedis Archi Epi & Archi-Cancellarii recognovi.

Datum Ulme Non. Februarii. Indict. V. Anno Dominice Incarnationis MCLVII. Regnante Dno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo Anno Regni ejus V. Imperii verò II.

(*Sigillum illæsum.*)

Nota. Quid hoc Diplomate: cùm à Principibus Imperii Ratisbonæ præsentibus Decretum: tum postea ab Imperatore *Ulme* commorante, roboratum fuerit, opus haud est multis elucidare. *Fœminæ in Feudis Ecclesiæ Pontificalis in Radispona, & Ecclesiæ sancti Heimmerami, quæ pariter uno, eodemque conditionis jure fungi noscuntur, non succedant.* Decretum hoc ex Consensu Multorum Principum Ratisponæ promulgatum fuerat præsentibus testibus, postea vero Imperiali Authoritate *Ulmæ* roboratum fuit, dato hac de re Privilegio, sive Diplomate. Diploma istud quoad formam litterarum Majorum, & Minorum: (non tamen quoad totum textum,) item quoad subscriptionem: Monograma: Sigillum; in Chronico Gottwicensi parte I. pag. 358. exhibetur. Notæ Chronicæ IMPERII desummuntur in hoc

hoc Diplomate ab Anno, quo coronam Imperii *Fridericus* accepit ſcil. ab Anno 1155. Regni QUINTUS Annus, ab Anno 1152. Varius in Diplomatibus *Friderici* Notarum Chronicarum modus reperitur, an plura Diplomata, ſive Notæ Chronicæ illorum, juxta opinionem Authoris Eruditiſſ. Gottwicenſis corrigi debeant? alius in arte peritus inveſtigare poterit. Notandum etiam, quòd cognomina plurima teſtium in hoc Privilegium adductorum à *terris*, ſive *locis* deſumpta ſint. Ex forma ſigilli hujus Diplomatis, ſive, ex *Corona*, *Veſte Imperiali Friderici* Imperatoris in hoc ſigillo conſpiciendi, Reverendiſſimus Author Chronici Gottwicens: ſequentia notat. pag. 361. ita ſcribens: [Habitus, & ornamenta Regia ſeu Imperialia *Friderici* I, in ſigillorum forma adhibita, eſſe ſplendidiſſime ornata, imò onerata, more ab antiquioribus diverſo, cauſamque hujus diverſitatis eſſe, quòd *fridericus* Imperator per itinera ſua, magnam cum græcis Imperatoribus familiaritatem contraxerit, & ſplendorem Imperatorum græcorum in habitu & ornamentis ſuis ſibi aſſumpſerit &c.]

Num. LIX.

Hartwicus Epiſcopus *Henrici* Præſulis Ratisponenſis, (qui Monaſterium S. Emmerami graviſſimè perſecutus, ſed pœnitens, ob deſtructa Privilegia; & reſtitutis plurimis, Anno 1155. mortuus erat) Succeſſor, litteris Monaſterio S. Emmermi datis, de *Henrici* Epiſcopi Dolore, ob illata Monaſterio damna, & de Exemptione Monaſterii S. Emmerami, teſtatur.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hartwicus Divina favente Clementia Ratisponenſis Epiſcopus. Cùm Epiſcoporum Ratisbonenſium officium ſit curam agere multorum, maximè tamen ſancti Heimerami Eccleſiæ honoribus tenentur profectibus & utilitatibus providere. Sed heu! quidam Anteceſſorum noſtrorum viſi ſunt moleſti fuiſſe ipſis graves injurias irrogando. Quorum unus venerabilis, ac Dignæ Memoriæ Prædeceſſor noſter Henricus noſcitur extitiſſe. Qui cum dampna plurima & injurias dictæ Eccleſiæ ab ipſo illatas ad memoriam revocaret, tandem DEO dante ſuper his plurimum compunctus, &

maxime ſuper privilegiis libertatem ſuam continentibus ſupra dictæ Eccleſiæ ablatis, & deſtructis, vocatis Canonicis, & Miniſterialibus ſuis proteſtatus eſt per ſalutem animæ ſuæ, ſe Eccleſiam dictam liberam privilegiis Papalibus & Imperialibus didiciſſe, & ipſam fore in quinque aureis Sedis Apoſtolicæ cenſualem. Statuens cum conſenſu Chori ac Miniſterialium ſuorum, ut nullus Succeſſorum ſuorum de cætero impetere præſumeret ſuper aliquo Jure Eccleſiam pretaxatam. Quapropter privilegii ab Anteceſſore noſtro dati magis optantes inveniri confirmatores, quàm deſtructores ſtatuimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, aut Eccleſiaſtica, ſecularísve Perſona aliqua à ſæpe dicta Eccleſia de cætero aliquod jus ſpeciale aut ſervitia, ſive procurationes aliquas requirere audeat, vel intendat. Et ut hæc firma habeantur, præſentem cartam exinde conſcribi juſſimus, quam noſtri ſigilli appenſione, Fratrum noſtrorum ſubſcriptione, teſtium quoque, qui præſentes aderant, annotatione præcepimus roborari. Si qua verò noſtri ordinis, ſæcularisve Perſona eamdem Reſtitutionis noſtræ auctoritatem temptaverit adnullare aut Eccleſiæ jam dictæ violentiam ſubinde inferre præſumpſerit, à corpore Chriſti & ſanguine ſciat ſe ſeparandum, & æterna cum impiis & peccatoribus ultione dampnandum. Pax autem Chriſti & Eccleſiæ omnibus ea debita benignitate obſervare volentibus in perpetuum. Amen. Ego Gotefridus Ratisponenſ. Eccleſiæ Præpoſitus. Ego Heinricus Eccleſiæ Matricis Decanus. Ego Weirnherus Majoris Eccleſiæ Archi-Diaconus. Ego Rudigerus Archi-Diaconus. Ego Bernhardus Archi-Diaconus. Ego Dietmarus Plebanus & Canonicus Eccleſiæ S. Petri. Ego . . Boto Canon. S. Petri. Ego Landfridus Canon. S. Petri.

Teſtes ſunt. Nuzo de Ratinbuch. Ortlieb Chespizze. Wirnt de Buhſe. Odalrich Chergel. Dietrich de Haſſinacker. Hartwich de Sunichingen. Wernhard de Erlingen. Karolus fratruat ejus. Hainrich de Burbach. Gottſchalch de Oegendorf. Zacharias de Umbilsdorf. Odalrich de Pentling. Hainrich, Odalrich filii ejus. Sighard de Rote. Landoldus de H'mutesdorf. Hainrich de Egilolfeshaim. Arbo filius Sculteti. Gozwin ante urbem & filius ejus Gozwin. Hartwich in porta, & frater ejus Odalrich.

Anno

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXI. Imperante invictissimo Romanorum Imperatore *Friderico* semper Augusto. Anno Episcopatus Domini Hartwici Ratisponensis Epi secundi, VII. Actum Ratispone in DEI nomine Amen.

Sigillum Illæsum & Integrum ex Membrana pendens.

Nota. Ex his litteris patet, quò Privilegia Monasterii S. Emmerami, sive Bullæ, & Diplomata, DE LIBERTATE HUJUS MONASTERII, pervenerint. Hæ litteræ *Hartwici*, sæpius coram Pontificiis Delegatis exhibitæ fuerunt, dum Sæculo XIV. LIBERTAS & EXEMPTIO nostra graviter turbata fuisset. Inspexerunt has litteras ipsi Adversarii. Sigillum tamen illæsum & integrum pendet. Mirari satis non possum, Adversarios, inspectis hisce litteris, ob gravissimas imprecationes in illis contentas, non fuisse perterritos.

Num. LX.

Heinricus Dux Austriæ donat Monasterio S. Emmerammi quandam justitiam, quam olim Wernherus de Winchelsæzze jure beneficiali obtinuit.

Ex Libro Traditionum.

HAinricus DEI gratia Dux Austriæ omnibus Christi fidelibus tam præsentis ætatis, quàm successuræ posteritatis in Christo salutem. Quia petitioni servorum Christi propter DEUM, & in DEO est annuendum, notificamus omnium bonorum discretioni, quòd propter petitionem dilecti Abbatis nostri Adelberti justitiam nostram, quam jure beneficiali Wernherus de Winchelsæzze à nobis visus est habuisse, Ecclesiæ S. Emmerammi indulsimus, & tradidimus eo videlicet tenore, quòd præfatus Abbas & omnes successores à nobis, & à filio nostro Liuppoldo,

& ab omnibus ſucceſſoribus noſtris cum quiete & ſine læſione ad uſum fratrum, ibidem DEO ſervientium, habeant, & poſſideant. Ut autem actio noſtra tenacius memoriæ omnium tam futurorum, quàm præſentium imprimatur, præſentem cartam inde conſcribi fecimus, & teſtes, qui aderant, annotari præcepimus: comes Liutolfus, comes Sifridus, Dapifer Werinhardus, Udalricus, Albero de Burkartesdorf, Heinricus de Miſſelbach, Albero de Kunringen. Eorum ſumma hæc colligitur. De Vfhuſen ſolidus I. De Hachilſtat ſolidus I. De Skure ſolidi II. De Egilsbrunne ſolidi II. De Tanne ſolid. II. De Biſingen ſolid. I. De Bentelingen ſolid. I. De Gebrichingen ſol. I. De Yſiningen ſolid. I. Qui ſunt annuatim ſoliti duodecim.

Nota 1. R. P. Bernardus Pez. tom. 1. Anecdot. parte III. pag. 1. Codicem Diplomaticum Ratisbonenſem (S. Emmerami) exhibet. Quis ſomniet, virum adeo gravem, Codici huic S. Emmeramiamo Diplomatico, aliquid inſeruiſſe quod ibi minimè invenitur? Fecit tamen. Chartam hanc *Henrici I.* Ducis Auſtriæ, *huic Codici* (typis edito,) ultimô locô adjecit, ita ut quisque legens judicet, iſtam hoc in loco contineri. Minime tamen ibi continetur. Optima fide, nullo dolo, id eum feciſſe mihi perſuaſiſſimum habeo. Forte Mens ejus erat, ut commoneret, Sereniſſimæ Archi-Ducali, Regiæ, Imperiali Domui Auſtriacæ nos multis titulis obnoxios eſſe. Id omnes nos publicè profitemur, nec unquam à nobis grati animi, pro acceptis maximis gratiis, indicia, & vaſalli debita officia, deſiderari patiemur. Facile autem hujus Codicis noſtri antiquitas in dubium à quoquam vocari potuiſſet, quem Sæculo XI. exaratum fuiſſe ſemper aſſeruimus, dum *Henricus I.* Dux Auſtriæ, *Liupoldi* Ducis Pater (declinante Sæculo XII.) Adalberto Abbati ad S. Emmeramum, qui circa Annum 1177. obierat, primùm hanc Donationem fecit. Diu binos codices *Diplomaticum*, & *Traditionum* luſtravi, donec tandem chartam iſtam in Codice TRADITIONUM circa finem; non autem in fine Codicis *Diplomatici* invenerim. In Codice noſtro Traditionum variæ inveniuntur Chartæ, non tamen una manu ſcriptæ; leguntur ibi Traditiones aliquæ antiquiſſimæ, Charactere Sæculi IX. exaratæ; Leguntur autem etiam plurimæ aliæ, ſeriùs, & Sæculo XII. &c. factæ. At in Codice, Diplomatico nullæ chartæ, nulla Diplomata Sæculo XI. declinante poſteriora, inveniuntur. Hæc ad conſervandam Authoritatem Codicis Diplomatici Sæculo XI. exarati, annotare volui.

Nota 2. HENRICUS *Austriæ Dux*, ille est, quem inter, & *Henricum Leonem*, Bavarum sub *Friderico I.* Imperatore Ratisponæ, Anno MCLVI. compositio facta est ista, ut Ducatus Bavariæ, quem *Henricus Marchio Austriæ* prius possederat, *Henrico Leoni*, filio Ducis Henrici superbi, Bavariæ Ducis, per *Conradum* Imperatorem depositi, cederet, *Austria* autem, (quæ prius *Marchia* erat,) jam Ducatus à Bavaria separatus fieret, cum accessione Provinciæ *Superanassianæ* &c. Qui Ducatus novus cum omni jure, aliisque privilegiis *Henrico* jam DUCI Austriæ à *Friderico* in beneficium concessus fuerat &c. Vide Diploma Friderici apud Hundium Metropol. Salisb. tom. 1. pag. 113. De Anno, quo *Henricus* Dux Austriæ, antea Dux Bavariæ, hanc Donationem S. Emmeramo, fecerat, non constat. NB. Sub Adalberto Abbate facta legitur. (vide P. Pez. Thesaur. tom. 1. parte III. pag. 78. Iste *Henricus*, Dux Austriæ, qui prius Bavariæ Ducatum gubernaverat, ADVOCATUM Ecclesiæ S. Emmerami Anno 1165. egit. (vide cit. loco pag. 150. Traditionr seu Cap. 148.)

Num. LXI.

Chunradus Episcopus Ratisbonensis profitetur Ecclesiam S. Emmerami esse exemptam.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Chunradus Dei gratia favente Ratisponensis Ecclesiæ Episcopus. Omnibus tam præsentibus, quàm futuris in perpetuum. Noverit tam eorum qui præsentes, quàm eorum, qui futuri sunt, industria, quòd veniens ad nos venerabilis Abbas S. Emmerami *Peringerus* presentavit tria paria litterarum legenda, gravamina plurima continentia, quæ Antecessores nostri Prædictæ Ecclesiæ Sancti Emmerami videlicet, intulerunt. Quorum quidam à fratribus extorquebant, quamdam Summam pecuniæ minus justæ, alii verò apud ipsos contra justitiam se per tempus aliquod receperunt. Insuper etiam aliqui violenter dampna plurima intulerunt, cum autèm dignum esse dinoscatur, & juris ordo exigere videatur, ut qui per Prædecessores nostros læsi fore cognoscuntur,

curentur noſtræ benevolentiæ Medicina, Nos ad Mandatum Sanctiſſimi Cœlcſtini Papæ, & ad Inſtantiam Glorioſiſſimi Imperatoris Heinrici, & Capituli noſtri, & præcipuè ob amorem Dei & Sanctorum Patronorum Eccleſiæ præfatæ videlicet S. Petri Principis Apoſtolorum, ac pretioſiſſimi Martyris Emmerami proteſtamur publice non eſſe juris noſtri à dicta Eccleſia pecuniam magnam, vel modicam extorquere, nec ab ipſa ſervitium duarum, vel unius recipere ſeptimannæ, & ut verius loquamur, nec unicum diem in ſervitio tenemur recipere apud ipſam. Et cum Dominus Papa ſupradictus nobis ſæpius litteris ſuis inſinuaverit ſæpè dictam Eccleſiam immediate ſigno exemptionis quinque aureorum ad Sedem Apoſtolicam pertinere, ipſam omni genere ſervitiorum liberam in perpetuum ſtatuimus primarè. Et ut hæc firma & inconvulſa permaneat, & à nullo Succeſſorum noſtrorum, vel aliqua perſonâ poſſit infringi, hanc cartam inde conſcriptam Sigilli noſtri, & Chori noſtri munimine juſſimus roborari. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Dni MCLXXXXIII. Indictione XI. V. Kal. Junii feliciter.

Hujus rei teſtes ſunt. Egellolfus Major PPoſit. Ulricus Decanus. Beletus Scolaſticus. Rudiptus Cuſtos & Obellar. Chunradus Columbarius. Cunradus de Suzzebach. Chunradus Cellarius. Altmann de Gifilinch. Ulricus de Werde. Fridericus de Prucgeberch. Chunr: liber. Fridericus. Wernhardus Archi-Diaconus de Horbach. Wernhardus. Rapoto Comes de Ortenbch. Ulricus Kergil & Frater ejus Rupertus. Chun de Hohenvels. Gotefchaltus de Pfet. Alramus de Houedorf. Radolt de Hrislinch. Sigehardus de Eglolfesheim. Heckebtus Scultet. Fridericus de mundo. Ulricus Holzen. Henricus von ð Capellen.

Sigillum utrumque Illæſum pendens, Epiſcopi *Chunradi*, & *Capituli*.

Nota 1. *Cunradus* Epiſcopus teſtatur *Cœleſtinum* Papam (III.) *ſæpius* litteris ſuis inſinuâſſe, Eccleſiam S. Emmerami immediatè ſig-

no

no Exemptionis quinque (VII.) aureorum ad Sedem Apoſtolicam pertinere. *Henricus* Imperator, cujus in ſuis hiſce litteris *Cunradus* Epiſcopus meminit, Filius eſt *Friderici* Imperatoris, *Henricus VI* dictus. Haud dubie Henricus VI, Voluntati Patris ſui Friderici I. inſiſtere, & Privilegia à Patre, Eccleſiæ S. Emmerami conceſſa, & confirmata, conſervare voluit.

Nota 2. Profitetur *Chunradus* Epiſcopus Ratisbonenſis publicis hiſce litteris, non eſſe Juris Epiſcopi Ratisbonenſis, *pecuniam magnam* vel *modicam* ab Eccleſia S. Emmerami extorquere, vel ſervitium duarum, aut unius ſeptimanæ vel unius etiam Diei apud ipſam recipere. Supra (pag. 137.) jam notavimus, quòd Epiſcopi quatuor maxime à Monaſteriis ſibi ſubjectis exigere ſoliti fuerint, inter ea, *cenſum annuum*, quem *jus ſynodale ſeu circadas* appellabant, item *procurationes* ſeu *jus* hoſpitii in illis Monaſteriis, in quibus longo ſubinde tempore morabantur cum ſuis familiaribus, Monaſterio Neceſſaria ad victum ſubminiſtrante, aut, ſi Epiſcopus non venerit, Eidem pecuniias pro hoſpitio exſolvente. De hujuſmodi *procurationibus* plura legere eſt in Gloſſario *du Cange. verbò: procurationes*. Item apud *Petrum de Marca* in libr. de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, ubi Illuſtriſſimus hic Auctor multa de *procurationibus iſtis* erudite ſeripſit.

Num. LXII.

Cunradus Epiſcopus declarat Eccleſiam in *Wihmichel* (Weymichel) ad Sanctum Emmeramum pertinere.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis omnibus in Chriſti Eccleſia fidelibus C. (Cunradus) Sanctæ Ratisponen. Eccleſiæ Epiſcopus ſalutem in perpetuum. Notum eſſe volumus omnibus, tam futuri quàm præſentis temporis fidelibus, quòd Dns Eberhardus Abbas loci S. Emmerami, ſentiens ſe, ſuamque Eccleſiam debito jure, quod in Parochia *Niwenhuſen* habere videbatur, violenta ſubtractione filiæ in *Wihmichel* à Comite Cadeloho prægravari. Injurias ſuas ad præſentiam noſtram proclamavit, & cum conſenſu adverſæ partis diem hujus litis deciſioni competentem præfixit. Cum ergo dies præfixus adveniſſet, jam

dictus

dictus Abbas S. Emmerami cum instrumentis suis & testibus omni exceptione majoribus in præsentia nostra comparuit. Ibique jus Ecclesiæ suæ in superdicta filia nemine contradicente legitimè comprobavit. Nos igitur probationem in præsentia nostra tam solemniter celebratam, ne in posterum, quod absit, in irritum ab aliquo revocari possit conscribi, & Sigilli nostri impressione confirmari præcepimus. Anathematis perpetui innotatione ipsum percellentes, qui huic nostræ confirmationi aliquatenus contraire temptaverit. Hujus rei testes sunt. Werinhardus de Judenbrukke. Ulricus Vice-Dominus. Fridericus Summus Plebanus. Magister Hermannus. Eberhardus Scolasticus. Chunradus Decanus de Kirchpch. Vlschalcus Decanus de Pigendorf. Guntherus. Magister Eberhardus. Rudigerus de Vffhusen. Swikkerus Plebanus de Walde. Wernherus Stöege. Dietricus Vice-Dominus. Gelpfradus, hii sunt Clerici. Laici Chunradus de Zeizchouen. Chunradus de Gundelchouen. Heinricus der Saeclaer. Fridericus der Chelnær. Rapoto der Chamerær. Heidenrieh de Schambach. Fridericus de Nuwenhusen. Pero de Prkeperch. Albertus de Niwenhusen. Fridericus der Chovfman. Chunradus der Mayr. Cunradus der Vorstaer. Perhtoldus der Stok. Rudigerus von Widem. Kilbrant de Aiche. Hertwicus de Eiche. Werinhart von Wiaer. Rupertus de Engelstorf. Werinher de Obern-Niwenhusen. Walchun der Mvlnaer. Engilptus der Mylnaer. Fridericus de Hazechoven.

Sigillum pendens
Cunradi Episcopi.

Nota. Parochia *Neuhausen* (*Nivvenhusen*) *Landishutum* inter, & *Mainburgum*, in Superiori Bavaria sita est. Jus Patronatûs ibidem ad Monasterium S. Emmerami pertinet. Cur autem filia (Ecclesia in *Weibmich*,) (Ecclesiam in Niwenhausen) tanquam Matrem suam minime agnoscat? ignotum mihi est.

Num.

Num. LXIII.

Innocentius III. præcipit, ut damna Ecclesiæ S. Emmerami à quibusdam irrogata, ab iisdem reparentur.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati de *Prüle*, *Præposito*, *Decano* Ratisbonen. salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte Abbatis Conventûs S. S. Emmerami fuit propositum coram nobis, quod Nobilis Vir-A. Juvenis Lupus Ratisponen. Diæces. pro damnis, quæ Pater suus Ecclesiæ ipsorum intulerat, satisfacere renuens, ùt promisit, quoddam sibi prædium eidem Ecclesiæ per violentiam usurpavit. Weniles de Benteling eidem, & Nobilis Vir-A. Lucemann, & Frater ejus Eistettens Diœces. rapinas & incendia in eadem Ecclesia committendo in trecentis libris & amplius damnificaverunt eandem. Nec volunt super his satisfactionem aliquam exhibere. Ideòque Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione postposita statuatis. Facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari, quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani ij Idus Novembris Pontificatus nostri anno duodecimo.

Sigillum plumbeum.
Innocentius III.

Nota. Hæc Innocentii III. Bulla, concessa fuit anno 210. Innocentius Papa factus est anno 1198. Mense Januario. Abbas S. Emmerami (uti ex Bulla ista colligitur,) apud Summam Sedem, cujus Protectioni & Juri Ecclesia S. Emmerami immediatè subjecta erat, Protectionis gratiam sibi exoravit, quam ab Innocentio III. obtinuit, datâ Abbati in *Prüel* (tunc Ordinis S. Benedicti,) item Præposito, & Decano Ecclesiæ Ratisponensis potestate & commissione Apostolicâ.

Num. LXIV.

Fridericus II. Imperator, Monaſterium S. Emmerami ſub Speciali protectione recipit.

FRidericus Dei Gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem, & Siciliæ Rex, per præſens ſcriptum notum facimus Univerſis Fidelibus noſtris Imperii, tam præſentibus quàm futuris, quod Nos ob Reverentiam Regis regum, per quem feliciter vivimus, & regnamus, ad imitationem quoque Imperatoris *Henrici* quondam Patris noſtri recolendæ memoriæ venerabilem Abbatem Monaſterii Sancti Heimerami & Fratres etiam ibidem Altiſſimo famulantes cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis ſuis mobilibus & ſtabilibus, quæ juſtè tenent, & poſſident, & tandem præſtante Domino juſto titulo poterunt adipiſci, ſub Speciali protectione, & defenſione noſtræ recipimus Majeſtatis, præſentis ſcripti ſub pœna gratiæ noſtræ præcipientes firmiter Univerſis, quatenus nullus ſit tam auſus, qui prædictum Abbatem Monaſterii, & Fratres eius contra hujus noſtræ Protectionis tenorem in Perſonis aut Poſſeſſionibus & bonis ſuis, quæ juſtè tenent, & poſſident, & inantea preſtante Dno juſto titulo poterunt adipiſci, temerè moleſtare, ſeu perturbare præſummat, quod qui præſumpſerit, indignationem noſtri Culminis ſe noverit incurſurum. Ad hujus itaque Protectionis & Defenſionis noſtræ memoriam & Robur de cætero valiturum præſens ſcriptum fieri, & Sigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Data *Fogie* Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo viceſimo ſexto Menſe Novemb. quintæ decimæ indictionis.

Sigillum Penſile Cereum.

Nota. Fridericus II. Imperator ad imitationem Patris ſui (Henrici VI.) Eccleſiam S. Emmerami *ſub ſpeciali protectione & defenſione* ſuæ *Majeſtatis* recipit. In his litteris nullum Monogramma: nulla

Cancel-

Cancellarii ſubſcriptio: Nulli Regnorum, aut Imperii anni leguntur. Ex quo concludere licet, (ſi alia *Friderici II.* Diplomata apud Hundium inſpiciantur &c.) Imperatorem iſtum in rebus minoris momenti, eas ſolennitates, Monogrammata, ſubſcriptiones Cancellariorum, Notas Chronicas annorum Regni, & Imperii, in litteris ſuis non adhibuiſſe, quæ tamen in litteris, & Diplomatibus *Anteriorum* Regum & Imperatorum (de minoris momenti rebus etiam) exaratis, occurrunt. Civitas (*fogia*) erit illa parva Urbs Regni Neapolitani ubi Portorium (Zoll, oder Mautt) erectum fuit, *La dogana di foggia.*

Num. LXV.

Gregorius IX. præcipit reſtitutionem bonorum à Monaſterio S. Emmerami per Judæos, ablatorum.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectiſſimis filiis Abbati & Priori de *Prules* (*Prüel*) & Præpoſito *Ripenſi* (*ad S. Magnum*) Ratisponens Diœces ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Querellam Dilectorum Filiorum Abbatis & Conventûs S. Emmerami recepimus, continentem, quod Judei Ratisponen. quasdam terras ipſius Monaſterii detinentes contra juſtitiam occupatas Synagogam conſtruxerint, & mortuos ſuos ſepeliunt in eisdem, in ipſorum, & dicti Monaſterii injuriam, & contemptum, aliàs ſibi graves & injurioſi non modicum exiſtentes. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictos Judeos, ut terras ipſas dictis Abbati & Conventui reſtituant, & de aliis ſatisfaciant, ut tenentur, monitione præmiſſa, per ſubtractionem communionis fidelium, appellatione remota cogatis. Quòd ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exe-

quantur. Datum Laterani ij Kalend. April. Pontificatûs noſtri anno Primo.

Sigillum
(Gregorius PP. VIIII.)

Vide Hiſtor. cap. XLIII. pag. 296. Litteræ iſtæ Gregorii VIIII. ſunt de anno 1227. ſtatim poſt ejus electionem.

Num. LXVI.

Idem Summus Pontifex jubet ablata à quibusdam, hîc nominatis, reſtitui.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Decano, Theſaurario, & Theoderico de Malchon Canonico Herbipolen ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Querellam dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratisponen. recepimus, continentem, quod & alii Tutores hæredum quondam. A. dicti lupi Ratisponen: Diœces: quasdam poſſeſſiones, & alias Res ad dictum Monaſterium pertinentes, contra juſtitiam detinent, & reddere contradicunt. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis, per cenſuram, Eccleſiaſticam firmiter obſervari, teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per Cenſuram eamdem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. IIII. Kal. Aprilis Pontificatûs noſtri anno Primo

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1227.

Num.

Num. LXVII.

Gregorii IX. Præceptum, contra quosdam Usurarios, qui pignora ab Ecclesia S. Emmerami acceperunt.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis, Abbati *de Prüle* . . . . Præposito S. Magni & Decano veteris Capellæ Ratisponen. Salutem & Apostolicam benedictionem. Abbas & Conventus S. Emmerami Ratisponen. sua nobis conquestione monstrarunt, quod. A. miles, & quidam alii Ratisponens: Diœces. possessiones quasdam, & res alias ad eorum Monasterium pertinentes titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis perceperunt ultra sortem. Cùm igitur usurarum lucra utriusque pagina testamenti condemnet. Discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, dictos pignorum detentores, ut sua sorte contenti pignora ipsa, & quid quid ultra sortem perceperunt ex eis, restituant conquerentibus per penitentiam in Lateranens. Concilio contra Usurarios editam, appellatione remota cogatis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore, subtraxerint, per Censuram Ecclesiasticam cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, Duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. Idibus Junii Pontificatus nostri anno Primo.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1227.

Num. LXVIII.

Ejusdem Præceptum contra injuriatores quosdam.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis L. Archidia. Scolaſtico & Ulrico de Dornebch Canonicis Ratisponenſ. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Abbas & Conventus S. Emmerami Ratisponenſ. ſuam ad nos transmiſere querellam, quod plebanus in Pföring & quidam alii dicti Salzeburgenſ. Rattisponenſ. Eyſtettenſ. Diœceſis ſuper quibusdam redditibus & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis. Facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, teſtes autem qui fuerint vocati, ſi ſe gratia odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe. Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Perufii V. Kalend. April Pontificatus noſtri anno tertio.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1229.

****

Num. LXIX.

Gregorius PP. quosdam Sacrilegos Monachorum S. Emmerami percuſſores excommunicat.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimis filiis Decano, Scolaſtico, de Veldkirchen Canonico Ratisponenſ. ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Abbas & Con-

Conventus S. Emmerami Ratisponenſ. ſuam ad nos querimoniam deſtinarunt, quod Hermanus Ebho Magenſ. & quidam alii Ratisponenſ. Diœces: in quosdam eorum Monaſterii Monachos manus injecerunt DEI timore poſtpoſito temere violentas. Præterea iisdem quosdam equos ſibi per violentiam abſtulerunt. Alias ipſis, & Eidem Monaſterio damna gravia, & injurias inferentes. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis de injectione manum conſtiterit violenta, dictos ſacrilegos tandem appellatione remota excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab omnibus evitari, donec injuriam paſſis ſatisfecerint competenter & cum veſtrorum teſtimonio litterarum ad ſedem venerint Apoſtolicam abſolvendi. Super aliis verò audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem ceſſante appellatione cogatis veritatis teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Peruſii V. Kal. April: Pontificatûs noſtri Anno tertio.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1229.

Num. LXX.

Gregorii PP. Præceptum contra Abbates &c.

qui Sigilla ſua aliis concedunt, pro mutuo contrahendo &c.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum DEI. Venerabilibus Fratribus Archi-Epiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis præſentes litteras

litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Si quorumdam Prælatorum præſumptionem inolitam Deo & hominibus exhorrendam, juſtè penſare vellemus, pene non eſſet adhibenda dilatio, ſed in transgreſſores, ſceleris vindictæ ſeveritas exercenda. Sicut enim ad Nos valido & ſtupendo clamore pervenit, quidam non contenti, quod propriis comodis inhærentes, & quærentes potius, quæ ſua ſunt, quàm Jesu Chriſti, commiſſas ſibi Eccleſias enormiter dilapidant, & conſummunt, dum novo alienationis & dilapidationis genere adinvento, eas præſumunt alienis debitis onerare, ſigilla ſua, ſeu litteras ſigillatas de contrahendo mutuo quibusdam amicis ſuis, Clericis & Laicis concedendo, quarum occaſione prædictæ Eccleſiæ in tanta obligantur pecuniæ quantitate, ad cujus ſolutionem poſtmodum compelluntur, quod vix aut nunquam liberari poſſunt ab onere debitorum. Volentes igitur Eccleſiarum indemnitati paterna ſollicitudine providere, præſentium auctoritate firmiter inhibemus, ne quis præſumat de cætero Eccleſiam ſibi commiſſam, ut præmiſſum eſt, pro alicujus gravare debitis, aut litteras alicui ſeu ſigilla concedere, quibus poſſint Eccleſiæ obligari. Decernentes, ſi ſecus, quòd non credimus, fuit attemptatum, ad ſolutionem talium debitorum Eccleſias non teneri. Si quis enim contra præmiſſa de cætero venire præſumpſerit, ab amminiſtratione ſpiritualium & temporalium noverit ſe ſuſpenſum. Datum Reat. vi. Non: Martii Pontificatûs noſtri anno quinto.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1231.

Nota. Cùm hæ litteræ Gregorii IX. ad Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores &c. ſcriptæ ſint, eæque ſub ſigillo plumbeo etiam ad noſtram miſſæ fuerint Eccleſiam; oportet, tunc temporis morem hunc fuiſſe, ut ſimiles litteræ ad plures directæ, plures cum ſigillo pendente plumbeo exaratæ fuerint; nullam enim invenio cauſam, cur iſtæ Gregorii Litteræ ad noſtrum Monaſterium tantùm, non item ad alias Eccleſias directæ dici valeant.

Num.

Num. LXXI.

Gregorii PP. Præceptum contra quosdam Ecclesiæ S. Emmerami injuriatores.

GRegorius Episcopns servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Priori de Plankstetten & Decano de Hollenstaine Eystett Diœces. salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii, Abbas & Conventus Monasterii S. Emerami Ratisponens. nobis conquerendo monstrarunt, qd H. dictus Quarius civis Ratisponensis, & quidam alii laici Ratisponensis Diœces. super quibusdam possessionibus, areis, & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis causam, & appellatione remota fine debito terminetis. Facientes, quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante, cogatis veritatis testimonium perhibere, quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, Duo vestrum eam nihilominus exequantur. Datum Lateran. XVII. Kal. Januarii Pontificatûs nostri anno septimo.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1233.

Num. LXXII.

Ejusdem Præceptum contra quosdam Clericos &c.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis, Abbati & Priori de Medelico Passav. Diœces. salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Abbas & Conventus

tus Monaſterii S. Emmerami Ratisponen. nobis conquerendo monſtrarunt, quod presbyter de Lize & quidam alii Clerici Paſſav. Diœceſis ſuper quibusdam cenſibus & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota, debito fine terminetis. Facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Proviſone cenſus ipſi contra ſtatuta Lateranenſis Concilii ſint impoſita adaucti. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Datum Lateran. IIII. Non. Januarii: Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1233.

* * * \

tes, quod ſtatueritis, auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam ceſſante appellatione cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Perufiis. 11. Non. April. Pontificatûs noſtri anno Nono.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1235.

Nota. *Sigefridus* tunc Epiſcopus Ratisbonenſis erat, ex *ſolis* Gregorii VIIII. Litteris modo recitatis conſtat, Epiſcopum Ratisbonenſem injurioſum extitiſſe Monaſterio S. Emmerami, exactiones indebitas, & procurationes extorſiſſe; nam ex hiſtoria noſtra, ſive Manuſcriptis de hoc *Sigefrido* nil tale annotatum invenio.

Num. LXXIV.

Ejusdem Præceptum contra alios injuriatores Eccleſiæ S. Emmerami.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis S. Andreæ & S. Viti Decanis Friſing. Diœceſ. & Scholaſtico Friſingenſi Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilecti filii, Abbas & Conventus S. Emmerami nobis conquerendo monſtrarunt, quòd Reimar & A Mater ejus & quidam alii Ratisbon: diœces. ſuper terris, redditibus, poſſeſſionibus & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis cauſam & appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante

cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. VII. Kal. April. Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1238.

Num. LXXV.

Gregorii PP. præceptum contra Rectorem Eccleſiæ in Reut (Vogt-Reutt.)

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum DEI. Dilectis filiis S. Andreæ, & S. Viti Decanis Friſing. Diœceſ: & Scholaſtico Friſing. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Abbas S. Emmerami Patronus Eccleſiæ de Rutte (Vogta-Reuth) nobis conquerendo monſtravit, quod Rector ejusdem Eccleſiæ Ratisponenſ. Diœces: in eadem Eccleſia debitam reſidentiam facere denegat perſonalem; licet ipſius percipiat cum integritate proventus. Propter quod dicta Eccleſia debitis obſequiis defraudatur. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eumdem Rectorem, ut in Eccleſia ipſa perſonalem reſidentiam faciat, ut tenetur, monitione præmiſſa per ſubtractionem proventuum eorumdem appellatione remota mediante juſtitia compellatis. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe Duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. XI. Kal. Maij Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

Gregorius PP. VIIII.

De Anno 1239.

Num. LXXVI.

Innocentius IV. concedit Monachis S. Emmerami ut Tempore interdicti, divina officia celebrare valeant.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratisponens. Ord. S. Benedicti Salutem & Apostolicam Benedictionem. Devotionis vestræ precibus benignum impertientes assensum, Auctoritate vobis presentium indulgemus, ut cum Generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis Januis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis submissa voce divina officia celebrare. Dummodo causam non dederitis interdicto & id non contingat vobis specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni III. Nonas Februarii Pontificatûs nostri anno sexto.

Innocentius PP. IIII.

De Anno 1249.

Num. LXXVII.

Innocentius PP. præcipit, ut quidam Abbates hîc nominati Monaſterium S. Emmerami contra perſecutores defendant.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis de Eberſperg, de Wumperge Abbatibus Friſing: & Ratisbon: Diœceſ. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quoniam adeo habundavit iniquitas, & refriguit caritas plurimorum, ut non ſolum ad Eccleſias, & Perſonas Eccleſiaſticas non habeant reverentiam propter Deum, verum etiam ipſum in eis apertiſſime perſequantur, expedit, ut nos, quibus diſponente Domino eorum cura, & ſolicitudo incumbunt, hujuſmodi perſecutorum conatibus obviemus. Cum igitur ſicut Dilecti Filii Abbas & Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti ſua nobis petitione monſtravit, idem Monaſterium à nonnullis ſuper poſſeſſionibus & bonis ſuis multipliciter moleſtetur, nos volentes eorundem Abbatis & Conventus providere quieti, & moleſtantium malitiis obviare, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Monaſterio Defenſionis præſidio efficaciter aſſiſtentes, non permittatis, dictos Abbatem & Conventum contra indulta Privilegiorum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Præſentibus poſt Triennium minimè valituris. Datum Lugduni XV. Kalend. Martii Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Innocentius PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1249.

Num. LXXVIII.

Innocentius PP. concedit Abbati S. Emmerami, ut circa irregularitatem cum Episcopo Ratisbonensi dispenset.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati S. Emmerami Ratisponenſ. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex parte Venerabilis Fratris nostri Ratisponensis Episcopi fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ipse pro defensione libertatis Ecclesiasticæ contra F. quondam Imperatorem, suosque fautores ipsam conculcare nitentes, armata manu personaliter sæpe processerit eorum conatibus pro viribus resistendo, ac propter hoc metuat se irregularitatem aliquam contraxisse, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curavimus. Ut igitur in hac parte ipsius Episcopi conscientia satisfiat, Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super hoc ad Cautelam, Auctoritate nostra, cum ipso dispenses, prout secundùm Deum animæ suæ Saluti videris expedire. Datum Lugduni VIII. Idus Aprilis. Pontificatûs nostri anno septimo.

Innocentius PP. IV. *Sigillum.*

De Anno 1250.

Nota. Vide, quæ in Historia nostra, pag. 303. de *Alberto* Episcopo dicta fuerunt. In iis circumstantiis fortè, *Albertus* Episcopus irregularitatem quamdam se contraxisse metuebat.

Num.

Num. LXXIX.

Conradus Rex, Monachos S. Emmerami in gratiam recipit, quos antea omni gratia indignos promulgavit, cùm eos homicidii conſcios judicaſſet &c.

COnradus Divi Auguſti Imperatoris Friderici Secundi Filius, Dei gratia, Romanorum in Regem Electus, ſemper Auguſtus, & hæres Regni Hieruſalem. Regale faſtigium toties læditur, quoties in defectu Clementiæ reperitur, & quanto benignius compaſſionibus pietatis immergitur, tantis glorioſius exaltatur. Clementer igitur lacrymis & devotis ſupplicationibus quorumdam Monachorum Monaſterii S. Emmerami in Ratisbona (in cujus, more Progenitorum noſtrorum, Hoſpitali hoſpitio nefandum Conſilium & deteſtabile homicidium Perſonæ noſtræ, per Albertum, qui ſe dicit Ratisbonenſem Epiſcopum & Chuonradum de Hohenfels furtivum & nocturnum aggreſſorem ad excogitatam necem noſtri Corporis, extitit procuratum) miſericorditer inclinati, miſericordiam potius, quàm judicium de Perſonis & rebus ejusdem Eccleſiæ, pro Dei reverentia, qui non minus miſericorditer quàm miraculosè in eodem loco tueri volunt & ſalvare perſonam noſtram ab inſidiis, & inſultibus eorumdem inimicorum noſtrorum ſequi volentes, ipſum Monaſterium cum Perſonis Religioſis Domino ibidem famulantibus, & omnibus bonis ejus, excepto Ulrico Abbate, & illis perſonis, quæ ſupplicii & interitûs noſtri conjurati participes, & conſpiratores extiterant, ſub noſtra & Imperii protectione ac Defenſione recepimus ſpeciali, ſtatuentes ex tunc, & firmiter inhibentes perpetua inhibitione, quatenus nullus ſit, qui propter prædictam noxam, in detrimentum Perſonæ noſtræ comiſſam, præfatum Monaſterium, cum perſonis & omnibus bonis ſuis, ſtabilibus, & mobilibus, ſicut prædictum eſt, offendere aliquatenus, vel moleſtare præſumat, quod qui præſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum, præter pœnam quam transgreſſori ejusdem manda-

mandati noſtri infligere voluerit excellentia noſtra, ſeu aliquis alius hæredum, & Succeſſorum noſtrorum. Ita tamen, quod Domus illa, in qua ex præfato machinamento propoſuerunt irrevocabili propoſito, præfati Albertus dictus Epiſcopus, Chonradus de Hochenfels, & Ulricus Abbas ejusdem loci, perſonam noſtram mortis ſupplicio tradidiſſe, dirui debeat funditus, ne parietes ipſius Domus fœdati, & perfuſi cruore dormientium, tunc temporis coram nobis pro Cuſtodia Perſonæ noſtræ qui pro ſalutis noſtræ defenſione ſanquinem ſuum fundentes mortem ſpontaneam ſubierunt, amplius in eodem loco valeant reperiri. Tenentur inſuper Monachi ejusdem Monaſterii ex pacto firmæ promiſſionis habito, coram nobis, præſentibus Ottone Comite Palatino Rheni, Duce Bavariæ, Dilecto Principe & ſocero noſtro, & Ludovico Filio ſuo dilecto, Leviro noſtro Ottone Marchione de Hohenburgk, Dilecto conſanquineo noſtro, Henrico Marchione de Burgowe, Ludovico Seniore Comite de Öeting, Gottfrido de Hohenloh, & aliis Conſiliariis noſtris, nec non civibus Ratisbonenſibus, quod in eodem loco, ubi hactenus exiterat domus perditionis noſtræ, conſtruere debent, & erigere à novo fundamine, ex propriis ſumptibus Eccleſiæ B. Emmerami, Capellam unam, ad honorem Beatæ Virginis Mariæ, & Beati Nicolai, Specialium Tutorum & Defenſorum noſtrorum, in Articulo ejusdem neceſſitatis noſtræ, quam amodo & in perpetuum Regiam Capellam volumus appellari, dotandam per eos competentibus dotibus, ex quorum proventibus habere valeat ſufficientia & annua ſtipendia Monachus Sacerdos ſtatutus ad hoc per Abbatem & Conventum ejusdem, qui eamdem Capellam gubernabit divinis & continuis officiis in perpetuam memoriam nominis noſtri & hæredum noſtrorum, qui pro tempore fuerint ad Regimen Imperii conſtituti. Cenſemus etiam omnes infeudationes, & donationes rerum ipſius Monaſterii, per ſcripta noſtra perſonæ alicui occaſione prædicta indultas, irritas & inanes, nec pati volumus, quod de omnibus proventibus, & redditibus præfati Monaſterii præſente guerra durante, alicui perſonæ, niſi Spiritali Rectori, & Proviſori, qui fuerit in Eccleſia de mandato, & voluntate noſtri Culminis conſtitutus, per Monachos fideles perſonas ſubjectas ipſi Monaſterio intendatur, ad uſus utilitatem

litatem Eccleſiæ convertendis, & ſi aliquis Monachus ipſius Eccleſiæ, ſeu aliqua alia perſona, tam Eccleſiaſtica mundana, quàm prædicta publice in præſentia noſtra Statuta, opponere ſe præſumpſerit, participem præfati facinoris in Perſonam noſtram excogitati, ab omnibus fidelibus noſtris volumus eum haberi. Ad quorum omnium memoriam, & ſtabilem firmitatem, præſens ſcriptum fieri, & Sigillo noſtræ Celſitudinis juſſimus communiri. Datum apud Ratisponam. Anno Incarnationis Dominicæ MCCLI. Menſe Januario Indictione Nona.

Nota 1. Autographum iſtud, *Conradi* Regis, non amplius in Archivo noſtro ſervatur. *Maximilianus* Imperator has Conradi Regis litteras, quas Autographas ipſemet Inſpexerat, tranſſummi, illarúmque textum integrum ſuis litteris (Anno 1514.) exaratis inſeri juſſit, uti poſtea videbimus. Maximilianus Imperator Originale ſibi ſervavit, uti ex ejus litteris conſtabit. R.P. *Chriſtoforus* Hoffmann Monachus, & Hiſtoricus Monaſterii S. Emmerami, (qui anno 1533. obiit,) Originales has *Conradi* Regis litteras ſe vidiſſe, & deſcripſiſſe teſtatur in ſuo Epiſcop: Ratisbon: & Abbatum S. Emmerami, Catalogo.

Nota 2. *De Alberto* Epiſcopo Ratisbonenſi, & *Ulrico* Abbate ad S. Emmeramum, eorumque Regiminis annis varia in variis legimus. *Albertum* tamen usque ad annum 1260. Eccleſiæ Ratisbonenſi præfuiſſe ſcribit Hundius. *Ulricum* Abbatem ad S. Emmeramum, (quem Conradus Rex Abbatia anno 1250. privaverat) ab anno 1247. usque 1263. Abbatiam S. Emmerami rexiſſe (in Catalogis Noſtrorum Abbatum) invenimus. *Conradus* Rex anno 1254. venenô ſublatus fuit. Facile mihi perſuadeo Regis *Conradi* mandata & juſſa poſt ipſius Mottem, niſi id prius jam factum fuerit, ſtatim viluiſſe, quod quisque, Rerum *Friderici II.* & *Conradi* Filii geſtarum, illorumque temporum Hiſtoriæ gnarus, mecum ſentiet. (vide Hiſtoriam noſtram pag. 303.) *Chriſtoforus Hoffmann* in Catalogo Abbatum S. Emmerami ita ſcribit ſub *Ulrico* Abbate: [Enim vero dicta Capella, quam *Cunradus* Rex Capellam regiam vocari voluit, usque hodie extructa non fuit, cujus cauſam eſſe credimus, quia idem Chunradus Rex Bajoaria relicta Italiam petiit, ubi, uti quidam ſcribunt, paulo poſt per Manifredum ex Concubina genitum, ſed à Patre Friderico II. Fratrem ſuum, ut Anthoninus ſcribit, auxilio medicorum veneno perclyſteri de medio viventium ſublatus vitam cum morte mutavit. Sic predeceſſores noſtri Capellam extruere diſſimulavêre.] Ita P. Chriſtoforus Hoffmann.

Nota 3. Mentio fit in hiſce litteris *de Sigillo*; ſed cùm Authographum deſit, nec de illo, nec de alio ſubſcriptionis modo, vel notis Chronicis aliquid dici poteſt.

Num. LXXX.

Alexander IV. concedit Monaſterio S. Emmerami Privilegium quoddam circa proviſionem, & receptionem Penſionum, & Beneficiorum.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Paci & Tranquillitati veſtræ Paterna volentes in poſterum ſollicitudine providere, auctoritate vobis preſentium indulgemus, ut ad receptionem vel proviſionem alicujus in penſionibus vel aliis Eccleſiaſticis beneficiis per litteras Apoſtolicæ Sedis vel legatorum ipſius de cætero impetrandas cogi ab aliquo non poſſitis, niſi eædem ipſius Sedis litteræ faciant plenam & expreſſam de indulto huius modi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. ij. Non. Maij. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

A

Alexander PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1256.

Nota. *Adrianu IV* P. M. primus videtur eſſe qui, orando, petendo, præcipiendo Ordinariis injunxit, ut iis, quos commendabat,

bat, Clericis pauperibus, & de Ecclesia benè meritis beneficia conferrent. Alexander III. ejus Successor aliique subsequentes id ipsum fecerunt, incitati rogati à Regibus, Principibus aliisque Sanctissimis Viris, qui Pontifices summos stimulabant, ac rogabant, ut sic per provisionem Apostolicam, boni, de Ecclesia benè meriti, maximè autem pauperes præficerentur Clerici, qui licet optimis moribus ditati, unde viverent, non habebant. Hinc *Prœbendæ, Pensiones, Beneficia* per omnes Ecclesias, non solùm in Italia, sed ubique, Pauperibus Clericis, aliisve à Summo Pontifice nominatis tam Episcopi, Capitula, quàm Abbates concedere & præbere tenebantur. Cardinales aliique Apostolici Legati tales pauperes aliosve Clericos pro Præbendis, Pensionibus, Beneficiis accipiendis etiam nominabant. De his eruditè scripsit *Thomassinus*, de veteri & nova Disciplina, parte 2. lib. 1. cap. 43. Ex præcedente Alexandri IV, aliaque secutura Ejusdem Bulla conjicere licet, quòd subinde dolus in impetratione Præbendarum, Pensionum, Beneficiorum irrepserit. Hinc Pontifex præcepit, ut litteræ Sedis Apostolicæ, quas tales Clerici exhibent, plenam & expressam indulti Apostolici mentionem faciant.

Num. LXXXI.

Alexander IV. concedit Capellam in Aykirchen ejusque redditus ad Infirmariam Monasterii S. Emmerami.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratisbonæ Ordinis S. Benedicti Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum producatur effectum. Cùm igitur, sicut ex tenore vestræ petitionis accepimus felicis Recordationis Innocentius Papa prædecessor noster reddituum Infirmariæ Monasterii vestri tenuitate pensata, vobis per litteras suas concessit, ut Capellam *de Aykirchen* Ratisbonens, Diœcesis, in qua Jus patrona-

tronatûs habetis, cedente vel decedente Rectore, qui tunc tenebat eamdem, poſſetis uſibus Infirmariæ prædictæ deputare licite, ipſius intrare poſſeſſionem, eámque liberè retinere. Ac vos poſtmodum Capellam ipſam cedente Rectore prædicto, auctoritate Litterarum hujuſmodi eisdem uſibus duxeritis deputandam, Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc à vobis providè factum eſt, ratum habentes & gratum, illud Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. II. Nonas Maij, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Alexander PP. IIII.

De Anno 1256.

Nota. Capella *Aykirchen*, (ſub Invocatione S. Bartholomæi) conſtructa erat in Prætorio ſeu Curia Ratisbonenſi, quo Conſules convenire conſuevérant. Jus Patronatûs ad hanc Capellam ſpectabat ad Monaſterium S. Emmerami. At ob tenues redditus, Magiſtratus Ratisbonenſis Capellam iſtam dotavit, ita, ut Conſentiente Abbate ad S. Emmeramum & Conventu ibidem Ea Capella Senatui Ratisbonenſi à Martino V. & Eugenio IV. conceſſa fuerit, ea tamen ratione ut Capellanus pro inſtitutione Abbati ad S. Emmeramum ſeſe ſiſteret. Executio comiſſa fuit auctoritate Apoſtolicâ *Cormaco* Abbati ad S. Jacobum Scotorum Ratisbonenſ. anno 1431. uti ex Originali patet. Wolfhardus Abbas ad S. Emmeramum, Dominum *Joannem Murman*, à Magiſtratu Ratisbonenſi ad dictam Capellam (*Aykirchen*) præſentatum per Impoſitionem Pireti inveſtivit anno 1432, prout Inſtrumentum deſuper confectum, & Autographum adhuc exiſtens, docet. Capellanus iſte, ſingulis hebdomadis in ipſa Capella quinque debebat celebrare miſſas, (*quarum miſſarum majorem partem, vel omnes, ſi, & quando comode facere poteſt, legere debet diebus, quibus Domini Proconſules ad Prætorium ſeu Domum Conſilii pro Conſilio faciendo venturi ſunt.*) Ita legere eſt in litteris *Cormaci* Abbatis. Sed Capella iſta unà cum plurimis aliis in Civitate Ratisbona extructis Oratoriis & Sacellis, (Poſt promulgatam Lutheri doctrinam) deſtructa fuit &c.

Num. LXXXII.

Alexander PP. privilegium ſub Num. LXXX. conceſſum, confirmat & declarat.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus veſtræ Devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus, & petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudimus. Hinc eſt, quod nos veſtræ Devotionis precibus inclinati, vobis Auctoritate præſentium indulgemus, ut ad receptionem vel proviſionem alicujus in penſionibus, & aliis Eccleſiaſticis beneficiis minime teneamini, nec de beneficiis ad collationem veſtram ſpectantibus quisquam provideri valeat per litteras Apoſtolicæ ſedis, vel Legatorum ipſius, abſque ſpeciali mandato fidem faciente plenam & expreſſam de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam conceſſionis noſtræ infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum in Lateran. V. Kalend. Maij. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Alexander PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1257.

Num. LXXXIII.

Alexandri PP. præceptum contra quosdam injuriatores.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio ... Abbati de Weltenburch Ordinis S. Benedicti Ratisponenſ. Diœces. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sua nobis dilecti filii ... Abbas & Conventus Monaſterii S. Emmerammi Ratisponenſ. Ordinis Sancti Benedicti petitione monſtrarunt. Quòd cum ipſi Chunradum de Hunsperch Clericum Eiſtettenſ: Diœces. ſuper eo, quod idem ſuper de Newenhuſen & Wihenſteuenſ. Eccleſiis, quarum una dependet ab altera ad idem Monaſterium pertinentes injuriabatur eisdem, coram Abbate Monaſterii de Biburch Ratisbonenſ. Diœces. Auctoritate Apoſtolica traxiſſent in cauſam, dictus Clericus ex ſufficienti grauamine ab eodem Abbate ad ſedem Apoſtolicam ſe appellaſſe confingens, ſuper appellatione hujusmodi ad ... Scolaſticum Eiſteten: litteras Apoſtolicas impetravit. Et quia idem Scolaſticus eosdem Abbatem & Conventum ad locum citans non tutum, alium ſibi ſecurum aſſignare contra juſtitiam denegabat humiliter requiſitus, ipſi ſentientes ex hoc indebitè ſe gravari, noſtram audientiam appellarunt. Quocirca Diſcretioni Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum, quicquid poſt appellationem hujusmodi inveneris temere attemptatum, in cauſa ipſa appellatione remota previa ratione procedas juxta litterarum continentiam ad prefatum Scolaſticum directarum. Alioquin partes ad ejusdem Scolaſtici remittas examen. Appellantes in expenſis legitimis condempnando. Teſtes autem, qui fuerunt nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Anagnie VII. Id. Maij Pontificatus nri anno quinto.

Alexander PP. IIII.

De Anno 1259.

Nota.

Nota. Ecclesia in *Nevvhausen* pertinet ad Monasterium S. Emmerami, de Ecclesia *Wihensteuen*, nil invenire potui, dicitur in his *Alexandri* Papæ litteris, *unam harum Ecclesiarum ab altera pendere, easque ad Monasterium S. Emmerami pertinere.* Sed horum jam nulla supereſt notitia. Ecclesia quædam in *Wihensteven* non longè distat ab Ecclesia nostra in *Nevvhausen.* Vide Chartas Geograph. Joann. Baptist. Hommanni Inferior. Bavar· in Præfectura *Rottenburg* propè *Landshutt.*

Num. LXXXIV.

Urbanus IV. jubet Monasterium S. Emmerami defendi contra quosdam persecutores.

URbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monasterii Prüveningen Ratisbonens. Diœces. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Conquesti sunt nobis Abbas & Conventus Monasterii S. Emmerami, quod Rudigerus dictus Ungarus, Wernerus Dictus Hermann Ulricus de Eckemill Dapifer, & quidam alii laici, Ratisponens. Eystettens. Frisingens. Civitatum, & Diœces. super decimis, terris, debitis possessionibus, & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque Discretioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, & appellatione remota debito fine decidas. Faciens, quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura, simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbii Kal. Martii Pontificatûs nostri anno Primo.

Urbanus PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1262.

Num.

Num. LXXXV.

Idem Papa Urbanus defensionem Monasterij S. Emmerami quibusdam injungit.

URbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Abbati de Prü-Uüngen Ratispon. Diœcesi. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Pium esse dinoscitur, ut gloriantibus in malitia per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui liberius possint in observantia mandatorum Domini delectari. Cùm itaque dilecti Filii Abbas & Conventus Monasterii S. Emmerami Ratisponens. Ordinis S. Benedicti à nonnullis, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, gravibus, sicut asserunt, affligantur molestiis, & jacturis. Nos eorumdem Abbatis & Conventus adversus raptorum, prædonum, & invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens, non permittas eos in personis & bonis suis à talibus molestari. Molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Præsentibus post Triennium minimè valituris. Datum Viterbii. III. Kal. April. Pontificatus nostri anno primo.

Urbanus PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1262.

Nota. Ex Præcedentibus pluribus Pontificum Romanorum Bullis patet, quas persecutiones Monasterium S. Emmerami turbatissimis hisce, Sæculi XIII. temporibus passum fuerit, cujus Protectionem tamen SUMMA Sedes Apostolica benignissime suscepit.

Num. LXXXVI.

Clemens IV, Friderico Abbati, & ſucceſſoribus concedit uſum Anuli & Mitræ.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Friderico Abbati Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionis Tuæ precibus benignum præbentes aſſenſum, ac volentes perſonam tuam honorare prerogativa gratiæ ſpecialis, uſum Anuli & Mitræ, quem Felicis Recordationis Dominus Innocentius Quartus Predeceſſor noſter Anteceſſori tuo ejusdem Monaſterii Abbati conceſſerat quoad vitam. Nos Auctoritate Apoſtolica Tibi, Tuisque ſucceſſoribus perpetuo confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit; indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii Id. Maij Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Clemens PP. IIII.

Sigillum.

De Anno 1266.

Num. LXXXVII.

Clemens IV. Monasterio S. Emmerami, ob paupertatis onera, concedit & unit proventus Ecclesiæ Parochialis ibidem ad S. Emmeramum (S. Ruperti) reservatâ congrua portione Vicarii.

CLemens Episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratisponæ Salutem & Apostolicam Benedictionem. Monasticam & Religiosam vitam ducentibus decet, ut in suis petitionibus justis pariter & honeste etiam ex liberalitatis dono, favoris gratiam impendamus, per quam temporalis vitæ subsidia percipiant, ac ad æternæ vitæ gloriam totis desideriis anhelantes, quo minus eos temporalium solicitudo præpedit, eo liberius vacent Cælestis studiis disciplinæ. Sane Venerabilis Fratris nostri Ratisponensis Epi, ac vra lecta coram nobis petitio continebat, quòd, cum Monasterium Vrum tanta prematur sarcina paupertatis, ut non habeatis, unde possitis comode sustentari; parochialem Ecclesiam S. Emmerami Ratisponæ Monasterio vestro immediatè conjunctam, in qua jus Patronatus habetis, vobis in usus proprios concedere dignaremur, ita, quòd Ecclesiæ Rectore cedente, vel decedente, possitis ejusdem Ecclesiæ possessionem intrare, ac perpetuum in eadem Vicarium instituere, Diœcesani Epi, aut loci Archi-Diaconi, vel cujuscunque alterius assensu minimè requisito; Nos itaque tam piis ejusdem Fratris nostri Epi, quàm vris devotis supplicationibus inclinati, devotioni vestræ præsentium Auctoritate concedimus, ut prædictam Parochialem Ecclesiam S. Emmerami Ratisponæ, cujus estis Patroni, vos ac vestri Successores in perpetuum in usus vestri Monasterii deinceps habeatis; præterea cedente vel decedente ejusdem Ecclesiæ Rectore possessionem ipsius Ecclesiæ intrandi, ac non requisito assensu Diœcesani Epi, aut loci Archi-Diaconi, vel cujuscunque alterius perpetuum Vicarium instituendi in eadem liberam vobis concedimus facultatem, ita duntaxat, ut de fructibus sive proventibus ipsius

Ecclesiæ, qui triginta Marcharum summam annuatim non excedere asseruntur, eidem Vicario, quem instituendum duxeritis, in præfata ecclesia reservetis congruam portionem, de qua commode sustentari, ac Episcopalia ac alia incumbentia sibi onera valeat supportare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii III. Idus Maij Pontificatûs nri anno secundo.

Clemens PP. IV.

De Anno 1266.

Nota. Hujus Bullæ Originale non amplius adest, legitur autem inserta sententiæ definitivæ contra Franciscum Tanhauser Vicarium Parochiæ S. Emmerami, Anno 1394. latæ. Ubi Autographum istud coram Judicibus delegatis fuit exhibitum.

Num. LXXXVIII.

Clemens Papa jubet delegato suo, ut Abbatem S. Emmerami in Corporalem Possessionem Ecclesiæ Parochialis ibidem inducat.

CLemens Episcopus, servus servorum DEI dilecto filio Abbati Monasterii in Ebersperg Frisingensis Diœcesis Salutem & Apostolicam Benedictionem. Venerabilis Fratris nri Epi, ac Dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monasterii S. Emmerami Ratisponæ, lecta coram nobis petitio continebat, quod, cum Monasterium ipsum tanta premeretur sarcina paupertatis, ut non haberent, unde possent commode sustentari, Parochialem Ecclesiam S. Emmerami Ratisponæ, in qua idem Ab-

bas & Conventus Jus obtinet Patronatus, Ipsis in usus proprios concedere dignaremur; Nos itaque tam piis quam devotis eorum precibus annuentes, Discretioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus cedente, vel decedente præfatæ Ecclesiæ Rectore dictos Abbatem & Conventum inducas in corporalem ejusdem Ecclesiæ possessionem, ac defendas inductos, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo, non obstante, si aliquibus ab Apostolica sede indultum existat, quòd interdici, suspendi, aut excommunicari non possint, vel qualibet alia indulgentia ejusdem, de qua, cujusque tenore de verbo ad verbum oporteat in nris literis plenam & expressam mentionem fieri, & per quam id impediri valeat, vel differri. Datum Viterbii III. Idus Maij Pontificatûs nri anno secundo.

Clemens PP. IIII.

De Anno 1266.

Num. LXXXIX.

Leo Episcopus Ratisbonensis ratam habet istam *Unionem* Ecclesiæ Parochialis S. Emmerami.

NOs *Leo* Miseratione Divina Ratisponensis Episcopus. Universis tam præsentibus, quàm futuris per præsentes literas declaramus, quod Reverendus Pater, & Dominus Clemens Papa, Venerabili Abbati & Conventui Ecclesiæ S. Emmerami Ratisponens. Ord. S. Benedicti mediante nostra petitione hanc fecit & in perpetuum confirmavit gratiam specialem, quòd Parochialem Ecclesiam S. Emmerami, cujus jus Patronatus ad eundem Abbatem dinoscitur pertinere, quando eam vaccare contigerit, concessit in usum dictorum Abbatis & Conventûs S. Emmerami, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, ac redditibus, qui de

ipſa Parochiali Eccleſia poterunt provenire, reſervata congrua portione Sacerdoti Vicario eidem Eccleſiæ deputato. Verum quia prædictos Abbatem & Conventum Eccleſiæ S. Emmerami ſpeciali dilectione amplectimur & favore, ac eandem Eccleſiam S. Emmerami præaliis Eccleſiis noſtræ Civitatis & Diœceſis tenemur gratia proſequi ampliori, utpote quæ cum noſtra Eccleſia majorem habet præ cæteris unionem, nos hujus modi Apoſtolicæ Conceſſionis gratiam ſpecialem, ſicut de noſtra petitione promovimus, ut procederet ad effectum, ſic jam exhibitam & completam, ratam habemus omnimodis, atque gratam, & plenum conſenſum noſtrum eidem conceſſioni perpetuo adhibemus. In cujus rei evidentiam atque robur præſentes litteras noſtras præfatis Abbati, & Conventui Eccleſiæ S. Emmerami dedimus Sigilli noſtri robore communitas. Actum anno Domini MCCLXVI. ſeptimo Kal. Septembris.

Sigillum penſile.

Nota. Ex præcedentibus tribus litteris *Clementis IV.* & *Leonis* Epiſcopi Ratisbonenſ. colligimus, Parochialem Eccleſiam S. Emmerami (ſive S. Ruperti) non ſolos, (intra parietes S. Emmerami,) incluſos domeſticos numeraſſe Parochianos; Proventus enim inde manentes, ſarcinam paupertatis Monaſterii S. Emmerami minimè ſublevaſſent, cùm & ipſi Vicario congrua portio reſervata fuerit.

Num. XC.

Clemens IV. omnia bona, & Privilegia Monaſterio S. Emmerami confirmat.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Abbati Monaſterii S. Emmerami Ratisbonenſ. ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis

feſſis in pp. M. (*in perpetuam Memoriam.*) Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, Sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Emmerami Ratisbonæ, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri, & noſtra Protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm DEUM & Beati Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea, quascunque Poſſeſſiones, quæcunque *bona idem Monaſterium* in preſentiarum juſtè ac Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque Succeſſoribus, & illibata permaneant, in quibus omnibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In Civitate Ratisbone Eccleſiam Sancti Emmerami cum pertinentiis ſuis. Capellam, quæ dicitur vulgariter Aichkirchen, (*) & Capellam S. Andreæ, cum pertinentiis earumdem (**) in Diœceſi Ratisbonenſ. de Aufhauſen, de Abach, de Aindespach (*Hainſpach*) & de Niwenhauſen Eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. Eccleſiam de Lautterbach cum pertinentiis ſuis, de Pföring, de Solaren, de Suant, de Eisprune, & de Wald Eccleſias cum pertinentiis earumdem. Capellam cum pertinentiis ſuis, quam habetis in loco, qui dicitur Wienmichel. Terras & Poſſeſſiones, quas habetis in locis Zeholfing, Haitterhofen, Alburch, Ginchoven, Hachelſtat, & Tunzeling, vulgariter nuncupantur. Villam, quæ nuncupatur Lautterbach terras, & Poſſeſſiones, prata, nemora, & molendina, cum aquarum decurſibus, quæ obtinetis ibidem. Terras & Poſſeſſiones ſitas in locis Pföring,

(*) Vide Bullam Alexandri IIII. ſupra pag. 180. cum nota.
(**) Vide in Hiſtoria pag. 112.

Pföring, Tann, Emenhofen, Prunberg, Swant, Stetten, Ettenſtorff, Rinolſtorf, Niwenhauſen, Peiſing, Gebraching, Isling, Techbetten, Penteling, Harting, Schirin, Eilsprun, Schwabelweis, Manſpach, Hebranſtorf, Okkenspint (*Luken-Ukenpeint*) Pigendorf, Lintha, & Gailſpach vulgariter nuncupatis. In Diœceſi Salzburgenſi villam, & Eccleſiam de *Reut* (*Vogt-Reutt*) cum molendinis, piſcariis, & omnibus pertinentiis ſuis. In Diœceſi Eyſtettenſi *de Huſen*, & de *Luzelna* (***) Eccleſias cum omnibus pertinentiis ſuis. Prædia & Poſſeſſiones, quas habetis in locis Perchuſen, Huſen, Luzelna, & Orlheim vulgariter nominatis. In Diœceſi Friſingenſi curtem, quam habetis in loco, qui dicitur *Innign* (*Mos-Inning*) cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in baſco, & plano in aquis & molendinis, inviis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poct factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatis ſui licentia, niſi Arctioris Religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò absque communium litterarum noſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januſis excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, dumodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochiæ veſtræ, ſi eam habetis, nullus ſine

aſſenſu

(***) Vide pag. 445. Hiſtoria de permutatione *Lünenloe*.

assensu Diœcesani, & vestro Capellam, seu Oratorium de novo construere audeat : Salvis Privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas & indebitas actiones, ab Archi-Episcopis, Episcopis, Archi-Diaconis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, sæcularibusve personis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, aut publicè usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumentur. Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à Laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & *Ecclesias, ad quas pertinent*, revocandi libera, sit vobis de nostra *authoritate* facultas. Obeunte verò Te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel Fratrum major pars Consilii sanioris secundùm DEUM & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Paci quoque & Tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra Clausuras locorum, seu Grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanquinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ordini vestro concessas, nec non libertates & Exemptiones sæcularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus Possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicæ Authoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica Justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve Persona hanc nostræ concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,

rit, ſecundò, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ea Sacratiſſimo Corpore & Sanquine Dei & Redemptoris noſtri Jesu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jesu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud dictrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



Signum

Bene Valete.

S. Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus &c.
S. Ego Stephanus Preneſtinus Eps. &c.
S. Ego Fr. Johes Port & Sce Rufine Eps. &c.
S. Ego Henricus Oſtiens & Veletrens Eps. &c.
Ego Ancherus tit. S. Praxedis Pbr. Cardinalis.
Ego Guillmus tit. Sancti Marci Pbr. Cardinal.
Ego Riccardus Sancti Angli Diacon. Cardinal.
Ego Jacobus Sce Marie in Coſmedin Diacon Card.
Ego Gottifridus Sci Georgii ad velum aureum Diacon. Cardinal.
Ego Ubtus Sci Euſtachii Diac. Cardin.

Datum Viterbii per Manum Magiſtri Michaëlis Sancte Romane Eccleſie Vice-Cancellarii V. Id. Junii Indictione VIIII.

Incar-

Incarnationis Dominicæ anno MCCLXVI. Pontificatus vero Domni Clementis PP. IIII. anno secundo.

Sigillum plumbeum.

Clemens PP. IIII.

Nota. Cùm à tempore *Friderici II.* Imperatoris, & post ejus obitum, sub longi interregni tempus, multi in Germania &c. excitatæ fuissent turbæ, videtur, Abbatem & Conventum S. Emmerami de conservandis Privilegiis, & Possessionibus suis fuisse solicitos, ac Bullam istam à Clemente IIII. humiliter petiisse.

Num. XCI.

Authoritate Apostolica, Ecclesia Parochialis *Aufhausen* Monasterio S. Emmerami unitur.

FRater Guido miseratione Divina tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis legatus, dilectis Filiis Abbati & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratisponens. Ord. S. Benedicti Salutem in Domino. Exigentibus devotionis vestræ meritis inducimur, ut petitionibus vestris benignum accomodemus auditum, eas quantum cum Deo possumus ad exauditionis gratiam liberaliter admittendo. Nos igitur vestris precibus inclinati, attendentésque quod Monasterium vestrum, quod est situm in mêdio nationis perversæ per querras & incendia sit multipliciter desolatum, ejusque Monasterii redditus sint adeo diminuti, quòd de eisdem non potestis, ut deceret, sustentari, nec hospitalitatis onera sustinere, ut Ecclesiam in *Aufhausen* Ratisponens. Diœces, in qua jus Patronatûs ad vos pertinere dignoscitur, cum omnibus juribus, Redditibus, & pertinentiis suis, quando eam vacare contigerit, licitè retinere, & libere perpetuo possidere possitis, Diœcesani loci ad id duntaxat accedente con-

ſenſu, liberam vobis Auctoritate, qua fungimur, concedimus facultatem, proviſo, quod dicta Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, & quod in ea animarum cura nullatenus negligatur. Datum Viennæ X. Kal. Junii Pontificatûs Dni Clementis Papæ IIII. anno Tertio.

Sigillum.

De Anno 1267.

Num. XCII.

Leo Epiſcopus Ratisbonenſis Unionem iſtam ratam habet.

NOs Leo Miſeratione Divina Ratisponenſ. Epiſcopus Univerſis tam præſentibus, quàm futuris, per preſentes litteras declaramus, quod Reverendus Pater & Dominus Quido, titl. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus Venerabili Abbati & Conventui Eccleſiæ S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti mediante noſtra petitione, quam Eidem Cardinali & Legato Concilium in Wienna celebranti porreximus viva voce, preſentibus Dno Friderico tunc Abbate dictæ Eccleſiæ S. Emmerami & aliis magnis viris, hanc fecit, & in perpetuum confirmavit gratiam ſpecialem, quòd Parochialem Eccleſiam in *Auffhuſen*, cujus jus Patronatus ad eumdem Abbatem dinoſcitur pertinere, quando eam vaccare contigerit, conceſſit in uſum dictorum, Abbatis & Conventûs S. Emmerami cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ac redditibus, qui de ipſa Parochiali Eccleſia poterunt provenire, reſervatâ congrua portione Sacerdoti Vicario eidem Eccleſiæ deputato. Verum quia prædictos Abbatem & Conventum Eccleſiæ S. Emmerami ſpeciali devotione amplectimur, & favore, ac eamdem Eccleſiam S. Emme-

Emmerami præ aliis Ecclesiis nostræ Civitatis & Diœcesis tenemur gratia prosequi ampliori, utpote quæ cum Ecclesia nostra majorem habet præ cæteris unionem, nos hujusmodi Concessionis Gratiam Specialem, sicut de nostra petitione promovimus, ut procederet ad effectum, sic jam exhibitam, & completam ratam habemus omnimodis, atque gratum, & plenum consensum nostrum eidem concessioni perpetuò adhibemus. In cujus rei evidentiam atque robur presentes litteras nostras præfatis Abbati & Conventui Ecclesiæ S. Emmerami dedimus, Sigilli nostri robore communitas. Actum anno Dni MCCLXVII. septimo Kal. Julii.

Sigillum illæsum.

Nota 1. FRATER QUIDO, (cujus Nomen in prioribus litteris legitur,) erat Cisterciensis Abbas, Generalis Ordinis. Hic anno 1267. Viennæ Concilium celebravit, cujus Concilii constitutiones leguntur tom. IV. Lectionum antiquarum Henrici Canisii pag. 81. per Jacobum Basnage Amsteledami Editarum. Plura in hoc Concilio de Judæis statuta fuerunt, qui tunc temporis in Germania versabantur, hinc de Judæis intelligi debere videntur uerba illa, quando *Quido* Cardinalis in litteris suis scribit, (*Monasterium vestrum, quod situm est in medio nationis perversæ.*)

Nota 2. Ecclesiam in *Aufhusen &c.* ARNOLFUS Rex dono dedit ASPERTO Archi-Cancellario suo, (vide Diploma Arnolfi Regis pag. 72.) qui postea factus est Episcopus Ratisbonensis. Unde Ea ad Monasterium S. Emmerami pervenit. Vicario hujus Ecclesiæ in *Aufhusen*, à Monasterio S. Emmerami, portio congrua præbetur, ad quod Monasterium jus Patronatûs hujus Ecclesiæ pertinet. Decimæ autem integræ, S. Emmerami Monasterio propriæ sunt. Dum singulis annis à Judice loci, Rationes de Ecclesiæ hujus redditibus fiunt, Abbas S. Emmerami ad illas Rationes inspiciendas quemdam ex suis ablegat, qui una cum Vicario istius Ecclesiæ actui huic interesse debet.

Num. XCIII.

Transactio facta inter Ecclesiam *S. Emmerami* & Ecclesiam in *Ror* ob certas decimas.

NOs Leo miseratione Divina Ratisponens. Episcopus, tenore præsentium constare volumus universis. Quòd, cùm inter venerabilem Abbatem & Conventum Ecclesiæ S. Emmerami, nomine Ecclesiæ suæ ex una parte, & Præpositum & Conventum Rorensis Ecclesiæ nomine Ecclesiæ suæ similiter altera parte esset materia quæstionis suborta, super decimationibus prædiorum sitorum in *Ober-Ror*. De tribus curiis in *Allntshausen*. De sex prædiis in *Perg*. De tribus prædiis in *Laber*. De quatuor prædiis in *Atlhausen*. De octo prædiis in *Helchnbach*. De sex prædiis in *Ober-Helchnbach*. De tribus prædiis in duobus Reichenreut. De duobus prædiis in *Geereichsperg*. De uno prædio in *Aspach*. De tribus prædiis in *Chranholz*. De uno prædio *Schachars-perg*. De uno prædio in *Nüdergrünpach*. De uno prædio ac huba una in *Alnthausen*. Tandem post multas altercationes, & processus varios habitas hinc & inde, fuit in Præpositum S. Magni, Decanum S. Johannis, & Magistrum Gotfridum Canonicum veteris Capellæ Ratisbonens à partibus compromissum. Promiserunt enim partibus antedictæ fide data vice Sacramenti, ac sub periculo causæ, quod quidquid præfati arbitri arbitrarentur, inter ipsos ratum & gratum haberent, ac firmiter observarent. Præfati siquidem arbitri pariter concordantes primò principaliter protulerunt arbitrando, quòd Ecclesia Rorensis dictas decimationes deinceps in perpetuum possidebit, ita quod singulis annis eadem Rorensis Ecclesia, Ecclecclesiæ S. Emmerami quinque Scaffas siguli, & quinque avenæ mensuræ Ratisponens. ante festum B. Michaëlis, & decem solidos longos Ratisbonens. monetæ, in festo B. Martini, omni casu contingente, infra muros Ratisbonens. assignabit. Arbitrati sunt etiam, quod Rorensis Ecclesia, nullam habeat potestatem vendendi, obligandi, distrahendi decimationes supradictas. Sed possideat libere, ac quiete secundum formam superius annotatam. Arbitrati sunt

etiam

etiam ad omnem jurgiorum materiam in posterum amputandam, ut pars, quæ contra hujusmodi venerit prolatum, pænam quinquaginta librarum Ratisbonens. incurrat ipso facto, quarum media pars assignabitur Ordinario loci, & altera pars arbitrium servare volenti. In cujus rei testimonium præsentes litteras sigilli nostri munimine una cum sigillis partium & arbitrorum subnotatis testibus his videlicet, fecimus communiri. Ebone Capellano Dni Abbatis, & Sacerdote dicto Schlaffchinch, & Fratre ipsius eodem nomine, & Chunrado dicto Horbech, & Marquardo dicto Puchueller, Sacerdotibus. Tobia Canonico S. Joannis, & Magistro Gottfrido Gallico Canonico veteris Capellæ. Inningario & Chunrado Tannario famulis Ecclesiæ S. Emmerami. Perchtoldo Straubingario, & *Wernhardo Famulis* Ecclesiæ Rorensis, & Marquardo Apotekario, & Chunrado dicto Pipi Ratisbonens. civibus, & aliis quàm pluribus Clericis & Laicis. Acta sunt hæc anno Millesimo CCLX. nono. Quarto Idus Augusti.

Nota 1. Nullum *Leonis* Episcopi Sigillum ex ista charta pendens adest. Vestigia autem adsunt, Duo adfuisse Sigilla pendentia. Sigilla autem duo alia, cerea, ex filis sericis diversi coloris pendentia adhuc integra conspiciuntur. In utroque imago B. Mariæ Virginis Matris cum Jesulo cernitur. Leguntur in Majori Sigillo hæc verba in circulo: MATER *Mie* (Misericordiæ,) *Dna* (Domina) *RORESIS ECCLLE* †. In altero minori, cereo, & pensili Sigillo, (si bene tamen legi) sequentia verba expressa sunt, *S. Friderici præpositi Rorensis Ecclesiæ.* Nullum tamen *Fridericum* Præpositum Ecclesiæ Rorensis in Catalogo Præpositorum *Rorens.* Tom. III. Metropol. Salisburg. pag. 253. iuveni.

Nota 2. Quinque Scaffæ Siguli, (Korn) & quinque Avenæ, singulis annis ab Ecclesia Rorensi ad Ecclesiam S. Emmerami ad hoc usque tempus unà cum solidis, in hac charta nominatis, advehuntur.

Num:

Num. XCIV.

Gregorius X. confirmat unionem Eccleſiæ Parochialis in Aufhauſen cum Monaſterio S. Emmerami.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod bonæ memoriæ. Quido Titl. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus Eccleſiam in Aufſhuſen Ratisponenſ. Diœceſ. in qua jus Patronatus, prout dicitur, habebatis, cedente, vel decedente ipſius Eccleſiæ Rectore, prout ex conceſſa ſibi à Sede Apoſtolicæ poterat facultate vobis in uſus proprios duxit perpetuo concedendum, de proventibus ipſius Eccleſiæ Vicario ibidem ſerviturò perpetuo reſervata congrua portione, ex quo comode ſuſtentari valeat, & alia ipſius Eccleſiæ conſueta onera ſupportare, Venerabilis Fratris Noſtri Ratisponenſ. Epiſcopi ſuper hoc accedente conſenſu, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc provide factum eſt, gratum habentes id Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud urbem veterem V. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno Primo.

Gregorius PP. X.

Nota, cùm Gregorius X. 1. Septembris 1271. electus fuerit, ſequitur hanc Bullam hoc ipſo anno (27. Octobris) conceſſam fuiſſe. Clemens IV. mortuus eſt 29. Novembris 1268. Vaccavit ſedes Apoſtolica

ſtolica usque ad 1. Septembris 1271. quo Gregorius X. factus eſt Pontifex Maximus. Judico Abbatem & Conventum S. Emmerami (Vacante ſede Apoſtolica per duos annos & novem menſes) anxios fuiſſe de ſuis Privilegiis, & juribus conſervandis, ideoque noviter electo Romano Pontifici Gregorio X. ſtatim pro Apoſtolicæ Sedis protectione ſupplicaſſe.

***

Num. XCVI.

Gregorius X. jubet, ut lis inter Episcopum Patavienſem & Eccleſiam S. Emmerami decidatur.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Monaſterii S. Petri Salesburgenſ. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Conqueſti ſunt nobis Abbas & Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. quòd Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Patavienſ. ſuper quadam pecuniæ Summa & rebus aliis injuriatur eisdem. Ideoque Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas. Faciens, quod decreveris Auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Urbem veterem Nonis Octobris. Pontificatus noſtri anno Primo.

Gregorius PP. X.

De Anno 1271.

Num. XCVII.

Gregorius X. præcipit, ut bona per Abbates S. Emmerami alienata, iterum ad Monaſterium revocentur.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Monaſterii de Prü-Wingen (Prüffening) Ratisponenſ. Diœceſ. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad audien-

audientiam noſtram pervenit, quòd tam dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii S. Emmerami Rarisponenſ. Ordinis S. Benedicti, quàm Prædeceſſores eorum, decimas, terras, poſſeſſiones, domos, vineas, prata, paſcua, nemora, jura, jurisdictiones & quædam alia bona ad Monaſterium ipſum ſpectantia, datis ſuper hoc litteris, factis renuntiationibus, pœnis adjectis, & juramentis interpoſitis nonnullis Clericis & Laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, in gravem ipſius Monaſterii læſionem, quorum aliqui ſuper his dicuntur in forma communi à Sede Apoſtolica confirmationis litteras impetraſſe. Cum igitur noſtra interſit læſis Monaſteriis ſubvenire Diſcretioni tuæ per *Apoſtolica* ſcripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis dicti Monaſterii, per Conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus litteris, renuntiationibus, penis, juramentis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus & proprietatem prædicti Monaſterii ſtudeas legitime revocare. Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſurâ ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Urbem veterem V. Kal. Novemb. Pontificatûs noſtri anno Primo.

Gregorius PP. X.

De Anno 1271.

Num. XCVIII.

Gregorius X. omnia Privilegia Monaſterii S. Emmerami confirmat.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem

nem. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor Equitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus aliisque Chriſti Fidelibus rationabiliter vobis ſeu prædicto Monaſterio indultas, ſicut eas juſtè, ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem V. Kal. Novembr. Pontificatûs noſtri anno Primo.

Gregorius PP. X.

De Anno 1271.

Num. XCIX.

Gregorius X. concedit Monaſterio S. Emmerami *decimas Novalium* pro ea portione, qua veteres decimæ perceptæ fuerunt.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis Abbati & Conventui S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum Auctoritate vobis preſentium indulgemus, ut in Parochiis illis, in quibus veteres decimas juſtè percipitis, Novalium quoque, de quibus eas aliquis hactenus non percepit, pro ea portione, qua veteres vos contingunt, juxta declarationem felicis recordationis Alexandri

xandri PP. Predeceſſaris noſtri ſuper hoc editam libere percipere valeatis ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem V. Idus Januarii Pontificatûs noſtri anno Primo.

Gregorius PP. X.

De Anno 1272.

Num. C.

Gregorius X. iterum confirmat omnia Privilegia & libertates, Monaſterii S. Emmerami.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ord. S. Benedicti, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus per Privilegia, vel alias indulgentias, Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & Monaſterio prædicto indultas ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu te-

merario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni V. Idus Octobr. Pontificatûs nostri Anno Tertio.

Gregorius PP. X.

De Anno 1273.

Nota. Mortuo *Udalrico* Abbate S. Emmerami anno 1272, *Haymo* à Monachis eligitur Abbas. *Leo* Episcopus Ratisbonensis *Haymonem* persecutus est, qui Sedis Apostolicæ Protectionem à GREGORIO X. humiliter petiit, & Bullâ istâ concessâ, obtinuit, in qua hæc leguntur: [*ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Monasterii &c.*] Supplicavit etiam *Haymo* Abbas RUDOLPHO Habspurgico, novo, post longum interregnum, Electo Romanorum Regi, ut Privilegium, *Henrici Imperatoris* confirmaret, atque eam Confirmationem accepit.

Num. CI.

Rudolfus Imperator confirmat Privilegia Monasterii S. Emmerami.

RUdolfus DEI Gratia Romanorum Rex Semper Augustus. Universis Sacri Imperii Fidelibus gratiam suam, & omne bonum. Regalis Excellentia tunc sui nominis titulos ampliat, & extollit cum loca divino cultui dedicata, & personas ibidem Domino famulantes benigno favore prosequitur, ac eorum justis & rationabilibus petitionibus favorabiliter se inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Abbatis & Conventus Monasterii Sancti Emmerami Ratisponensis nostro Culmini fuit humiliter Supplicatum, ut Privilegium eis ab Heinrico Romanorum Imperatore quondam indultum nostris oblatum conspectibus vellemus de benigni-

benignitate regia confirmare, cujus tenor talis eſt. [IN NOMINE &c. *Hic Privilegium Henrici Imperatoris ſuperiùs pag. 128. Num. LII. allatum, totum inſertum legitur. Proſequitur dein Rudolphus* Rex-] Nos igitur predictorum Abbatis & ejus Conventus piis Supplicationibus inclinati prefcriptum Privilegium & ejus tenorem à quondam Henrico Imperatore Romanorum ipſis datum de benignitate regia confirmamus, & ſcripti preſentis Munimine innouamus. Volumus etiam & preſenti ſtatuimus ſanctione, ùt nullus ſupradicti Monaſterii Advocatus aliquod ſervicium ſeu procurationem aliquam contra juſtitiam, formam & modum ab antiquo ſtatutum requirere debeat, vel audeat ab Abbate, aut prædiis vel hominibus pertinentibus ad eundem. Cenſum etiam ſeptem aureorum Sedi Apoſtolicæ in Exemptionis evidens argumentum ab Abbate dicti Monaſterii annis ſingulis perſolvendum auctoritate Regia confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Confirmationis ac Donationis litteram infringere, vel eidem auſu temerario contraire. Quod qui facere preſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem ſe noverit incuriſſe.

Signum Dni Rudolfi Romanorum Regis invictiſſimi. Datum Hagen. anno Dominicæ Incarnationis MCCLXXIIII. II. Idus Julii Indictione Secunda. Regni vero noſtri anno Primo.

Signum.

Sigillum illæſum.

Nota. *Leo* Epiſcopus Ratisbonenſis, neque Bullam *Gregorii X.* neque Litteras *Rudolfi* Romanorum Regis reveritus, *Haymonem* Abbatem Monaſterii S. Emmerami, anno 1275. Abbatiâ privavit, eique *Wolfgangum* quemdam ex alio Monaſterio Monachum, (invitis Monachis) ſuffecit. *Haymo* Abbas, (cujus juſſu Cenſus ſeptem aureorum &c. ad Cameram Apoſtolicam anno 1274. perſolutus fuerat, cujus Apocha ſuprà pag. 14. deſcripta eſt) ad Sedem Apoſtolicam appellavit. Maximam autem *à Leone* Epiſcopo *Haymo* Abbas, & Fratres ejus Monachi, pati debuere perſecutionem; legitur enim in actis coram Summa Sede anno 1325. *avignioni* exhibitis, & in reſponſis per teſtes juratos ibi datis, quòd *Leo* Epiſcopus *Haymonem* Abba-

Abbatem cum *Gerrico Cbraz*, & *Leupoldo Hertenpeck* Profeſſis Manachis S. Emmerami (latâ adversùs ſe (*Leonem*) ab Apoſtolica Sede excommunicatione) ictibus & verberibus per ſuos armatos capi fecerit, & carceri per multa tempora mancipaverit. Reliquos vero Fratres Conventùs S. Emmerami per ſubtractionem præbendæ victualium, & diverſos terrores & minas, per armatos ſuos, qui, fratres, gladiis & ſagittis inhumaniter perſequebantur, oſtiis & ædificiis Monaſterii nocturno tempore pro captivandis fratribus, dirutis, extra Monaſterium mendicare compulerit. Legitur in eisdem actis & reſponſis per teſtes juratos factis, quòd Cives Ratisbonenſes fratribus Monaſterii S. Emmerami tres turres in Muro Civitatis aſſignaverint ad hoc, ut ſe melius poſſent defendere contra armatos Epiſcopi. *ita in actis.* Fecit hæc *Leo* Epiſcopus, in furorem actus, quòd appellatione ab *Haymone* Abbate ad Summam Sedem factâ, (ubi *Leo* ſæpius citatus minimè comparuit) excommunicatus fuerit. De quibus ſequentes litteræ majorem afferent Lucem.

Num. CII.

ANcherus Miſeratione Divina tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis. Viro Religioſo & honeſto Abbati Monaſterii in Ahuſen Eyſtettenſ. Diœces ſalutem in Domino. Dudum inter Religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis ex parte una, & Venerab. Patrem Ratisponenſ. Epiſcopum ſuper Jure ſeu jurisdictione Epiſcopali, quod idem Epiſcopus ſe debere habere, ſeu competere aſſerit, in Monaſterio prædicto, & ſuper procurationibus, injuriis, & aliis gravaminibus, ut aſſerit, per ipſum Epiſcopum Monaſterio præfato, ejusque perſonis illatis ex altera, quæſtione ſuborta, dictoque Epiſcopo perſonaliter in *Lugduno* citato, ut per ſe vel per Procuratorem idoneum compareret, ſe dicente comparere, & reſpondere volente, & ſuper his aliquamdiu proceſſu habito, coram Venerab. Patre Magiſtro Guilielmo de S. Laurentio, tunc Dni Papæ Camerario, nunc Epiſcopo Ferrarienſ. tandem cauſa

hujuſmo-

hujusmodi nobis *Anchero* Miseratione Divinâ titl. S. Praxedis Presbytero Cardinali à Felicis Recordationis Domino Gregorio Papa decimo comissa extitit audienda & fine debito terminanda. Post hæc igitur factis de mandato nostro ad Instantiam Procuratoris Abbatis & Conventûs, prædictorum curia adhuc existente Lugdun. citationibus de dicto Episcopo in audientia publica, citando, ut moris est nihilominus postmodum Romæ more solito, primo, secundo, & tertio & peremptoriè citari fecimus, ut per se vel per Procuratorem legitimum ad procedendum in dicta causa, prout juris esset, coram nobis comparere deberet. Ipsoque in terminis hujusmodi, & etiam post terminos exspectato diutius, nec per se nec per procuratorem aliquem comparente, parte vero adversâ comparente, & ejus contumaciam accusante, nos Eumdem Episcopum exigente justitia reputavimus contumacem, ac attendentes, quod nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset. Ipsi Episcopo ingressum Ecclesiæ interdiximus, & quia etiam postmodum expectatus contumaciter comparere contempsit, Episcopum eumdem suspendimus à Pontificalibus, & tandem, quia in solita contumacia perdurando coram nobis etiam postmodum expectatus comparere per se, vel per alium non curavit, cum crescente contumacia, crescere debeat & pæna, ipsum excommunicavimus, & excommunicamus in Scriptis. Quare vobis auctoritate Apostolica, qua fungimur, in virtute obedientiæ, & sub pæna Excommunicationis districte præcipimus, & mandamus, quatenus eundem Episcopum sic interdictum, suspensum, & excommunicatum tamdiu publicè nuncietis, donec super his satisfacturus plenariè nostris & Ecclesiæ venerit parere mandatis. Demum cum ad nos eorumdem Abbatis & Conventus frequens querella pervenit, quòd præfatus Episcopus, dicta causâ coram nobis pendente, eosdem Abbatem & Conventum super his, de quibus agitur, coram nobis, propria auctoritate, seu temeritate molestavit, ac eumdem Abbatem Abbatia ipsius Monasterii spoliavit, alium intrudendo loco sui, damnaque gravia eisdem Abbati, Conventui, & Monasterio intulerit in animæ suæ periculum, & jurisdictionis nostræ, ac Ecclesiæ Romanæ contemptum, & hæc omnia dicantur esse notoria, adeoque nulla possint tergiversatione celari, vobis auctoritate prædicta committi-

mus, & ſub eadem Excommunicationis pæna præcipimus & mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, cum pendente lite nihil ſit innovandum, eumdem moneatis Epiſcopum, qui à die monitionis noſtræ ad octo dies peremptorie innovata hujusmodi, ac gravamina illata debeat revocare. Alioquin ipſum, cui ex nunc ex hujusmodi cauſa ingreſſum interdicimus Eccleſiæ, ſic interdictum publicè nuntietis, & ſi per alios octo dies, ſic interdictus emendare non curavit, eumdem, quem ex nunc ex hujusmodi cauſa à Pontificalibus ſuſpendimus, ſic ſuſpenſum publicè nuncietis, & ſi per alios octo dies ſic interdictus, & ſuſpenſus in non emendando prædicta, in ſolita contumacia perſeveraverit, eumdem, quem ex nunc ex hujusmodi cauſa excommunicamus in Scriptis, ſic excommunicatum publicè nuncietis pulſatis campanis, & accenſis candelis, donec tedio affectus ſuper his ſatisfacturus plenariè noſtris & Eccleſiæ venerit parere mandatis, quidquid autem ſuper prædictis feceritis, nobis noſtris litteris patentibus harum ſeriem continentibus fideliter reſcribatis. Datum Romæ die undecima menſis Maij, Indictione quarta. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimoſexto. Pontificatûs Domini Innocentii PP. V. anno Primo. Reddite litteras has latori eorumdem mandato noſtro fideliter executo.

Sigillum.

**********?*?**********

Num. CIII.

VEnerabili in Chriſto Patri Dei gratia Epiſcopo, & Diſcreto viro, & Venerabili Præpoſito Auguſtenſ. Amicis ſuis Chariſſimis, ANCHERUS ejusdem miſeratione titl. S. Praxedis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ſalutem in Domino ſempiternam. Exorta dudum inter Venerabilem Patrem Epiſcopum Ratisponenſem ex una parte, & Religioſos Viros *Haymonem* qui ſe dicit Abbatem, & Conventum Monaſterii S. Emme-

rami Ratisponenſ. ad Eccleſiam Romanum, ut dicitur, nullo medio pertinentis ex altera, coram Nobis per commiſſionem Domini Papæ, nobis factam, materia quæſtionis, ſuper exemptione videlicet ipſius Monaſterii, & Jurisdictione ſeu jure Epiſcopali, quam, & quod dictus Epiſcopus in dictos Abbatem & Conventum ac Monaſterium ſe dicit habere, ac ſibi competere, & gravaminibus, injuriis, moleſtiis, procurationibus, & aliis indebitis exactionibus ab eodem Epiſcopo *Haymoni*, qui ſe pro Abbate gerebat Conventui & Monaſterio prædictis, ut dicitur, illatis tandem facta prima prima Citatione ad Citandum ſuper præmiſſis Epiſcopum ſupradictum, comparuerunt coram nobis utriusque partis Procuratores, videlicet Bardus de Podrobonici pro parte dicti H (*Haymonis*) ſe pro Abbate gerentis, & conventus prædictorum & Magiſter Gondakarus Canonicus Ratisponenſ. pro parte Epiſcopi ſupradicti, & exhibuerunt ſua procuratoria in judicio hinc & inde. Verum factis poſtmodum citationibus contra Epiſcopum ſupradictum ipſius Epiſcopi contumaciis exigentibus, Eumdem Epiſcopum exigente juſtitia ſuſpendimus à Divinis, nec non etiam de prudentum virorum conſilio excommunicavimus, & excommunicatum mandavimus nunciari, & quia ad nos à parte Haymonis ſe pro Abbate gerentis, & conventus prædictorum querela frequens pervenerat, quòd Epiſcopus ſæpe dictus ipſum *Haymonem* lite pendente, contra juſtitiam, ut dicitur, ſua privaverat Abbatia, aliumque *Wolphangum* nomine alterius Monaſterii, ut dicitur Monachum ipſi Monaſterio intruſerat loco ſui, injuriásque, damna, & gravamina ipſi *Haymoni* ſe pro Abbate gerenti intulerat infinita, Eumdem Epiſcopum excommunicavimus ex hiis cauſis. Mandantes Religioſo viro & honeſto Abbati Ahauſens: ut ſi ſibi ita conſtaret, ita eſſe, prædictum Epiſcopum, ſi poſt trinam monitionem, ea, quæ lite pendente innovavit, non curaret revocare, denunciaret excommunicatum, prout in litteris noſtri Eidem Abbati transmiſſis plenius continetur. Demum poſt non modicum lapſum temporis dicto *Gondakaro* procuratore dicti Epiſcopi coram nobis & auditore noſtro in judicio comparente Idem *Gondakarus* Abbatem & Conventum dicti Monaſterii S. Emmerami citari petiit coram nobis, cujus *Gondakari* petitioni volentes annuere tanquam juſtæ, Abbatem & Conventum Mo-

nasterii memorati ad instantiam ipsius *Gondakari* ad judicium fecimus citari, & factis omnibus citationibus prout postulabat ordo juris, & pro parte Abbatis & Conventus dicti Monasterii coram nobis nemine comparente, Idem *Gondakarus* quasdam litteras super compositione inter dictum Episcopum & Wolphangum & Conventum prædictos, ut dicebat, factam nobis exhibuit, ac etiam quasdam litteras revocationis, in quibus expresse vidimus contineri, quod cum ante tempus dictorum suspensionis, excommunicationis, & denunciationis in certas personas Ecclesiasticas ab utraque parte super prædictis controversiis omnibus & singulis fuisset concorditer compromissum, dictus Wolphangus se pro Abbate gerens, totúsque Conventus Monasterii supradicti, quidquid Frater Fredericus, qui se dicit Abbatem in Metten, & Magister Petrus Canonicus Compostellanus, nec non & Magister Bardus prædictus per mandatum olim sibi traditum in suscitatione dictæ causæ post latum arbitrium super idem egerant, seu fecerant, revocabant penitus & expresse, nec non processum illorum penitus irritabant, ipsumque dicebant se velle nullum & irritum nuntiari. Quibus sic visis & plenius intellectis, cùm non comparuisset aliquis pro parte dictorum Abbatis & Conventus Monasterii supradicti, qui vellet seu posset ostendere, quo minus ad absolutionem ipsius Episcopi procedere deberemus, ipsum Episcopum à sententia excommunicationis, pro contumacia, in eum lata ad instantiam & requisitionem prædicti Procuratoris ipsius Episcopi absolvimus, & per nostras litteras nuntiari fecimus absolutum. Postmodum verò elapso ferè sex mensium spatio Magistro *Curso* de S. Geminiano pro parte, ut dicebat, Haymonis & Conventus Monasterii prælibati pro prosecutione prædictæ causæ, & Johanne de Ancona pro parte Episcopi memorati in Judicio cómparentibus, coram nobis Idem Johannes proposuit, quòd litteris procurationis, quibus idem *Cursus* utebatur nomine Haymonis & Conventus jam dicti Monasterii in judicio coram nobis nulla erat fides aliquatenus adhibenda pro eo, quod idem Haymo jam dudum ante datam litterarum ipsarum desierat esse Abbas Monasterii Memorati. Addens etiam, quòd Sigillum Conventus erat subreptitium atque falsum ex eo, quod præter voluntatem Conventus prædicti Monasterii fuerat litteris ipsis appensum. Econtra

alle-

allegavit, atque propoſuit Magiſter *Curſus* præfatus ipſum Haymonem eſſe verum Abbatem Monaſterii prænotati, & compoſitionem non eſſe factam, & revocationem procuratorii factam fuiſſe ſub Sigillo dicti Wolphangi Abbatis, ut dicebat, intruſi, & falſo Sigillo, quod idem Wolphangus, cùm verum Sigillum Conventus habere non poſſet, ipſius Conventus nomine utebatur. Nos itaque, qui de prædictis omnibus, plenam notitiam non habemus, nec propter locorum diſtantiam de eisdem nobis ligre, de induſtria & fidelitate veſtra fiduciam gerentes, in Domino pleniorem Paternitati, & Diſcretioni veſtræ committimus, vobis ſub pæna Excommunicationis Auctoritate Domini Papæ, qua fungimur in hac parte, diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus vocatis his, quorum intereſt, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis diligenter, & ſollicite inquiratis, & per vos ſuper his inquiſitione habita diligenti ſuper eisdem veritatem puram, & plenariam ſub Sigillis veſtris intra quatuor menſes poſt receptionem præſentium nobis fideliter reſcribatis. Datum viterbii anno Domini MCC. Septuageſimoſeptimo, in vigilia Pentecoſtes. Pontificatus Dni Johannis PP. Viceſimi Primi Anno Primo.

Sigillum.

Nota 1. *Leo Epiſcopus* denuntiatus fuit excommunicatus per Dominum *Pergerium* Majoris Parochiæ (Ratisbonenſ.) Vice-Plebanum, quod *Wernhardus Pheuſchl* teſtis juratus, (ut in actis videre eſt,) ita contigiſſe faſſus eſt: ſcilicet, *quòd litteræ Papales* (Domino Pergerio) *poſitæ fuerint ſuper altare ſub Corporali*, &, *quando* (Pergerius) *litteram vidit, eam legerit, & ſic coactus eum excommunicatum denunciaverit.* Ita verba teſtis Wernhardi Pheuſchl. Mortuus eſt *Leo* Epiſcopus anno 1277. cui ſucceſſit *Henricus de Rottenegg*, qui Prædeceſſoris ſui (Leonis) inhærendo veſtigiis *Wolphangum* intruſum Abbatem fovit. *Fridericum* Abbatem in Metten, Procuratorem Conventus S. Emmerami, & *Ebbonem* Priorem Monaſterii ejusdem profeſſum, pro eo, quòd in proſecutione appellationis cum aliis fratribus unanimes perſiſtereut, captivari fecit, & carceri manipatos per plura tempora detinuit, ita, ut ob terrorem, & minas *Henrici* Epiſcopi, ejusque potentiam, Monachi ad S. Emmeramum denique inſtitutionem *Wolphangi* Abbatis timore & violentia coacti diſſimulaverint. Hæc juxta relationem teſtium Juratorum coram delegatis Sanctæ ſedis, ex ipſis actis (in Rotulo, ſeu 20. maximis membraneis foliis conſequenter annexis) deſcriptis deſumpſi.

Legitur etiam in his actis, Abbates & Monachos S. Emmerami violentia & timore coactos, sub *Henrico*, & *Cunrado* Episcopis, suis Privilegiis contraria admittere debuisse, donec sub *Nicolao*, *Cunradi* Successore Episcopo, *Balduinus* Abbas ad Summam sedem denuo appellaverit, ubi pro Exemptione Monasterii S. Emmerami à Joanne XXII. sententia lata fuit, ut postea patebit.

Nota 2. Sub *Haymone* Abbatte facta, seu renovata est est Confœderatio Monasterium S. Emmerami inter, & Rottense ad Ænum sub Cunrado ejus loci Abbate 1275.

Num. CIV.

Ulricus de Abensperg (*Advocatus* Ecclesiæ S. Emmerami) profitetur se nullum jus advocatiæ, jurisdictionem, possediſſe in sylvis, lignis inter Ratisbonam, & Gebraching sitis.

NOs Ulricus dictus de Abensperch libere conditionis homo: Volumus esse notum universis præsentes litteras inspecturis. Quod nos & parentela nostra numquam habuimus, vel possedimus aliquam jurisdictionem Advocatiæ, vel alicujus juris, proprietatis in lignis, seu sylvis omnibus, quæ infra civitatem Ratisbonensem & villam Gebriching sunt sitæ. Verum quia cum sylva seù ligna supradicta liberè & integraliter, absque omnium hominum contradictione ad Ecclesiam Sancti Emmerami Ratisp- proprietatis titulo respiciant ab antiquo ad usus fratrum, & commodum in ipsa Ecclesia commorantium transferenda. Nos ne futuro tempore, præfatam Ecclesiam in lignis memoratis aliquis hominum contra justitiam, aut possit vel debeat aliquando agravare, præsentem litteram cum Sigillo nostro roboratam contra injurias & vexationes iniquas, & indebitas Ecclesiæ prælibatæ duximus assignare. Ceterum, per præsentes protestamur, quæcunque femine nostre proprietati adtinentes, cum viris Ecclesie S. Emmerami legitimo thoro contraxerint, vel contraxerunt, liberos eorumdem

rumdem ex eisdem perſonis procreati vel procreandi ad Eccleſiam Sancti Emerami libere ex nunc perpetuo pertinere. In cujus rei teſtimonium preſens privilegium inde conſcriptum cum Sigillo noſtro fecimus perhennari. Hujus autem facti teſtes ſunt. Fridericus Prior & ſacriſta Eccleſie S. Emmerami. Ebo. Hartwicus. Hermanus. Fridericus. Libhardus. Marquardus. Karolus Sacerdotes & Monachi Eccleſie S. Emmerami. Laici verò Fridericus de Ulrain. Chunradus D. Hardær. Schernpech. Volchmarus P̃ptus. Gozwinus. Hartmannus de Abach. Syboto de Pulzhann. Fridericus Puchpech. Ulricus Hürlbech. Heinricus Piſtor. Ulricus Tann. OtTo. Acta ſunt hec tempe Dni Rudolfi Regis Romanorum. Anno Dni Millmo CCLXXX. ſecundo. In die beate Juliane Virginis & Martyris.

Sigillum illæſum Penſile.

Nota. Ex his litteris patet, quid in Bawaria *Liberæ conditionis homo*, hiſce temporibus, de hominibus *ſuæ proprietati adtinentibus*, ordinare potuerit.

Num. CV.

Lodwicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawie

(Bavariæ) quasdam perſonas S. Emmeramo Martyri donat.

NOs Lodwicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawie, notum facimus preſentium inſpectoribus Univerſis, quod Ahleidem, & Gerbirgem de Geræute cum pueris ſuis nobis jure ſervitutis attinentes Venerabili Abbati & Monaſterio S. Emmerami Ratispon. Civitatis pro remedio anime nre, & progenito-

genitorum noſtrorum dedimus, & damus, donavimus, & donamus, tradidimus, & tradimus per eos jure proprietatis perpetuo poſſidendas. Dantes in teſtimonium ſuper eo has nras litteras Sigilli nri robore communitas. Dat. in Swabach, anno Dni MCCLXXX. ſeptimo XII. Kaln. Decembr.

Sigillum penſile.

Nota.

Anno MCCLXXX. renovata fuit à Wernhero Abbate S. Emmerami Confœderatio cum Monaſterio Hirſaugienſi, quæ Confœderatio tempore S. Wilhelmi Abbatis Hirſaugienſis, antea ad S. Emmeramum Prioris, Sæculo XI. jam facta fuerat. Tempore hujus renovatæ Confœderationis, *Crafto* Hirſaugienſis Abbas erat. Subſcripſerunt Bertholdus Prior Hirſaugienſis. Vollandus, & Ruggerus quondam Abbates. Gotfridus Præpoſitus in Rott. Cunradus Prior in Reichenbach. Fridericus Prior in Schonrein. Joannes Præpoſitus in Alisbach. Ruggerus Cellerarius. Bendegerus Cuſtos S. Aurelii. Manegoldus Cuſtos S. Petri. Reinhardus, Cunradus de Stetten. Bertholdus de Horwe. Conradus, Gallus, Conradus de Calwe, Sacerdotes, & alii Clerici & Laici Confratres Eccleſiæ Hirſawgienſis.

Nota. Abbatia Hirſaugienſis à Lutheranis deſtructa, Pace Weſtphalicâ, Duci Wittembergiæ confirmata fuit. Sub eodem *Wernbero* Abbate S. Emmerami renovata fuit Confœderatio (*ex antiquo*, ùt litteræ ſonant) jam contracta cum *Monaſterio Elvacenſi*, anno MCCLXXXVI. Item anno MCCLXXXVI. HENRICUS Dei Gratia Abbas, Marquardus Decanus, Præpoſiti, Prælati, totusque Conventus Eccleſiæ S. Bonifacii in *Fulda* cum Monaſterio S. Emmerami unionem, ab antiquis temporibus jam factam, renovarunt. Cujus Unionis litteras hic ſubjicio.

Num. CVI.

IN Nomine Domini Amen. Nos Henricus Dei Gratia Abbas, Marquardus Decanus, Præpoſiti, Prælati, Totusque Conventus Eccleſiæ S. Bonifacii in *Fulda*. Omnibus preſentes litteras

ras inſpecturis Salutem, & Sinceram Charitatem in omnium Salvatore, Filio Virginis Glorioſæ. Cum omnes unum Corpus ſimus in Charitate Chriſti, ſicut ait Apoſtolus, & ad invicem membra, conſequens eſt, ut ſicut ejusdem corporis organa mutuæ compaſſionis, & alternæ ſervitutis auxiliis ſublevantur. Ita nos, ſi ad Caput Principiumque noſtrum referri volumus, alter alterius onera portare debemus, legem Domini pio Charitatis ſtudio fideliter adimplere. Præceptis igitur ſalutaribus moniti, ſi tepeſcente charitate quædam abolendæ conſuetudines irrepſerunt, inventa opportunitate reſecare debemus potius, quam tenere, ſicut etiam conſuetudo laudabilis, ſi, quod abſit, exorbitaverit, toto conſtat devotionis ſtudio reformanda. Quapropter ad Univerſorum Notitiam præſenti pagina volumus pervenire, quòd cùm Venerabile Monaſterium S. Emmerami Ratisponæ, cum Eccleſia noſtra plenam Confraternitatis Unionem ab antiquis temporibus Contractam habuerit, quæ ſolum diuturni temporis proceſſu tepuit hactenus aliquantulum & tepeſcit. Nos de Prælatorum noſtrorum Conſilio tam ſalubrem & honeſtam obſervantiam cum Eccleſia prælibata decrevimus ſcriptis perpetuis renovare, ſtatuentes, & toto devotionis ſtudio confirmantes, ut omnes fratres ejusdem Eccleſiæ, ſi cum litteris obedientiæ ſuorum Prælatorum deſtinati, ad noſtrum Monaſterium pervenerint, ibidem à nobis tanquam noſtri Confratres Nutritii vel Indiginæ benignè colligantur, & benignius pertractentur, nobiscum, quamdiu per obedientiam manere voluerint, aut permiſſi fuerint, in divina laude Domino ſervituri, plenam habentes perceptionem præbendæ, in omnibus ſolatiis generalibus, ſpecialibus, & particularibus quemadmodum Fratres noſtri. Statuimus etiam firmiter à nobis, noſtrisque Succeſſoribus obſervandum, ut omnium Fratrum præmiſſorum, quorum apud nos obitus innotuerit, tanquam ex nobis decedentium habeatur memoria in conſuetis pulſationibus, & Officiis Defunctorum, hoc addito, quod pro Defuncti ſalute præbenda unius Fratris illa die pauperibus largiatur. His omnibus ſic adſtringi volumus, ut ſimile nobis fiat Charitatis obſequium in Eccleſia memorata: & quod ipſis impendimus, nobis cum omnibus conditionibus hic expreſſis æqualiter rependatur. In cujus Renovationis & Con-

firmationis evidentiam præſens inſtrumentum ſigillorum, noſtri videlicet Abbatis, & Conventus prædicti Teſtimonio communiri fecimus in robur perpetuæ firmitatis. Anno Domini MCCLXXXIX. Octavo Kalend. Novembr. in die Sanctorum Criſpini & Criſpiniani Datum, & feliciter conſummatum.

Num. CVII.

Adolfus Rex confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

Adolfus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Imperii fidelibus Gratiam ſuam, & omne bonum. Regalis Excellentia tunc ſui Nominis titulos ampliat, & extollit, cùm loca divino cultui dedicata & Perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur, ac eorum juſtis, ac rationabilibus petitionibus favorabiliter ſe inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Caroli Abbatis & Conventûs Monaſterii S. Emmerami Ratisbonæ noſtro Culmini fuit humiliter Supplicatum, ut Privilegium eis à *Ludovico* Romanorum Rege quondam indultum, noſtris oblatum conſpectibus vellemus de benignitate Regia confirmare, cujus tenor talis eſt. [IN NOMINE &c. *hìc Diploma* LUDOVICI *Regis*, ARNULPHI *Imperatoris Filii*, *ſuprà pag.* 90. Num. XXXIV. *exhibitum, integrum inſertum eſt.*] *Proſequitur Adolphus Rex:* . . . . Nos igitur prædictorum Abbatis, & ejus Conventus piis ſupplicationibus inclinati, præſcriptum Privilegium & ejus tenorem à quondam *Ludovico* Rege Romanorum ipſis datum, de benignitate Regia confirmamus, & ſcripti preſentis robore innovamus. Volumus etiam, & præſenti ſtatuimus Sanctione, ut nullus ſupradicti Monaſterii Advocatus aliquod ſervitium ſeu Procurationem aliquam, contra Juſtitiam, formam, & modum ab antiquo ſtatutum requirere debeat, vel audeat ab Abbate, aut prædiis, vel hominibus pertinentibus ad eum-

eumdem, nullique eorum liceat *Advocatiam* ſuam alteri concedere, dare, vel obligare, aut de ipſa quemquam infeudare, niſi de noſtra vel Succeſſorum Noſtrorum Regum, vel Imperatorum, & Abbatis dicti Monaſterii licentia & conſenſu. Quod ſi ſecus facere præſumpſerint, ex nunc decernimus irritum, & inane. Nolumus etiam, ut in bonis, & Poſſeſſionibus dicti Monaſterii nomine Advocatorum aliqualis impignoratio fieri debeat quoquo modo, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Confirmationis Renovationis, & Donationis litteram infringere, vel eidem auſu temerario contraire, quod qui facere præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem, ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſens inſtrumentum exinde conſcribi & Majeſtatis noſtræ Sigillo fecimus communiri. Datum Ratisbonæ V. Calendas Maij. Indictione VIII. Anno Domini MCCLXXXXV. Regni vero noſtri Anno tertio.

Sigillum.

Nota. *Carolus* Abbas S. Emmerami anno 1291. electus, ſub *Henrico* Epiſcopo Ratisbonenſi dura perpeſſus, ſed ob potentiam, & violentiam, tempori cedere coactus, omni conatu Privilegia Monaſterii ſui conſervare ſtuduit; hunc ob finem Confirmationem Diplomatis *Ludovici*, Arnulfi Imperatoris Filii, ab *Adolfo Rege* obtinere laboravit, illudque obtinuit. Ex his litteris ADOLFI Regis etiam colligitur, ADVOCATOS Monaſterii S. Emmerami, illud ipſum moleſtaſſe, & oneraſſe, uti ex ſubſequentibus dein patebit. Statuit etiam Rex *Adolfus*, ut *Advocatia* Monaſterii S. Emmerami nulli concedatur, ſine Licentia Regis (*Adolfi*,) & Succeſſorum Regum &c.

Cùm in ſequentibus *Adolfi* Regis litteris *Regalium* mentio fiat, quædam de *Regalibus* hic annotare expedit. Plura de *Electionibus* & *inveſtituris &c* priorum temporum legere eſt in Hiſtoria noſtra pag. 153. & ſeqq. I. Poſt longa diſſidia, variaque circa *electiones* & *inveſtituras* agitata: Calliſtus II. Remis anno 1119. Concilium congregavit, cui intererat Ludovicus VI. (*Craſſus*) Francorum Rex. In hoc Concilio Controverſia de inveſtituris examinata fuit, factis dein decretis, quæ ad Henricum V. (qui non longe aberat) miſſa fuerant. Henricus tribus Capitibus conſenſit, ſcil. 1mò ut liberæ deinceps forent Electiones Epiſcoporum & Abbatûm. 2dò. Ut Conſecrationes electis impen-

impenderentur ab iis, ad quod jus istud spectaret. 3tiò. Ut nulla investitura deinceps *per virgam* & *annulum* fieret. Cum autem Henricus quartum caput, (ut investituram rerum Ecclesiasticarum nihil omnino sibi laicalis exigeret Persona,) nollet accipere, à Concilio Excommunicatus est, cui Excommunicationi Ludovicus Rex Francorum consensit; qui dimissâ *bonorum Ecclesiasticorum investiturâ*, solam *feudorum investituram* retinuit. Bona Ecclesiarum dupliciter intelligenda sunt. Quædam vocantur *Regalia*, id est, *feuda*, quæ Regi debent servitium velut à Vasallo. Alia verò sunt *latifundia*, *terræ*, *prædia*, quæ Ecclesiis donata fuerant, non tamen ad Imperium spectabant. Hinc Controversiæ huic finis impositus fuit in Concilio Generali Lateranensi à Calisto II. anno MCXXII. cui interfuit Legatus Ludovici Regis Franciæ, Sugerius Abbas ad S. Dionysium. In hoc Concilio Callistus Papa ex Sententia Patrum Congregatorum inter alia decrevit, ut *Electus Regalia per Sceptrum* (non per baculum & annulum) *ab Imperatore, Rege perciperet . . . . . & quæ ex his jure debentur, Electus Imperatori, Regi, faceret.* (Vide *Ottonis Frisingens.* Chron. lib. 7. c. 46.) Imperator Henricus consensit promittens: *Dimitto Deo & Ecclesiæ investituram omnem per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ in Regno vel Imperio meo sunt, Canonicam fieri Electionem, & liberam consecrationem.*] Hac moderatione in authoritatem receptâ, Reges Galliæ *Regalium* investituram dederunt, (forte tamen *non Sceptro*) sed rescripto Regio, litteris, uti *Ivo Cornotensis* adnotasse videtur. *Investire manu, nutu, linqua.* Epist. 60. Imperator hanc Concordiam cum Pontifice initam dein in Conventibus Wirzburgensi, Wormatiensi, & Bambergensi confirmavit. Uti scribit *Abbas Urspergensis*, & *Willelmus Malmesburiensis.*

II. *Lotharius II, Henrici V.* Successor apud *Innocentium II.* instabat pro restitutione investiturarum. Sed *S. Bernardus*, singulari & divina propè eloquentia Lotharium deterruit. Nec tamen dein firma Sacerdotii & Imperii concordia constitit; cùm enim *Callistus II.* in Concilio Lateranensi superius memorato, Imperatoribus facultatem concesserit, ut *si qua inter partes* (eligentium) *discordia emerserit*, ipsi (Imperatores) *dijudicarent.* Hinc, cùm frequentissimæ essent in Electionibus dissensiones, Imperatores facultate ista usi sunt, uti de *Friderico I*, in dissidio vaccantis Ecclesiæ Magdeburgensis legitur, de quo *Otto* Frisingensis Episcopus, Friderici Regis consanquineus, (ideo ad Fridericum propugnandum forte facilior) ita scribit: [*Tradit enim Curia & ab Ecclesia eo tempore, quo sub Henrico V. de investitura Episcoporum decisa fuit intra Regnum, & Sacerdotium controversia, sibi concessum autumat, quod obeuntibus Episcopis, si fortè in eligendo partes fiant, Principis arbitrii esse, Episcopum, quem voluerit, ex Primatum suo-*

rum

rum Consilio ponere; nec Electum aliquem ante consecrandum, quàm ab ipsius manu Regalia per Sceptrum suscipiat.] Sed Eugenius III. ad Episcopos Germaniæ scripsit, eos reniti debuisse, ne ea Canonicis Regulis Contumelia aspergeretur, & ne Episcopus ex Ecclesia una in aliam transferretur, maximè *Clero nolente, imo ut dicitur, magna ex parte reclamante.* GUICMANUS jam Episcopus erat, qui per Fridericum, Episcopatum Magdeburgensem accepit, *Eique* (Guicmano) *accersito Regalia ejusdem Ecclesiæ* (Fridericus) *concessit.* ita Otto Frisingensis. Paucos post annos, inter duos Æmulos Ecclesiæ Colonienſis vacantis, idem Fridericus litem diremit, Baron. anno 1152. Otto Frising. lib. 2. cap. 6. &c. Denique Innocentii III. tempore, Imperatores juri cesserunt, ne eorum consensus in Electionibus amplius expeti deberet, unde plurimæ antea Sacerdotium inter & Imperium ortæ sunt dissensiones. Contendebant tunc de Imperio Philippus Sueviæ, & Otto Saxoniæ Duces, qui dispersis votis electi fuerant. Innocentius III, *Ottonis* partes denique anno 1209. tuendas suscepit, postquam Otto hoc jure (*Consensûs in electionem*) sese abdicaverat. Rainald. anno 1209. num. 10. *Illum volentes abolere abusum, quem quidam predecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in Electionibus Prælatorum, concedimus, & sancimus, ut Electiones Prælatorum liberè & Canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dumodo nihil ei obstet de Canonicis institutis.* Itaque duplex potestas ab Imperatore abdicata fuit, 1. Consentiendi Electionibus: 2. & potestas dirimendi litem in Electionibus. *Fridericus II.* eadem potestate se exuit. Rainald. anno 1213. num. 23. Idem fecit *Rodolphus* Habspurgicus factus Imperator, qui Gregorio X. anno 1275. illud ipsum, quod Otto IV, & Fridericus II. fecerant, spopondit. Rainald. anno 1275. num. 38.

III. Rescriptô *Callisti II.* quod ad *Henricum V.* dederat, abolitum est jus homagii, & juramenti Fidelitatis, quod Episcopi Imperatori, & Regi præstare tenebantur. Id jam à Gregorio VII. & Urbano II. vetitum fuerat, cùm judicâssent execrabile esse, ut Episcopi manus suas (quæ Divina tractant,) manibus Laicorum (quæ ex obscænis tactibus, rapinis, effusione sanguinis maculantur) subjiciant: Solemnitas enim homagii in eo posita erat, ut vasallus manus suas supponere teneretur manibus Domini. Sed huic prohibitioni non obsecuti sunt Galli, neque Germani. Illi, qui *feuda* possidebant, *homagium* præstare tenebantur, qui vero nulla feuda, sed alias res temporales tenebant, ad *juramentum Fidelitatis* adstricti erant. Veteri Constitutione inductm jam fuerat, ut Episcopi *juramen um Fidelitatis* Regibus præstarent. Innocentius III. in Concilio Lateranensi censuit,

ſuit, quod æquum eſſet, ut Clerici, qui bona temporalia poſſident, *juramentum Fidelitatis* præſtent Principibus. Tempore *S. Bernard*, qui poſt *Calliſtum II.* floruit, inveſtitura *Feudorum* ſive *Regalium* jam in uſu erat; ſcribit enim in Epiſtola CLXIV. de quodam, qui ad Epiſcopatum electus erat. *Feſtinavit ad Regem, Regalium inveſtituram accepit,* non autem approbavit Bernardus illam, per annulum, & virgam, ſed quam Calliſtus II. Henrico confirmavit: *Electus autem Regalia per ſceptrum à Te recipiat . . . . & quæ bis jure tibi debet, faciat.* Ex dictis jam patet *inveſtituram Regalium ſeu Feudorum, ac juramentum Fidelitatis* publica auctoritate convaluiſſe. Inveſtituram Regalium Fridericus III. *per ſceptrum* dedit Epiſcopo Tullenſi. *Carolus V.* hunc morem in uſum revocavit Anno MDXXII. Non autem idem inveſtiturarum modus, omnibus Vaſallis communis eſt. Otto Friſingenſis Lib. 11. Cap. 5. & 6. jam ſcripſerat: Epiſcopatus conferri per ſceptrum, Regna per enſem, & Provincias per vexillum. Superaddam ego verba *Jvonis* Carnotenſis Epiſt. 60. *inveſtire manu, nutu, lingua*: quæ *inveſtitura*, REGIO ET IMPERIALI RESCRIPTO, ad alia Feuda occupanda conceditur.

IV. Quæres, quid ergo REGALIUM nomine intelligendum ſit? En Epiſtolam *Paſchalis II.* Vigeſimam ſecundam ad *Henricum V.* Imperatorem. *Paſchalis II,* cùm Anno MCVII. in urbe Catalaunenſi præſente *Ludovico* Rege Francorum, Colloquium inſtituiſſet cum legatis Imperatoris Henrici V. Archi-Epiſcopo Trevirenſi ibi pro Imperatoris jure magnificè differenti reſpondit, Eccleſiam fore ſerviliter ſubjectam Imperatori, ſi Prælatum absque conſilio Imperatoris eligere non poſſet, mortem verò JEſu Chriſti irritam eſſe, ſi Epiſcopus inveſtiatur per baculum & annulum. Cum dein *Henricus* Italiam bello peteret, Præcepit *Paſchalis*, ut Epiſcopi *Regalia* Imperatori dimitterent; Ipſe verò *Henricus* renuntiaret juri inveſtituræ & liberas eſſe ſineret Epiſcoporum electiones: Ita ſcribens *Cit. Epiſt.* [*Tibi itaque fili Cariſſime, & REGALIA illa dimittenda* (ab Epiſcopis & Prælatis relinquenda) *præcipimus, quæ ad Regnum manifeſte pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & Ceterorum Predeceſſorum tuorum. Interdicimus etiam, ne qui Epiſcoporum vel Abbatum Eadem REGALIA invadant, id eſt, civitates, Ducatus, Marchias, comitatus, monetas, teloninm, mercatum, advocatias, jura centurionum, & curtes quæ Regni erant cum pertinentiis ſuis, militiam & Caſtra; & ne ſe deinceps niſi per gratiam Regis de ipſis regalibus intromittant.* Legimus etiam apud *Baronium* ad Annum 1185. N. 3. Item ad Annum 1186. N. 3. & ſeqq. quòd quidam ad *Henricum* Friderici I. Imperatoris filium, tunc in Longobardia comorantem vocatus fuerit, quem *Henricus* ita allocutus eſt: *Dic Clerice à quo Pontificalem inveſtituram acceviſti?* Clericus reſpondit: *à Papa; Nibil de* REGALIBUS *poſſideo nec* MINI-

STERIA-

STERIALES, *nec* CURTES REGIAS *habeo, idcirco de manibus Domini Papæ Parochiam, cui præsum, teneo &c.* Ex his duobus locis patet, quid nomine REGALIUM, à Rege, vel Imperatore concessorum, tunc temporis indultum fuerit, scilicet: CIVITATES, DUCATUS, MARCHIÆ, COMITATUS, MONETÆ, TELONIUM, MERCATUS ADVOCATIÆ, JURA CENTURIONUM, CURTES QUÆ REGNI ERANT, CUM PERTINENTIIS SUIS, MILLITARIA CASTRA, MINISTERIALES. Quædam ex his Regalia Feoda, Monasterio S. Emmerami à Prioribus Regni Francici Regibus concessa fuisse ex allatis jam Diplomatibus patet. Sic *Carolus Magnus* multa jugera terræ, (SUAM POSSESSIONEM) *Vide Num. I. pag. 2.* S. Emmeramo, & Monachis ibidem donavit, eisque omnia, quæ Pater (Caroli) *Pipinus*, antea ubique locorum sancto Emmeramo tradiderat, confirmavit. Vide Num. II. pag. 5. Ludovicus Germanicus *RES PROPRIETATIS SUÆ* in terra Avarorum S. Emmerano contulit. Vide Num. XIII. pag, 41. Vide etiam. Num. XV. pag. 45. Num. XVI. pag. 47. Num. XVII. pag. 50. ubi Ludovicus Rex *Rectoribus & Advocatis* Monasterii S. Emmerami omnes homines in nominatis ibi locis commanentes *distringendi* facultatem tribuit, ita, ut neque ulla judiciaria potestas super rebus infra *prædictam marckam* sitis, potestatem quandam exercere valeat. Idem Rex Ludovicus *res proprietatis suæ* de suo jure, in jus & dominationem S. Emmerami transtulit. Num. XVIII. pag. 54. Num. XIX. pag. 55. Karlomanus Rex quasdam *res Proprietatis* suæ Ecclesiæ S. Emerami contulit. Num. XXII. pag. 62. *Arnolfus* Germaniæ Rex, jubet res S. Emmami in Pago Quinzingouue sitas restitui, & totam *marcham* ad S. Emmeramum pertinentem fideles suos circumducere. Num. XXVI I. pag. 74. Idem *Arnolfus* Imperator *civitatem noviter factam* (Ratisponàm civitatem, novis ædificiis ampliaverat Arnolfus) hæcque nova ædificia, in civitate &c. una cum XL. Vineis S. Emmeramo tradidit. Num. XXX. pag. 81. *Ludovicus Arnolfi* Filius *Vineam* quamdam suam aliasque res *proprii juris sui*, in jus & proprietatem S. Emmerami concessit. Num. XXXI. pag. 84. Num. XXXII. pag. 85. OUTA Imperatrix quasdam res proprii juris sui, quas ab Arnolfo Imperatore susceperat, S. Emmeramo contulit, quod Ludovicus Rex Filius Outæ confirmavit, addito regimine, & Banno. Num. XXXIII. p. 88. Vide etiam Num. XXXV. pag. 95. *Cunradus* Rex confirmat res S. Emmeramo ab Ellinrat Arnolfi Regis concubina donatas, quas Ellinrat largitate Regis acquisierat. Num. XXXVII. pag. 98. Idem Chunradus Rex donat S. Emmeramo forestum juxta *Suzipach.* Num. XXXIX. pag. 102. Idem de jure suo decimam partem vectigalium de Ministerio Zollenarii &c. Num. XL. pag. 104.

V. Otto

V. Otto I. Varia Regalia S. Emmeramo contulerat, *partem hæreditatis nobilis viri Diotmari Regiæ Poteſtati, judicio Scabineorum cum omnibus judicatam.* Num. XLIV. pag. 112. Item *Helphindorf cum foreſto, foreſtariis, venatione nec non regio Banno, inſuper* & *Niuhingan* in pago ſundergovve cum omnibus . . . ea poteſtate, & *ſecuritate, qua hucusque ad ſervitium Regium deſerviebant.* Num. XLII. pag. 106. Ulterius Confirmat Rex Otto donationem Warmundi comitis S. Emmeramo factam, cum omnibus rebus .... vectigalibus: Regio Banno, ac Regiæ poteſtatis adjumentis. Num. XLIII. pag. 110. Idem ſtatuit Monaſterium in poteſtate Imperatorum in ævum permanere debere. Num. XLV. pag. 113. Otto II. Monachis S. Emmerami confirmat bona in *Ruit* juxta *Ænum* fluvium, cum omnibus . . . portibus, vectigalibus, Regis Banno, ac Regiæ poteſtatis adjumentis. Item facultatem Banniendi in furtis, homicidiis &c. Num. XLVII. pag. 119. Heinricus II. concedit Monaſterio S. Emmeramo Curtem *ſui juris Eitterhoven,* ab avo ſuo *Henrico* huic cænobio jam donatam. LIII. pag. 130. Quos Advocatos Monaſterium S. Emmerami habuerit, & quibus jus *Advocatitium* contulerit, vide ad finem ea, quæ de *Advocatis &c.* dicentur. Fridericus I. ſingulare quoque Abbati S. Emmerami ejusque ſucceſſoribus privilegium dignitatis conceſſit, ut in ordinem & jus poſſit promovere MINISTERIALIUM quemcunque de familia tali honore, judicaverit eſſe dignum. Num. LVII. pag. 146. Sed jam ante *Friderici I.* privilegium Monaſterium S. Emmerami *Miniſteriales* habuit, ſic in Codice Traditionum. Vide P. Pez Tom. 1. Theſauri Anecdot. Parte III. pag. 133. Goteſchal MINISTERIALIS Cænobii S. Emmerami nominatur, qui ante Friderici I. privilegium hoc munere inſignitus erat. Unde *Fridericus* Privilegium iſtud potius *confirmáſſe*, quàm *conceſſiſſe* dicendus eſt. Item Traditione 136. ibid *Sigebardus & Frater ejus Eberhardus Miniſteriales S. Emmerami,* qui quædam bona S. Emmeramo donarunt. pag. 144. *Henricus de Salerdorf* Miniſterialis S. Emmerami. pag. 145. Sigehardus de Laha. *Miniſterialis.* pag. 145. *Winigerus, Bernoldus Miniſteriales* pag. 147. qui in præſentia aliorum MINISTERIALIUM S. Emmerami, allodium proprium huic cœnobio dederunt. *Gerold Miniſterialis* Eccleſiæ S. Emmerami in villa Eitterhovem Capellam conſtrui fecit. pag. 151. Miniſteriales Eccleſiæ S. Enmerami. *Popo de Hartingin. Odalricus de Pentelingin.* pag. 155. *Wernber de Veggin Miniſterialis* S. Emmerami. Hundius Tom. 1. Genealog. Bavar. pag. 3. Vide Notam. 3. in litteras *Friderici I.* Num. LVII. pag. 149. ubi de Nomine (MINISTERIALIS) quædam obſervavi. Ex his ſingulis huc usque allatis patet, varia REGALIA Monaſterio S. Emmerami ab Imperatoribus & Regibus fuiſſe conceſſa, quorum licet quædam ad alios jam tranſierint, non tamen ſingula, uti ex notis ad Priora Diplomata, & aliis per hæc folia legendis innoteſcit.

teſcit. Hæc de *Regalibus* dicta jam ſufficere judicabam, ſed ecce! occurrunt mihi noſtras Chartas & Codices luſtranti, adhuc alia *Regalia*, ſcilicet MARCA *ad Champa*, quam *Marcam* TASSILO Dux Bavariæ, beato Emmeramo jam reſtituit. Vide P. Pez cit. loco. pag. 202. Item MARCHA ſancti Emmerami, eodem loco. pag. 108. de aliis *Marckis* ſuprà jam mentio facta eſt. *Marcka*, *Marchia*, eſt *terminu*, *limes*, *fines cujuscunque Regionis*, *territorium*. Vide Gloſſar *du Cange* verbò *Marcha*.

Num. CVIII.

Adolfus Rex Abbatem S. Emmerami Principis titulô ornat, ac eidem Regalia Feoda Principatûs concedit &c.

ADolfus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Romani Imperii Celſitudo conſurgens antiquitus, & fundata mirifice ſuper immobile Firmamentum excellentiæ prærogativa, qua viguit, columpnis meruit ſtabilibus ſtabiliri, & egregiis juncturis indiſſolubiliter adornari. Inter quas quidem Illuſtres Principes ad totius Operis Machinam ſupportandam præcipuè, ut columpnas voluit potiori præſtantia præeminere, ut quo uberius Gratiæ Privilegiis inſigniri ſe ſentiunt, eo amplius debeant in obſequioſæ viciſſitudinis redhibitione gratuita, ceteris præclarere. Sanè cum Venerabilis Karolus Abbas Monaſterii S. Hemmerami Ratisponenſ. Dilectus Princeps noſter Romano Imperio & nobis obſequioſe devotionis ſigna prætendit, ad Celſitudinis noſtræ Præſentiam nuper accedens nobis omnimodæ obeditionis inſignia præſentavit. Nos ipſum tanquam noſtrum & Imperii Principem ad benivolas applauſivæ Dulcedinis admittentes amplexus, Regalia Feoda Principatûs ejusdem, quem obtinet, ſibi de Regia liberalitate conceſſimus, & Eundem Abbatem inveſtimus de eisdem, amminiſtrationem temporalium & Jurisdictionem plenariam Principatûs ejusdem Eccleſiæ prænotato Abbati preſentium ſerie committentes.

tes.

tes. Quocirca Universis & singulis Vasallis, Ministerialibus, & hominibus suis & Ecclesiæ suæ, damus presentibus in mandatis, quatenus, ipsi Abbati tanquam Principi nostro, & Dno suo intendant in omnibus humiliter, & pareant reverenter. Datum Ratispone v. Kalend. Maij Indict. VIII. anno Dni M. CC. Nonagesimo Quinto. Regni verò nostri Anno Tertio.

Sigillum illæsum.

Nota. Hæ, sunt *Peimæ* litteræ, quibus Abbas ad S. Emmeramum, à Rege Romanorum PRINCIPIS titulo honoratus est, & Eidem (Abbati) REGALIA PRINCIPATUS Ecclesiæ S. Emmerami concessa fuerunt. Nulla hic fit Mentio præstiti HOMAGII, aut JURAMENTI FIDELITATIS, nisi forte verba ista: [*ad Celsitudinis nostræ Præsentiam accedens Nobis omnimodæ obeditionis insignia præsentavit*] id ipsum insinuare, censenda sint. Nullæ antiquiores adsunt Chartæ, in quibus de *Investitura*, & *Infeodatione* EXPRESSA mentio facta fuisset. Abbates S. Emmerami, *B. Ramvoldi* Successores, ab Imperatoribus OTTONE I. (pag. 113.) HENRICO II. (pag. 128.) FRIDERICO I. (pag. 146.) FRIDERICO II. (pag. 162.) CONRADO, FRIDERICI II. Filio. (pag. 176.) RUDOLFO pag. 206. Privilegiorum Ecclesiæ S. Emmerami, à Regibus & Imperatoribus (CAROLO M. LUDOVICO Pio: ARNULFO: LUDOVICO ejus Filio,) pridem concessorum confirmationem soliciti petierunt, obtinuerunt, eaque ratione *investituram* accepisse censendi sunt. Ipsi Summi Pontifices LUCIUS II. (pag. 139.) GREGORIUS VIIII. (pag. 170.) INNOCENTIUS IV. (pag. 174.) CLEMENS IV. (pag. 190.) GREGORIUS X. (pag. 205.) ad humillimas preces supplicantium Abbatum, Apostolicæ Sedis Protectionem, & Libertatis Privilegium à LEONE III. EUGENIO II. NICOLAO I. FORMOSO, (vide pag. 90. & 91.) Summis Pontificibus concessum confirmarunt. Fuerunt Episcopi Ratisbonenses, *Henricus I.* morti proximus, *Hartvvicus II.* (pag. 153.) *Cunradus II.* (pag. 157.) qui libertatis & exemptionis Privilegium istud agnoverunt. Successerunt eisdem alii qui Monasterium sibi subjectum volebant, Abbates & Monachos pro Privilegiis pugnantes captivarunt, & ad summam paupertatem deduxerunt. *Haymo* Abbas, ne Privilegia everterentur, contra *Leonem* Episcopum, ad Summam Sedem appellavit. Mortui *Leonis*, *Henricus* de Roteneck, Successor Episcopus, Vir Potens, Antecessoris vestigiis inhærens omnibus viribus Monasterium S. Emmerami sibi subdere laboravit, Abbatem & Monachos ejus persecutus est. Hi autem præteritorum, (sub *Leone* Episcopo) memores,

minus

minis & terrore Carceris, violentiâ, timore cohibiti, plura committere inviti compulsi sunt, modestè tamen in contrarium protestati. Sic *Wernherus* & *Karolus* Abbates, ab *Henrico* de Rotenek Episcopo *Confirmationem*, & NB. REGALIA acceperunt, factâ tamen protestatione, quod, quàm cito possent habere Copiam *Regis Romanorum*, ab ipso *Regalia* susciperent, quod etiam, factâ Copiâ, fecêre, uti ex Actis, Juratorum Testium dictis, atque ex mox recitatis *Adolfi* Regis litteris patet. Abbates dicti appellationem ab *Haymone* Abbate prius, contra *Leonem* Episcopum ad Sedem Apostolicam, factam, metu, violentia, Potentia *Henrici II.* de Roteneck, ejusque Successoris *Cunradi IV.* Episcoporum, prohibiti, apertè haud prosecuti sunt, Horumque Episcoporum Potentiæ, (protestandò tamen,) cesserunt; donec *Balduino* Abbate, contra *Nicolaum*, *Cunradi* Episcopi Successorem, appellationem instaurante, eoque in Curia *Avignioni* mortuo, à JOANNE XXII. pro Exemptione Monasterii S. Emmerami sententia lata fuerit. Fuerunt, qui illis temporibus *Henrici de Roteneck*, & *Cunradi IV.* Episcoporum Ratisbonensium, *Advocatos* egerunt Ecclesiæ S. Emmerami, minimè ad id munus electi, vel rogati, sed, qui se ipsos, *Advocatos* dixerunt, plurima Monasterio inferentes damna. Sic Nobiles quidam (*Comites de Leonberg*) Monasterio S. Emmerami, Abbati, & Monachis, violentiâ, terrore, & persecutione jam attritis, atque ad Summam paupertatem deductis, graves quoque intulerunt molestias, *Jus advocatitium* Ecclesiæ S. Emmerami, & ex eo plurima emolumenta sibi attribuentes. Abbas & Monachi ad extrema adacti ad Duces Bawariæ confugerunt, ab iisdem Auxilium sibi quærentes, quod promptissimum experti sunt, ut ex litteris sequentibus patet

Num. CIX.

IN Nomine Domini Amen. Nos OTTO, LUDOVICUS, & STEPHANUS Dei Gratia Comites Palatini Rheni, Duces Bavarie, per presentia notum facimus universis, quòd, cùm Ecclesia sancti Emmerami Ratisbonæ ex prærogativa virtutum Religionis sublevata laudibus, & Sanctitatis præconio multiplici floreat venustate, ipsáque progenitoribus nostris, & Nobis, ferventibus obsequiis fideliter & indesinenter adhæserit, propter quod illum locum ex sui honestate, tanquam honorabilius membrum nostri Principatus singulari favore prosequimur, dignaque Reverentia meritò veneramur. Et cùm viri Nobiles fideles Perngerus, Wern-

Wernhardus,& Henricus Germani comites de Leonberg asſeruerunt ſe debere eſſe Advocatos Granarii Eccleſiæ memoratæ, quod vulgo dicitur **Kaſten-Vogt**, quamvis à tempore, cujus non extat memoria, nunquam fuerint in poſſeſſione juris ejusdem Advocatitii, ſed nitentes eam ſibi per violentiam uſurpare, gravia propter hoc eidem Eccleſiæ damna, in ſuis poſſeſſionibus intulerunt. Super quo nos compatientes ipſi Eccleſiæ communicato ſalubri conſilio Reverendi in Chriſto Patris Domini Henrici venerabilis Epiſcopi Ratisbonenſis ac aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum, nec non Magnatorum & Baronum noſtrorum provida deliberatione præhabita pro bono pacis, & ut ſervi Dei à talibus vexationibus quieti remaneant, quo facilius divinis inhæreant cultibus, taliter interpoſuimus diligentiæ noſtræ partes, quod ex compromiſſione utriúsque partis, videlicet Abbatis Eccleſiæ ſupradictæ, ac ſui conventûs ex parte una, & Comitum prædictorum ex altera, facta in Nos tanquam in arbitros, arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores arbitrati ſumus, quòd iidem comites in noſtri præſentia conſtituti ceſſerunt, & renunciaverunt ſimpliciter, & præcisè pro ſe, ſuisque hæredibus, & omni parentela eorum, & Succeſſoribus quibuscunque, omni juri, ſi quod habebant, vel habere ſe dicebant, in Advocatia ſúpradicta, imo potius vexationi, quam prætexu ejusdem Advocatiæ ipſi Eccleſiæ inferebant, & ad obſervandum inviolabiliter hujusmodi arbitrium memorati Comites, pro ſe, ſuisque hæredibus & Succeſſoribus ſe præſentibus obligarunt, ſolemni ſtipulatione adhibita, ſub pæna ſcilicet trecentarum marcarum argenti ponderis Ratisbonenſ. quorum Centum Cameræ noſtræ, & ducentas ſolvent Eccleſiæ ſæpefatæ. Si forte, quod non credimus, ipſi, vel hæredes, aut Succeſſores eorum in aliqua parte fuerint transgreſſores arbitrii promulgati, repetendo videlicet in judicio, vel extra, aut per vim, ſive metum, ſeu alium quemcumque colorem exquiſitum dictam advocatiam, quæ **Kaſten-Vogtey** dicitur, aut ſibi quomodolibet uſurpando vel ratione ipſius gravando in aliquo Eccleſiam ſæpedictam ex tunc, ut præmiſſum eſt, ſine contradictione qualibet, ſolvent pænam, ſeu pecuniam, ſuperiùs annotatam, arbitrio in ſua firmitate nihilominus perdurante. Salvis etiam pænis Imperialibus contra quoslibet offenſores injuria-

tores

tores ipsius Ecclesiæ ab antiquo edictis, & statutis, quæ in Privilegiis Imperatorum & Regum Romanorum ipsi Ecclesiæ super Immunitate sua concessis plenius continentur, quas ipsis Imperatoribus Romanis & Regibus reservamus. Ut autem hæc omnia salva, integra, & illæsa juxta formam præscriptam modis omnibus conserventur, præsentes litteras sigillis videlicet prædicti Reverendi in Christo Patris Domini Henrici Venerab. Episcopi Ratisponens. & nostris ac prædictorum Comitum, nec non fidelis nostri Ulrici Nobilis de Abensperg, placuit communiri. Actum & Datum Ratisbonæ. Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimoquinto. III. Id. Augusti. Nos verò Perngerus, Wernhardus, & Heinricus Comites de Leonberg recognoscentes Nos Ecclesiæ S. Emmerami sæpiùs dictæ injuriam irrogasse, usurpando, seu volendo Nobis usurpare Advocatiam prænominatam, & ratione ipsius damna eidem gravia inferendo præsentibus confitemur, nos Cessisse & renunciasse simpliciter & præcisè pro Nobis & Hæredibus nostris nunc existentibus & futuris, seu etiam Successoribus nostris omni juri, si quod in Advocatia præmissa habere videbamur, vel potius ad habendum injuriosè conabamur; Obligantes nos & hæredes, ac successores nostros præsenti Scripto ad solvendam pænam trecentarum Marcarum argenti ponderis Ratisbonensis solvendum, secundum arbitrium præscriptum, si forte ipsum transgressi fuerimus in aliquo præmissorum, quæ in ipso arbitrio superius exprimuntur, eodem arbitrio in sua firmitate nihilominus permansuro. In cujus Cessionis, renunciationis, & obligationis per Nos factæ testimonium & observantiam inviolabilem præsentibus litteris sigilla nostra duximus appendenda. Actum & Datum loco, Anno, & die superius annotatis.

Sigill. *Henrici* Episcopi. Sigillum OTTONIS Ducis. Sigillum *Lodvvici*, Ducis. Sigillum *Stephani* D. Sigillum *Perngeri* Comitis de Leonberg. Sigillum *Wernhardi*, & *Henrici* Comitum desunt. Sigillum *Ulrici* de Abensperg. Omnia ista Sigilla Cerea & illæsa.

Nota 1. Hæ litteræ repetitæ adſunt, pendentibus etiam Sigillis Cereis, *Ottonis*, *Lodvvici*, *Stephani* Ducum. Item *Perngeri* Comius de Leonberg. Sigilla *Wernhardi* & *Henrici* Comitum de Leonberg etiam hic deſiderantur. Neque Sigillum *Henrici* Epiſcopi, in his litteris conſpicitur. Sigillum *Ulrici* de Abenſperg illæſum pendet.

Nota 2. Singulari prorſus gratiâ Duces Bawarie, Eccleſiam S. Emmerami ſemper proſecuti ſunt. Placuit Bawarie *Ottoni*, *Ludvvico*, *Stephano* Ducibus in hiſce litteris, Monachorum & Abbatum ad S. Emmeramum obſequia præſtita Singularibus cohoneſtare laudibus, & Eccleſiam S. Emmerami tanquam HONORABILIUS membrum PRINCIPATUS ſui celebrare, & DIGNA REVERENTIA (quænam Ducum iſtorum Gratia!) VENERARI.

Nota 3. Duces hi expreſsè loquuntur, de Privilegiis, & Imunitate, ab Imperatoribus & Regibus Romanis Eccleſiæ S. Emmerami conceſſis, unde pænas hujus Eccleſiæ injuriatoribus ſtatutas, Imperatoribus, & Regibus reſervant.

Nota 4. Adverti prius, in binis hiſce litteris, idem ſonantibus, deſiderari Sigilla *Wernheri*, & *Henrici* Comitum de *Leonberg*, quos conſenſum ſuum revocaſſe, & ideo Sigilla ſua minime appendiſſe, judico; *Cunradus* enim Epiſcopus Ratisboneuſis anno 1297. (mox exhibendis litteris) notum facit, *Wernhardum* & *Henricum* Comites de Leonberch, compromiſſione factâ, & *arbitratione* acceptata, juri *advocatitio*, quod uſurpabant, ceſſiſſe, & renunciâſſe. En litteras Cunradi Epiſcopi

Num. CX.

NOs Conradus Dei gratia Epiſcopus Eccleſiæ Ratisponenſ. Conradus ejusdem Eccleſiæ Decanus, per præſentia notum facimus univerſis, quòd cum Nobiles viri Wernhardus & Heinricus germani comites de Leonberch, aſſerentes ſe debere eſſe Advocatos Granarii Eccleſiæ ſancti Emmerami Ratisponens: quod vulgo dicitur Caſten-Vogt, quamvis à tempore, cujus non extat memoria nunquam fuerint in poſſeſſione Juris ejusdem Advocatitii, ſed ſibi per meram violentiam, prout veraciter audivimus, non modo uſurpaverint, ſed potius uſurpa-

re

re conarentur, gravia propter hoc eidem Ecclesiæ damna in suis possessionibus intulissent. Nos compatientes ipsi Ecclesiæ, qualiter eam possemus ab hujusmodi gravamine relevare, curam adhibuimus diligentem, partes ad viam compositionis amicabilem inducendo. Igitur ex compromissione utriusque partis, videlicet Abbatis, Ecclesiæ sæpedictæ, ac sui Conventus ex parte una, & Comitum prædictorum ex altera, in Nos, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores facta, & ex arbitratione nostra à partibus acceptata, præfati comites cesserunt, & renunciaverunt simpliciter & præcise, pro se, suisque hæredibus & omni parentela eorum, atque suis successoribus quibuscunque, omni juri, si quod habebant vel habere se dicebant in advocatiam supradictam, imo potius vexationi, quam prætextu ejusdem Advocatiæ inferebant Ecclesiæ prænotatæ. Promittentes pro se, suisque hæredibus & successoribus, ac se præsentibus obligantes, quod nec in judicio, vel extra, nec per vim, sive metum aut alium quemcunque colorem exquisitum, præmissam Advocatiam, quæ **Casten-Vogtey** vulgo dicitur, ipsi vel posteri eorum sibi ulterius usurpabunt, nec ratione ipsius vexabunt, vel gravabunt, in aliquo Ecclesiam sæpedictam. In cujus rei testimonium præsens Instrumentum conscribi fecimus, & Sigillorum nostrorum ac prædictorum Comitum, & Nobilis viri Ulrici de Abensperg munimine roborari. Actum & Datum Ratisbonæ Anno Domini MCC. Nonagesimo septimo II. Calend. Augusti.

Sigillum *Chunradi* Episcopi. Sigillum *Chunradi* Decani. Sigillum *Wernhardi* Comitis de Leonperch. Sigillum *Heinrici* Comitis de Leonperch. Sigillum *Ulrici* de Abensperch.

Nota 1. Ex iis, quæ ad finem *de Advocatia* Ecclesiæ S. Emmerami dicentur, intelligemus, cur Comites *de Leonberg* sese, veluti ADVOCATOS Ecclesiæ & bonorum S. Emmerami gesserint, scilicet: Nobiles de *Abensperch* ADVOCATI erant Ecclesiæ, & bonorum S. Emmerami, (uti ad finem de *Advocatis* Monasterii hujus dicetur) cùm

cùm ergo comites *de Leonberg* ex Abenspergenſibus ortum ducant, uti (Hundius tom. 1. Stammen-Buch notat,) hinc exiſtimo, Comites *de Leonberg* ex Abenſpergenſibus deſcendentes, jure quaſi hæreditario hoc jus *Advocatiæ* bonorum, & Eccleſiæ S. Emmerami ſibi vendicaſſe. Congruum videtur, ut chartas quasdam hic exhibeam, ex quibus patet Nobiles de *Abensperch* ADVOCATOS fuiſſe bonorum, in pluribus locis ſitorum & ad Eccleſiam S. Emmerami ſpectantium. Comites de *Rotenek*, qui *Abenſpergenſibus* proximè conjuncti erant, (vide in fine de ADVOCATIA in *Lautterbach*) Advocatos egerunt bonorum S. Emmerami in *Lautterbach* propè *Geiſenveld*, uti ex charta mox producenda patet.

Nota 2. In animadverſione ad litteras *Adolfi* Regis (vide Num. CVIII. pag. 227.) dixi, *Wernherum* & *Carolum* Abbates ad S. Emmemum, ſub *Henrico* de *Rotenek*, & *Chunrado IV*, Epiſcopis Ratisbonenſibus, appellationem ad Romanam ſedem APERTE non fuiſſe proſecutos, ſed Potentiâ, vi, terrore præteritorum, plura invitos feciſſe, modeſtè tamen proteſtatos. *Chunradus IV*, licet Abbati & Monachis S. Emmerami graves injurias & moleſtias non intuliſſet, auctoritatem tamen quamdam in eos exercere conatus eſt; uti ex præſenti charta &c. patet, cùm de *jure Advocatitio* bonorum S. Emmerami tractaverit, *curam adhibendo, ut partes ad viam compoſitionis induceret.* Hanc *Cunradi IV.* curam Abbas & Conventus (illis temporibus,) (contra comites de *Leonberg*) haud rejiciendam eſſe judicantes, in *Chunradum* Epiſcopum tanquam ARBITRUM compromiſerunt.

Num. CXI.

Comites de Rottenek, ex Abenſpergenſi Proſapia, *Advocati* erant bonorum S. Emmerami in Lauterbach.

IN Chriſti Nomine Amen. Gebehardus Di gra comes dictus de Rottenekke univerſis in perpetuum. Ne quid de geſtis mortalium abducat error aut obliuio, providentia Diſcretorum ſua conſuevit facta litterarum comendata teſtimonio ad poſteros

deſti-

deſtinare. Inde eſt, quod ad cunctorum volumus noticiam pervenire, quod cum quædam huba *noſtræ Advocatiæ in villa Loutterbach*, quæ olim venatoris dicebatur, ad ſpeciales Conventus Eccleſie ſancti Emmerammi uſus, ad officium obellariæ ipſorum pertinere cepiſſet, quodam Clerico eandem ab obligatione, qua multis detenta fuerat annis, redimente, & in remedium, ac memoriam ſui de ipſa perpetuo à Conventu prædicto faciendam, eisdem fratribus liberè reſtituente venerabilis Ulricus Abbas & Conventus præfatæ Eccleſiæ nobis inſtiterunt, Rogantes quatenus eamdem vellemus hubam à conſuetis ſervitiis, quæ de ipſa nobis *per fas*, *vel per nefas* antea fuerant exhibita, reddere ſub tali forma liberam & ſolutam, ut nihil de ipſa penitus præter unam Scapham avennæ annuatim conſequeremur, ea conditione, ut omnes præteritorum temporum exactiones, & dampnificationes à nobis vel à patre noſtro felicis memoriæ illatæ ipſis præciſe nobis remiſſæ ſint, & indultæ, & nos planè propter DEUM, animæque noſtræ ſalutem memoratam hubam bona fide & nullius præter quam diximus petitionem plane de omnibus ſecundum formam in littera præmiſſam admittendam, quod & fecimus, hubam memoratam præterquam in una annuatim ſcapha avenæ liberam à ſervitiis quibuscunque facientes, & hoc à noſtris hæredibus ratum & ſtabile perpetuo ſervari ſtatuentes. In cujus evidentiam & robur facti præſentem cartam nri appenſione Sigilli communitam dictis Abbati & Conventui aſſignavimus. Hujus rei teſtes ſunt, Heimo Cellarius. Iwanus. Dietricus Rudigerus præpoſitus. Ebo Obellarius monachi Eccleſiæ S. Emmerami. Heinricus plebanus de Luzelnach. Albertus plebanus de Hebrantsdorf. Laici verò Ekkardus miles. Fridericus Caupo de Elſindorf, Officialis ibidem. Ptholdus Pazzauer. Fridericus Præpoſitus. Chunradus Inninger. Heinricus frater Piſtoris. Pertholdus Roſſechneht. Et alii quàm plures. Actum Anno Dni M.CC.LX. ſecundo.

Sigillum Illæſum.

Gebehardi de Rotenek.

Nota. *De Advocatia* Comitum de Roteneck, vide *Notas* de ADVOCATIS S. Emmerami ad finem. In his litteris duo considerandа occurrunt, 1ò. *ingenuitas Gebehardi Comitis*, quâ dicit: *servitia quædam præstita fuisse*, de ista huba, sive PER FAS, vel PER NEFAS. 2dò. Satis clarè ex hac charta patet, quòd bona AD SPECIALES USUS FRATRUM, VEL ECCLESIÆ DEPUTATA, à servitiis præ aliis bonis immunia fuerint. Bona in *Lautterbach*, *Sigefridus* Abbas ad S. Emmeramum, huic sancto Martyri post initium Sæculi Noui. (Vide Num. VIII. pag. 24.) dono dedit.

Num. CXII.

EGo Ulric. dictus de Abensperch presentibus litteris innotescere volo. Quòd ego ob remedium animæ meæ, pariterque in recompensationem plurimorum dampnorum donavi Ecclesiæ beati Emmerami curiam meam in villa *Hunspach* sitam cum omnibus attinentiis suis jure proprietatis perpetuo possidendam. Me de vitæ medio sublato. Quæ tamen donatio rata & inconvulsa permanebit. Si eamdem à me adhuc superstite non contingit ex qualibet causa necessaria immutari, ut igitur donationis hujus evidens fieret protestatio, presentem inde paginam faciens, Sigilli mei comunitam appensione, Sepedictæ sancti Emmerami ecclesiæ porrexi. Dat. anno Dni MCCLXVIII. Testes sunt: Gerricus Obellarius. Dietricus de Hæchsenacher. Otto de Avekking. Grillo de Abensperch, & alii quam plures.

Sigillum pensile Illæsum.

Nota. *Ulricus de Abensperg*, *Advocatus* bonorum S. Emmerami, (quò *officio functus*, & *abusus*, dampna plurima Ecclesiæ S. Emmerami intulit,) pœnitentiâ ductus, damna istâ donatione hac resarcire voluit.

Num.

Num. CXIII.

NOs Otto de Stein. & Ulrich dictus de Abensperch presentibus litteris innotescere volumus universis. Quod cum inter venerabilem Abbatem sancti Emmerami & *Schermpechum* devotum nostrum lis verteretur super jure advocatiæ in quadam dimidia huba in Peising sita, quam sibi dictus Schermpechus tamquam à nobis infeodatus vendicavit. Nos mediante quadam summa pecunie, quam sibi prefatus Dns Abbas S. Emmerami donavit, dictam dimidiam hubam, ab impetitione Schermpechii *precise liberavimus*, ipso juri suo publice renunciante. Nos quoque ad instantiam & petitionem Dni Friderici Abbatis S. Emmerami nostro juri quodcumque hactenus in prenominata dicta huba videbamur quo ad jus advocatiæ plane cessavimus, & eamdem dictam hubam liberam ad manus Dni Leonis Ratisponens. Epi resignavimus, & in jus memoratæ Ecclesiæ sancti Emmerami deputavimus. Ita videlicet, quod nullis debeat vexationibus, seu angariis in posterum subjacere. In hujus itaque protestationem rei presentem paginam, nostris communitam Sigillis sepedictæ Ecclesiæ S. Emmerami porreximus. Actum Anno Dni MCCLXVIII. & testes ejusdem rei sunt. Grillo de Abensperch. Chunrad Vmelstorfer. Ulric Hvrelbech. H'wicus de Gebrecching. Heinricus Pistor. Ulric Tanner. Et alii quam plures.

Sigillum Ulrici de Abensperch solum additum illudque adhuc illæsum conspicitur.

Nota. *Ulricus de Abensperch*, hubam quamdam in *Peysing*, jure *Advocatiæ*, quam in prædicta huba *Ulricus* habere videbatur, & quam cuidam *Schermpecho* infeodaverat, liberam declarat. *Otto* de *Stein*, ex Abenspergensium familia oriundus, ad initium litterarum harum nominatur, sed Sigillum ejus additum non fuit.

Num. CXIV.

Ulrico de Abenſperg ab Abbate ad S. Emmeramum Advocatia in Eylsprun committitur.

IN Nomine Domini Amen. Nos Ulricus liber de Abensperch, Univerſis tam præſentibus, quàm futuris per preſentes litteras declaramus. Quòd cum Venerab. Dominus Wernherus Abbas & Conventus Eccleſiæ ſancti Emmerami cum propria pecunia ſua, *Advocatiam* in *Eilſprunne* cum omnibus adtinentiis ſuis, tam in agris, quam in ſilvis, queſitis, & inquirendis, à *Dietrico* Pincerna de *Flügelsperch* liberè & perpetuo abſolviſſent, dictam Advocatiam in Eilsprunne prædictus Dnus Abbas & Conventus ſuus, cum omnibus juribus & adtinenciis ſuis noſtræ fidei commiſerunt, ita videlicet, ut purè propter DEUM & Remunerationem Sanctorum in eadem Eccleſia requieſcentium, dicta prædia tueamur. Præterea per præſentes proteſtamur. Si quæ emendationes in forma judicii à colonis prædiorum & aliorum hominum emerſerint, duæ partes emendacionis Eccleſiæ S. Emmerami cedent. Pars vero tertia nobis cedet. Si autem ſtatuta ſupradicta nos & liberi noſtri, vel quicumque dictam Advocatiam in Eilsprunne tenuerit, in aliqua parte fuerimus transgreſſi, ita, ut, ſi ſteuras, vel aliquas vexationes ab hominibus in dictis prædiis commorantibus contra voluntatem hominum extorſerimus, licebit Dno Abbati, qui tunc pro tempore fuerit, alium eligere *advòcatum*, qui præfata prædia tueatur, & jus Eccleſiæ ibidem poterit conſervare. In ſignum itaque hujus contractus Magiſter operis Eccleſiæ ſupradictæ, ad quem immediate dicta prædia ſpectare videntur, ad reſtauranda edificia ruinoſa, Duos *bottos* tantum, & Plebanus in *Eilsprunne* dimidium talentum Ratisponenſ. monetæ in Feſto beati Emmerami ſingulis annis ſolvent. In cujus rei teſtimonium litteram iſtam, cum Sigillo noſtro Eccleſiæ ſanctiſſimi Emmerami digne duximus roborare. Hujus autem facti teſtes ſunt Fridericus Deulram. Chunradus d' Hard'. Volchmarus præpoſitus. Chunradus de Laber, & alii quam plures.

res. Acta sunt hæc anno Dni MCCLXXXII. die beatæ Julianæ Virginis & Martyris.

Sigillum Illæsum Ulrici de Abensperch.

Nota. Monasterium S. Emmerami plures habuit *Advocatos*; cùm enim bona hujus Ecclesiæ in diversis, & ab invicem longè distantibus locis sita essent, pro opportunitate locorum, & Personarum, diversis etiam *Advocatis*, diversæ bonorum S. Emmerami *Advocatiæ* comissæ fuerunt. Ex Præcedenti charta constat, *Dietricum Pincernam*, de *Flügelsberg*, *Advocatum fuisse* bonorum S. Emmerami in *Eylsprune*, quam Advocatiam *Wernherus* Abbas ad S. Emmeram: propria pecuniâ redemit, & redemptam *Ulrico de Abensperch* de novo commisit, certis tamen conditionibus in charta ista expressis; ita, ut *Ulrico de Abensperg*, novo ADVOCATO, tertia pars Banni seu mulctæ pecuniariæ ex judiciis cederet: nullas tamen ille hominibus ad S. Emmeramum spectantibus, steuras imponeret: homines in his prædiis habitantes non vexaret: Si id contingeret, Abbati liberum esset, alium Advocatum eligere: duos BOTTOS (Fültz-Stüffel: *Ocreas*) & dimidium talentum Ratispon. monetæ *Ulricus Advocatus* acciperet &c.

Num. CXV.

Ulricus de *Abensperg* *Karolo* Abbati ad S. Emmeramum Jus *Advocatitium* quoddam in certis bonis vendit, ac jus Patronatûs in *Lobsing* eidem donat.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, nos *Ulricus* de Abensperch cupimus esse notum, quòd nos Jus *advocatitium*, quòd habuimus in Ecclesiis Abach, Tann, & Lobsing, quarum quælibet solvit annuatim duas libras denar. Ratisponens. Item jus advocatiæ de quinque hubis in Tünzling, vendidimus Venerabili Dno Karolo Abbati S. Emmerami & ejus Ecclesiæ pro centum & decem libris denariorum Ratisponens. perpetuò possidendum. Item donavimus, & tradidimus & assigna

vimus eidem Domino Abbati, ſuisque Succeſſoribus, liberaliter & purè Jus Patronatûs, quod ad nos ſpectabat, in Eccleſia *Lobſing* ſuperius memorata. Reverendo Patre & Dno noſtro Chunrado, Venerabili Epiſcopo Ratisbonenſi adhibente ſuum conſilium, & aſſenſum. Renunciantes ex nunc pro nobis & hæredibus noſtris omni juri, quod nobis in præmiſſis advocatiis & jure patronatus hactenus competebat. Hôc tamen de voluntate & conceſſione Dni Abbatis prædicti adjecto, quod ſi infra feſtum beati Georii proximo poſt datam præſentium adventurum prædictas advocatias cum pecunia ejusdem numeri & valoris reemere valeamus, nos vel hæredes noſtri, eædem advocatiæ, una cum jure patronatûs Eccleſiæ in *Lobſing* ad nos & hæredes noſtros ſine contradictione qualibet revertentur. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram Sigillo Reverendi Patris & Dni Chunradi Ratisponenſis Epiſcopi ſupradicti, & figillis noſtris, ac filiorum noſtrorum Ulrici, & Wernhardi, ſibi dedimus roboratam. Teſtibus, qui interfuerunt, nihilominus ſubnotatis, & ſunt hi, Hadmarus de Laber gener noſter: Ulricus & Heinricus Dapiferi de Eckenmül. Fridericus de Stauff. Otto Scheffel. Grævl, & alii quàm plures. Datum & actum Ratisbonæ Anno Dni Mileſſimo Ducenteſimo Nonageſimo octavo X. Kalend. Junii.

Sigillum *Chunradi* Epiſcopi illæſum.
Sigillum *Ulrici* (Patris) de Abenſperg in equo ſedentis manu dextrâ ſtrictum G. lævâ Scutum & Frænum equi tenentis &c. Sigillum *Ulrici* (Filii) ejusdem Figuræ, & Magnitudinis.
Sillum *Wernhardi* (Filii) minoris Figuræ, ſolo Scuto in medio apparente. Sîngula illæſa & integra.

Nota. Cùm jus Patonatûs in *Lobſing*, quod *Ulricus de Abenſperch* Monaſterio S *Emmerami* hiſce litteris donaverat, non ampliùs ad Eccleſiam S. Emmerami pertineat; videtur *Ulricum* iſtum, jus advocatitium in certis locis pro quadam pecuniæ ſumma Monaſterio venditum, iterum redemiſſe, & hoc jus Patronatûs in *Lobſing* etiam ad Priorem Dominum rediiſſe.

NOTA.

NOTA.

Sub CAROLO Abbate ad S. Enmeramum facta est confœderatio cum Monasterio *Abauſen* Ord. S. Benedicti Diœcesis Eystettensis. Anno M. CCLXXXXV. XVI. Kalend. Decembr.

****

Num. CXVI.

RUDOLFUS Comes Palatin - Reni Dux Bawie confert Ecclesie S. Emerami, jus Patronatûs in Mospach.

NOs Rudolfus Dei Gratia. Comes Palatinus Reni, Dux Bawe. Notum facimus presentium inspectoribus universis, quod nos una cum Karissimo Fratre nostro *Ludvvico* ad instantiam Venerabilis Dni *Karoli* Abbatis Eccle Sancti Emerami Ratispone, precipue tamen in remedium anime nre. ac progenitorum nostrorum Jus parochie *Mospach* cum attinentibus filiabus site prope Castrum nostrum *Dræsvvitz*, quod ad nos & progenitores nostros usque ad hæc tempora pertinebat, donamus, & donavimus, tradimus, & tradidimus, assignamus, & assignavimus eidem Dno Abbati, suisque Successoribus universis transferentes in eos, & Ecclesiam Sancti Emerami præfatum ipsum Jus Patronatus Parochiæ memorate, ac renunciantes pro nobis & heredibus nostris eidem juri patronatus, quod nobis in ipsa parochia *Mospach* hactenus competiit, vel competere videbatur, in cujus rei testimonium atque robur presentes litteras conscribi & sigillo nostro fecimus roborari. Actum & Datum Ratispone Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo septimo. VIII. Kalend. Junii.

Sigillum Illæsum & Pulcherrimum.

Num.

Num. CXVII.

Conradus Episcopus Ratisbonensis commutationem facit bonorum cum Abbate ad S. Emeramum.

Abbas ad S. Emeramum construit Cellam Ordinis sui (Benedictini) in Böhmischprukk.

NOs Chunradus Dei Gratia. Eccleſiæ Ratisponenſ. Epiſcopus, Univerſis preſentes litteras inſpecturis, volumus eſſe notum, quòd cum Venerabilis Dns *Karolus* Abbas Eccleſiæ Sancti Emerami Ratisbon. in loco, qui dicitur *Pehaimisprukk*, cujus proprietas ad Officium Cuſtodie nre. ſpectabat, Cellam ſui ordinis inſtruere concepiſſet, habens in vicino poſſeſſiones plures, & predia Eccleſie ſue inutilia & inculta, quæ eidem Celle conſtruende, conſideravit poſſe fieri fructuoſa, & nihilominus ad conceptum hujusmodi complendum, Jus patronatus Parochialis Eccleſie *Mospach* adjacentis, ab Illuſtri Principe Dno *Rudolfo*, comite Palatino Reni, Duce Bawe ex liberali donatione obtinuiſſet, ſicut in litteris ſuper hoc ſibi & Eccleſie ſue datis vidimus contineri. Nos ad inſtantem petitionem ipſius Dni Karoli Abbatis, volentes ſuum laudabile propoſitum adjuvare, de conſenſu Venerab. Dnorum & Confratrum nrorum C. Præpoſiti, C. Decani, ac totius Capituli Eccleſie nre predictum locum Pehaimisprukk, cum omnibus ſuis attinenciis, cultis incultis, quæſitis & inquirendis, agris, pratis, paſcuis, molendinis, ſiluis, & nemoribus Eidem & Eccleſie ſue, donauimus, tradidimus, & aſſignauimus, jure proprietatis perpetuo poſſidendum, & ipſe vice verſa unà cum conventu ſuo in recompenſam Eccleſie nre tradidit, donauit, & aſſignauit molendinum in *Abbasvvinde* ſitum prope Caſtrum dictum *Chŭrn.* ſolvens annuatim quinquaginta denarios, qui de bonis in Pehaimisprukk Cuſtodie noſtre pro cera ſolui hactenus conſueverunt, ſicut in Inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur. Preterea de Conſenſu predictorum; C. Prepoſiti. C. Decani & Capituli Eccleſie noſtre duximus indulgendum & libera-

liberaliter admittendum, ut de decimis, dotibus, & obventionibus universis predicte parochie Mospach attinentibus, exceptis decimis Noualium ordinare valeat, quod sibi & Ecclesie sue, ac Celle construende viderit expedire. Hoc prouiso, quod ipsa parochia debitis obsequiis non fraudetur, & à soluendis juribus seu exactionibus pplibus, Episcopalibus, Archi-Dyaconalibus, & aliis quibuscunque minime excludatur, & animarum in ea cura nullatenus negligatur, & Abbas seu Successores ipsius quilibet nobis, nostrisque Sucessoribus teneatur, ad prescriptam Ecclesiam *Mospach*, si quando, ut pro sustentatione sacerdotis secularis ejus fructus sufficiant, respirabit, pro plebano, quotienscumque vacabit, Aliquem Sacerdotem idoneum presentare, qui etiam congrua & competenti prebenda seu provisione, per Abbatem, seu Successores ejus eidem tunc deputanda contentus esse debebit, de fructibus & proventibus Ecclesie prenotate, in cujus rei memoriale perpetuum presens privilegium sigillis, nostro videlicet, & Ecclesie nostre Capituli duximus confirmandum. Datum & actum Anno Dni MCC. Nonages. VIIII. ij idus Maij.

Sigillum
Chunradi Episcopi

Sigillum
Capituli
Ecclesie S. Petri
Ratisbonen.

Nota. Jus Patronatûs in *Mospach* adhuc ad S. Emmerami Ecclesiam spectat, ex cujus Parochiæ proventibus, aliisque hunc ad finem destinatis mediis, *Karolus* Abbas S. Emmeramum, (factâ cum Cunrado Episcopo Ratisbonensi quorumdam bonorum commutatione,) Cellam in *Böhmischprukk* pro fratribus quibusdam construxit. Legimus infra Num. CXXIX. in Decreto quodam Capitulari sub Alberto Abbate ad S. Emmeramum facto, quòd Godefridus (Monachus ad S. Emmeramum) Præpositum in ponte Bohemorum egerit &c.

Num. CXVIII.

Albertus I. Romanorum Rex *Henrico* Principi & Abbati ad S. Emmeramum Regalia Feoda Principatûs concedit.

ALbertus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii Fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Romani Imperii Celſitudo conſurgens antiquitus & fundata mirificè ſuper immobile firmamentum excellentiæ prærogativa, qùa viguit, columnis meruit ſtabilibus ſtabiliri, & egregiis edificiorum juncturis indiſſolubiliter adornari. Inter quas quidem Illuſtres Principes ad totius operis machinam ſupportandam præcipue, ut columpnas voluit potiori præſtantia præminere, ut quo uberius gratiæ privilegiis inſigniri ſe ſentiunt, eo amplius debeant obſequioſæ viciſſitudinis redibitione gratuita cæteris præclarere. Sane cùm Venerabilis Heinricus Abbas Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. dilectus Princeps noſter, ad Celſitudinis noſtræ præſentiam nuper accedens, Romano Imperio, & nobis obſequioſæ devotionis ſigna prætenderit, & omnimodæ obeditionis inſignia præſentârit. Nos ipſum tanquam noſtrum & Imperii Principem ad benivolos applauſive dulcedinis admittentes amplexus, Regalia Feoda Principatus ejusdem, quem obtinet, ſibi de Regia liberalitate conceſſimus, & eumdem Henricum inveſtivimus de eisdem, adminiſtrationem temporalium & jurisdictionem plenariam, Principatus ejusdem Monaſterii prænotato Abbati ſerie preſentium committentes. Quocirca univerſis & ſingulis vaſallis, Miniſterialibus, & hominibus ſuis & Monaſterii ſui damus preſentibus in mandatis, quatenus ipſi Abbati, tanquam Principi noſtro, & Domino ſuo, intendant in omnibus humiliter, & pareant reverenter. In cujus noſtræ conceſſionis & inveſtituræ teſtimonium, præſentes litteras noſtræ Majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Datum in Nuremberg IIII. Kal. Martii. Indictione quinta Anno Dni Milleſimo Trecenteſimo ſeptimo. Regni verò noſtri anno Nono.

Sigillum Illæſum.

Nota 1. *Albertus* Rex Henricum Abbatem vocat Principem, & Ei *Regalia* Feoda Principatûs concedit.

Nota 2. Occiſo Anno 1308. *Alberto* Rege Romanorum *Henricus VII.* Comes de *Luczunburg*, Rex Romanorum electus fuit, hic Filium ſuum *Joannem*, Regem Bohemiæ creavit, qui, cùm *Henricus VII.* (Pater Joannis Regis) in Italiam profectus fuiſſet, interea Imperium ſacrum citra montes tanquam Vicarius Generalis adminiſtravit. Henricus Princeps Abbas ad S. Emmeramum, qui ab *Alberto* Rege Romanorum Anno MCCCVII. Principatûs ſui Feoda Regalia acceperat, vitam cum morte commutavit. *Baldvvinus* Abbas *Henrico* mortuo Anno 1312. ſucceſſit. At brevi poſt *Baldvvini* electionem maxima diſcordia fuit orta in Eccleſia S. Emmerami; ita ut Monachi ex Monaſterio S. Emmerami in Caſtra *Abbach*, & Abenſperg ad *Advocatos* ſuos confugerint, contra *Nicolaum* Epiſcopum Ratisbonenſem, & aliquos de ſuis fortiter ſeſe opponentes. *Nicolaus* Epiſcopus Ratisbonenſ. libertatem & Exemptionem Monaſterii S. Emmerami APERTE, & VI turbare aggreſſus eſt. *Baldvvinus* Abbas omni modo privilegia ſui Monaſterii conſervare ſtudens Joanni Bohemiæ Regi, ſacri Imperii Vicario Generali ſupplicavit, ut Univerſa Jura, bona, Monaſterio S. Emmerami, & ſibi (*Baldvvino* Abbati) feoda concederet, & confirmaret, quod litteris ſub Num. CXIX. mox exhibendis obtinuit.

Num. CXIX.

Joannes Bohemiæ Rex Imperii Vicarius abſente Patre, Henrico VII. Baldwino Abbati Feoda & Jura confirmat.

JOannes Dei Gratia Boemiæ & Poloniæ Rex Sacri Imperii citra montes Vicarius Generalis, ac Lucemburgen Comes. Honorabili viro Baldwino Abbati Eccleſiæ Sancti Emmerami Ratisponæ Ordinis S. Benedicti gratiam ſuam & omne bonum. Cum ſit ex parte veſtra propoſitum coram nobis, quod pro infeodatione regalium veſtrorum, invictiſſimo Domino noſtro Dno

Heinrico Romanorum Imperatori genitori noſtro Kariſſimo in Remotis agente vobis facienda noſtram, qui vices dicti Dni & Patris noſtri gerimus in hac parte ex Certis & rationabilibus cauſis, accedere Comodè non poſſitis. Nos ad ſupplicationem nobis pro vobis per fide dignos factam, & obſequiorum veſtrorum quæ nobis & ſacro Imperio Impendere poteritis in futurum, obtentu, volentes vobis & Eccleſiæ veſtræ facere gratiam ſpecialem, Univerſa Jura & bona, quæ ab eodem Sacro Imperio in Feoda de Jure habere recipere, & tenere debetis, vobis tanquam ipſius Imperii vicarius concedimus, & vos, licet abſentem, infeodamus, tenore præſentium de eisdem. Transmittentes, has noſtras litteras noſtro Sigillo Sigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum in Nuremberg IIII. Kalend. Aprilis. Anno Dni Milleſimo, Trecenteſimo tertio decimo, Regnorum vero noſtrorum Anno Tertio.

Sigillum Illæſum.

Nota 1. *De Juramento Fidelitatis* nil legimus in his litteris, niſi id verba hæc: [*Obſequiorum veſtrorum . . . Obtentu*] denotent.

Nota 2. Mortuo *Henrico VII.* Imperatore, *Ludovicus* Bavariæ Dux. Anno 1314. in Civitate *Francfurt* ab Electoribus Rex Romanorum eligitur & acclamatur. *Fridericus* verò ab aliis extra Civitatem conſtitutis, Rex ſalutatur. Prævaluit *Ludovicus*. *Balduinus* Abbas ad S. Emmeramum absque mora *Ludovici* Neo-Electi Regis Romanorum gratiam ſibi exoravit, ut litteras (ſub Num. CXX. mox ſequentes) ad Magiſtratum Civitatis Ratisbonenſis dirigeret, pro Defenſione Monaſterii S. Emmerami contra *Nicolaum* Epiſcopum. Ipſe autem *Ludovicus* Rex *Baldvvino* Principi & Abbati Regalia Feoda concedit, omniaque jura, & privilegia ab omnibus Regibus huc usque conceſſa confirmat. Vide litteras ſub Num. CXXI. producendas.

Num. CXX.

Ludovicus Rex Romanorum, Magiſtratui Ratisbonenſi præcipit, ut Monaſterium S. Emmerami contra Epiſcopum defenderet.

LUdovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Prudentibus viris: Magiſtro, Conſulibus & univerſis civibus Ratisponenſ: fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Æquitatis vigor expoſtulat, & ordo ſuggerit rationis, ut eum in membris ſuis ſpecialiter honoremus, qui noſtris non exigentibus meritis Regali ſolio nos præfecit, ad hoc videlicet, ut defenſionis præſidio cunctas perſonas miſerabiles foveamus. Eapropter univerſis & ſingulis vobis mandamus, & præcipimus Auctoritate Regia per præſentes, quatenus Monaſterium ſancti Emmerami infra muros veſtræ civitatis ſitum, quod cum univerſa ſua ſubſtantia perſonis ſcilicet gangriis pertinentibus ad idem, in noſtram defenſionem, & tutelam recepimus ſpecialem. Non permittatis ab Epiſcopo ejusdem civitatis, aut ab aliqua perſona Eccleſiaſtica vel ſæculari deinceps indebitè moleſtari. Ut fratres ibidem Domino famulantes protecti privilegio Regiæ Majeſtatis contemplationis inoffenſa quiete gaudeant, & pro bono ſtatu Regni noſtri inperturbati jugiter divinam clementiam deprecentur, ſcientes, quod ſi ſecus in aliquo præſumptum fuerit veſtram arguemus negligentiam, in hac parte, & Moleſtatores hujusmodi juxta ſuorum exigentiam meritorum Nihilominus puniemus. Datum Ratisponæ XI. Kalend. Julii. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinto decimo. Regni vero noſtri Anno Primo.

Sigillum.

Num. CXXI.

Ludovicus Rex Romanorum confirmat Monasterio S. Emmerami omnia privilegia & libertates &c.

LUdovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Quanto Nos Deus exaltavit ſublimius, tanto benignius inſpiravit nobis ſpiritum voluntatis illius, qui ad zelum fidei Chriſtianæ nos provocat, ad juſtitiæ rectitudinem dirigendam ſollicitat, & ad Sacroſanctas Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, in quibus & per quas pro noſtræ ſalutis augmento ipſe Deus omnipotens placabiliter exoratur, favorabiliter promovendas ac exaudiendas ſupplicationes earum invitat & afficit mentem noſtram. Hinc eſt, quod cum venerabilis Baldewinus Abbas S. Emmerami Ratisponæ Ordinis S. Benedicti Princeps noſter dilectus nobis ſupplicavit precibus inſtantiuis, ut privilegia quædam noſtro conſpectui præſentata, dignaremur verbaliter innovare, & effectualiter auctoritate Regia confirmare. Quorum Privilegiorum primi Tenor eſt Talis. [*In Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Divina Favente Clementia Romanorum Imperator &c. &c.* [*Hìc inſertæ ſunt litteræ FRIDERICI I. Imperatoris, una cum Litteris LUCII II. Papæ, Num. LVII. exhibitæ.* Item Litteræ CUNRADI Epiſcopi Ratisbonenſis &c. ſupra Num. LXI.] proſequitur *Ludovicus*: Nos verò volentes dicto Abbati in juſtis ſuis petitionibus non deeſſe, non ſolùm preſcripta privilegia, verum etiam omnia & ſingula à quibuscunque, prædeceſſoribus noſtris Dnis Imperatoribus ſeu Romanorum Regibus, cujuscumque tenoris extiterint, data & conceſſa juſtè ac rationabiliter auctoritate regia confirmamus. Inſuper præmiſſis gratiis gratiam adjungentes Abbati memoratæ Eccleſiæ concedimus ex innata nobis clementia & gratia ſpeciali. Ut ſi quo tempore Regnum

Romanorum legitimo careat defenſore, Abbas qui pro tempore fuerit, etiamſi jura Regalia nondum fuerit conſecutus, fraude tamen & dolo non obſtantibus, omnes vaſallos ſæpefatæ eccleſiæ, cujuscumque præeminentiæ vel conditionis extiterint, de feudis cuilibet debitis, ac pertinentibus ritè ac rationabiliter infeudare poſſit, & valeat prætacto articulo ſibi non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis & conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, ſe indignationem regiam noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium has conſcribi & noſtræ majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Datum Ratisponæ. Undecimo Kalend. Julii Anno Dni Milleſimo Trecenteſimo Quintodecimo. Regni verò noſtri anno Primo.

Sigillum Illæſum.

Nota. Ludovicus Rex, Abbati S. Emmerami, quem *dilectum Principem* vocat, præter confirmationem Privilegiorum novam hanc addidit gratiam, ut Abbas, etiamſi Romanorum Imperium *Legitimo careret defenſore* (Rege,) ipſeque Abbas necdum jura, & Regalia ſua conſecutus fuiſſet, vaſallos tamen, cujuscunque præeminentiæ, de feudis cuilibet debitis infeudare poſſit.

Num. CXXII.

Ludwig der Vierte, Römiſcher König gebüttet, daß Niemand über das alte Vogt-Recht zu Lauterbach, als ſich gebühret, fandten oder empfangen ſolle.

Wir Ludowich von GOttes Gnaden Römiſcher Chünich ze allen Zeitten Merer des Riches. Enbietten allen den, die ſehent diſen Brif. Edeln und unedeln. wie ſie genannt ſeint in unſerm Lande ze Bairn. unſer Huldte, und alles gut.

Wan

Wan wir von unserm Kunichligen Ampte, und von angeborner Güette aller Closster Schaden bewahren solln. und iren Gemach und Frümen füedern, und meren. Wellen wir und gebietten euch allen gemäniglich und jeden manne besunderlich, vestiglich bey unseren Hulden. das eu dchain (*) über das alte Vogt-Recht ze Lautterbach, und yber alle die Hoffmarch do selbß, das mit eigenschafft gehöret hanitzo Sanct. Emmeram ze Regenspurg Phendte, und wollen auch, das ieder Vogt, dem wür die Vogtey uersetzen, oder emphüllen, die Stifft stett habe, die der Abbt und das Closster ze St. Haimeram von alter gewohnheit, und rechten auf den vorgenanten gutten hat zetun. und jn daran, als lieb jm vnser Hulde sey, nicht irre noch hünder. Der Brief ist geben ze Jngolstatt des Pfintztags vor Lätare. Da man zalt von Christs Geburt dreyzehen hundert Jar. darnach in dem neunzehenten Jar in dem fünfften Jare unsers Riches.

Sigillum Integrum.

Nota. Comites de Roteneck ex prosapia Abensspergensium, *Advocati* erant bonorum, & hominum ad S. Emmeramum spectantium in præpositura nostra *Lautterbach* prope *Geisenveldam*, & *Rotenek*, (vide infra de *Advocatis Ecclesiæ S. Emmerami.*) *Henricus* de Rotenek Episcopus Ratisbonensis castrum istud (Rotteneck) Duci Bavariæ Ludovico Anno 1279. vendidit, qua venditione simul jus *Advocatitium* in Lautterbach ad Ducem Bavarie devenit. *Ludovicus* Romanorum Rex, Bavarie Dux, hisce litteris præcipit, ne quisquam ex suis, cui hanc Vogtejam comiserit vel locaverit &c. ultrà id, quod ex Lautterbach propter *Vogtejam* præstari debet, aliquid exigere præsumat &c.

NOTA.

NICOLAUS Episcopus Ratisbonensis privilegia & jura Monasterii S. Emmerami turbare non destitit. Igitur *Baldvvinus* Abbas ad Sedem Apostolicam profectus, *Joannem XXII.* tunc *Avignioni* sedentem adiit. *Nicolaus* Episcopus *Baldvvinum* Abbatem in itinere jam con-

(*) keiner

conſtitutum, miſsis armatis ſuis perſecutus eſt, qui illum captivarent. Sed fruſtra. Cauſa Exemptionis Monaſterii S. Emmerami, poſt multa hinc indo actitata, denique finita & deciſa fuit à Joanne XXII, tunc *Avignioni* ſedente. *Baldvvinus* Abbas ante latam ſententiam *Avignioni*, Anno 1324. mortuus, in Eccleſia Cathedrali ibidem tumulum accepit. *Albertus* Monachus ad S. Emmeramum, Capellanus defuncti Abbatis, (cùm Abbatia S. Emmerami apud dictam Sedem Apoſtolicam vaccaverit, ſummusque Pontifex hujusmodi apud ſummam ſedem vaccantium Monaſteriorum proviſiones Diſpoſitioni ſummi Pontificis reſervarit,) à Joanne XXII. conſtitutus fuit Abbas ad S. Emmeramum, uti ex ſequentibus Ejusdem Joannis XXII. litteris patet.

Num. CXXIII.

Joannes XXII. Albertum Monachum ad S. Emmeramum, defuncto in Curia Baldvvino Abbate, Monaſterio S. Emmerami Abbatem præficit.

JOhannes Epiſcopus ſervus ſervorum DEI dilecto filio Alberto Abbati Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ: ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex ſuſceptæ ſervitutis officio ſollicitudine pulſamur aſſidua, ut Eccleſias & Monaſteria, quorum cura nobis eſt ſummi Paſtoris diſpoſitione commiſſa, ſpiritualibus & temporalibus commodis augeamus, & eis præſertim per debitæ proviſionis Miniſterium conſulamus, quæ ad Romanam Eccleſiam immediate ſpectantia fore noſcuntur, Paſtorum regimine deſtituta. Dudum ſiquidem Monaſterio S. Emmerami Ratisponenſ. ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis S. Benedicti per obitum quondam *Paldbini* Abbatis ejusdem Monaſterii, qui nuper apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris regimine deſtituto. Nos volentes Regimini dicti Monaſterii, ne diſpendia prolixæ vacationis incurreret, Perſonam ydoneam deputare, cum nullus præter nos, hac

vice, de ipſius Monaſterii ordinatione ſe intromittere potuerit pro eo quod nos diu ante vacationem hujusmodi proviſiones omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum tunc apud dictam ſedem vacantium & vacativorum in antea apud eam, diſpoſitioni noſtræ duximus reſervandas, decernendo ex tunc & irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoscunque ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Poſt deliberationem, quam de præficiendo Monaſterio Perſonam utilem cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum in te dicti Monaſterii Monachum, ordinem ipſum expreſsè profeſſum, in ſacerdotio conſtitutum, cui Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, ſpiritualium prudentia, & temporalium providentia, prout ex teſtimoniis fide dignis accepimus laudabiliter ſuffragantur, intuitum duximus noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de Perſona tua eidem Monaſterio de prædictorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica providemus, teque ipſi Monaſterio præfecimus in Abbatem, curam, & adminiſtrationem ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod dirigente Domino actus tuos dictum Monaſterium per tuæ Circumſpectionis induſtriam proſperè dirigetur, & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Reverenter itaque jugum Domini ſuſcipe, & humiliter ejus oneri tua colla ſubmitte, curam dicti Monaſterii gerendo ſollicite, ac gregem Dominicum in illo tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando, ita, quod Monaſterium ipſum per tuæ ſolertiæ ſtudium votivis conſurgat commodis & optatis auxiliante Domino proficiat incrementis. Datum Avinioni II. Kal. Septembris, Pontificatûs Noſtri annô octavô.

Sigillum Plumbeum.

Joannes PP. XXII.

Num. CXXIV.

Joannes XXII. Monachis S. Emmerami præcipit, ut Alberto Abbati ab Apoſtolica Sede conſtituto, omnem obedientiam & reverentiam exhibeant.

JOhannes Epiſcopus ſervus ſervorum DEI dilectis filiis, Priori, & Conventui Monaſterii ſancti Emmerami Ratisponenſ: ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſuſceptæ ſervitutis officio, ſollicitudine pulſamur aſſidua, ut Eccleſias & Monaſteria, quorum Cura nobis eſt ſummi paſtoris diſpoſitione commiſſa ſpiritualibus & temporalibus commodis augeamus, & eis præſertim per debitæ proviſionis miniſterium conſulamus, quæ ad Romanam Eccleſiam immediatè ſpectantia fore noſcuntur Paſtorum regimine deſtituta. Dudum ſiquidem Monaſterio veſtro per obitum quondam *Paldbini* Abbatis ejusdem Monaſterii qui nuper apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum Paſtoris regimine deſtituto. Nos volentes regimini dicti Monaſterii, ne diſpendia prolixæ vacationis incurreret, perſonam ydoneam deputare, cum nullus præter nos ea vice de ipſius Monaſterii ordinatione, ſe intromittere poſſet, pro eo quod nos diu ante vacationem hujusmodi proviſiones omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum tunc apud dictam ſedem vacantium & vacativorum inantea, apud eam, diſpoſitioni noſtræ duximus reſervandas. Decernendo ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hys per quoscunque ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Poſt deliberationem quam de præficiendo ipſi Monaſterio perſonam utilem cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum in dilectum filium Albertum Abbatem, tunc ejusdem Monaſterii Monachum ordinem ipſum expreſsè profeſſum, in ſacerdotio conſtitutum, cui Religionis Zelus, vitæ ac morum honeſtas, ſpiritualium prudentia & temporalium providentia, prout ex teſtimoniis fide dignis accepimus laudabiliter ſuffragantur, intuitum direxi-

mus noſtræ mentis, quibus omnibus meditatione penſatis de perſona ipſius Alberti, eidem Monaſterio de prædictorum fratrum Conſilio, Authoritate Apoſtolica duximus providendum, ipſumque Albertum, dicto Monaſterio præfecimus in Abbatem, Curam & Adminiſtrationem ipſius ſibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenam committendo, firma concepta fiducia, quod dirigente actus ſuos, dictum Monaſterium, per ipſius Abbatis circumſpectionis induſtriam, proſperè dirigetur & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca univerſalitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Abbati tanquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum, plenè, ac humiliter intendentes & exhibentes ei obedientiam & Reverentiam debitam & devotam, ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis, devotè ac efficaciter adimplere curetis, ita quod inter vos & ipſum ſpirituale poſſit habundare gaudium & proſperitatis optatæ conſurgere incrementum. Alioquin ſententiam quam Idem Abbas propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus actore Domino usque ad ſatisfactionem condignam inviolabilem obſervari. Datum Avinioni ij. Kalend. Septembris Pontificatus noſtri anno octavo.

Num. CXXV.

Johannes XXII. Monaſterio S. Emmerami omnia Privilegia, & libertates confirmat.

JOhannes Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato Concurrentes aſſenſu omnes libertates

tes & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia ſeu alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro Conceſſas, nec non libertates & Exemptiones Sæcularium Exactionum à Regibus & Principibus & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Monaſterio prædicto indultas, ſicut eas juſtè ac pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica Confirmamus & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario Contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni XVII. Calendas Junii Pontificatus noſtri anno Nono.

Joannes PP. XXII.

Nota. Denique finita fuit cauſa, quæ diu antea per delegatos Pontificios Ratisbonæ agitata, poſtea autem *Avignione* deciſa fuit, ut ex ſequenti Bulla Joannis XXII. ſub Numero CXXVI. mox exhibenda patet. Vide etiam Hiſtoriam noſtram. pag. 324.

Num. CXXVI.

Joannis XXII. Sententia pro Exemptione Monaſterii S. Emmerami.

JOannes Epiſcopus Servus Servorum DEI. Ad perpetuam memoriam. Ad Circumſpectam Romani Pontificis providentiam pertinet, & Paſtoralis officii debitum exigit, ut inter Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælatos interdum de ſuis Jurisdictionibus invicem diſſidentes, materiam diſſenſionis evellat, præcidat jurgia, & Auctoritate Apoſtolica, in quantum ſinit humana diſcre-

discretio pacificum illis finem imponat. Dudum siquidem dilecto Filio Abbate Monasterii S. Emmerami Ratisponensis Ordin. S. Benedicti in nostra & Fratrum nostrorum præsentia constituto & exponente tam suo, quam procuratorio nomine dilectorum filiorum Conventûs dicti Monasterii, quòd Venerabilis Frater noster Episcopus Ratisbonensis prætendebat prædictos Abbatem, & Conventum, ipsumque Monasterium in exhibendis procurationibus, & aliis Episcopalibus juribus dicto Episcopo & Ratisbonensis Ecclesiæ Ordinario jure teneri, dictumque Monasterium fore sibi & Ecclesiæ prælibatæ subjectum, præfatis Abbate & Conventu asserentibus ex adverso, se, dictumque Monasterium fuisse, & esse Auctoritate Apostolica ab omni Jurisdictione Ordinaria prorsus Exempta, & quòd causa hujusmodi fuerat ab hactenus tempore felicis Recordationis Gregorii Papæ X. Prædecessoris nostri Coram Magistro Quilhelmo de S. Laurentio, tunc ejusdem Prædecessoris Camerario primo, & deinde Coram bonæ memoriæ *Anchero*, Titl. S. Praxedis Presbytero Cardinali auditoribus in causa hujusmodi à dicto Prædecessore specialiter, successivis temporibus deputatis, diutius in Romana Curia non sine utriúsque partis expensis & laboribus gravibus ventilata, quæ tandem remansit usque ad hæc tempora indecisa, & supplicante dicto Abbate hujusmodi Causam per nostræ providentiæ studium Auctoritate Apostolica terminari. Nos volentes eidem Causæ pacificum finem imponi, Venerabili Fratri nostro *Vitali* Albanensi Episcopo tunc S. Martini in montibus Presbytero Cardinali comisimus oraculo vivæ vocis, ut se plenarie de hujusmodi Causæ meritis informaret, & quod super his inveniret, nobis postmodum referre curaret. Cumque causa ipsa fuisset inter dictas partes coram dicto *Vitali* etiam diutius ventilata, tandem facta nobis per eum super his, ac de agitatis Coram se in causa prædicta relatione plenaria & fideli. Nos auditis allegationibus hinc & inde attendentes causam ipsam per litigiorum anfractus, non sine partium dispendiis diutius fuisse protractam & Verisimilius posse in longius protelari, & propter hoc volentes inter partes ipsas dissensionis hujusmodi materiam amputare Advocatis & procuratoribus dictarum partium super his in nostra & dictorum Fratrum præsentia Constitutis. Volumus & ordinamus de

Fra-

Fratrum ipſorum Conſilio & Apoſtolica Auctoritate decernimus ad ſtatum pacificum partium earumdem, Monaſterium ipſum eſſe & remanere ab omni Epiſcopali & Archi-Epiſcopali Jurisdictione & poteſtate, atque Dominio prorſus Exemptum, & ne ſuper hoc poſſit amplius quæſtio ſuboriri, de novo etiam ab ejusdem Jurisdictione, poteſtate, atque Dominio Monaſterium ipſum Eximimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Et ut parcatur laboribus & Expenſis, quos & quas in veniendo ad Romanam Curiam, & in ipſo morando pro confirmandis vel infirmandis Electionibus Abbatum dicti Monaſterii, qui erunt pro tempore, & pro obtinendo benedictionis munere, pro eis, quorum Electio Celebrata Canonicè fuerit, & pro recipiendo ab ipſis fidelitatis ſolitæ Juramentum oporteret, dictos Abbates & Conventum, ipſorumque Monaſterium de neceſſitate ſubire, volumus, & eadem auctoritate ordinamus, ut Epiſcopus Ratisbonenſ. qui eſt & pro tempore fuerit, poſſit electionem Abbatis dicti Monaſterii, ſi electionem ipſam contingat in concordia fieri, Auctoritate Apoſtolica confirmare, vel etiam infirmare, prout aliàs fuerit rationis. Si vero electionem ipſam in diſcordia celebrari contingat, poſſit eadem Auctoritate, idem Epiſcopus conſentientibus partibus cauſam audire, & decidere, confirmando alteram electionem, & alteram infirmando, vel infirmando utramque, prout Juſtitia ſuadebit. Ei, cujus electionem in quocunque Caſuum prædictorum confirmandam duxerit, benedictionis munus impendere, & ab eo Juramentum fidelitatis Nomine Eccleſiæ Romanæ recipere auctoritate prædicta, juxta morem, quem eadem Eccleſia Romana obſervare in talibus conſuevit. Volumus inſuper & ordinamus, ut idem Epiſcopus eadem auctoritate valeat dictum Monaſterium viſitare, non tamen ibidem corrigere, vel punire, & ſi aliqua, in Abbate, Conventu, Monachis, ſeu aliquo, ſeu aliquibus eorumdem aut aliis de ipſius Monaſterii gremio corrigenda ſeu reformanda viderit, inſtet idem Epiſcopus penes Abbatem, ut ſe & illa corrigat, prout expediens fuerit, & reformet. Quod ſi dictus Abbas in Correctione, & Reformatione hujuſmodi negligens fuerit, vel remiſſus, inſinuet illa dictus Epiſcopus Romano Pontifici per eum Reformanda & Corrigenda, prout viderit expedire. Poſſit etiam Prælibatus Epiſcopus

pus ſuper notoriis contra Perſonas ejusdem Monaſterii Auctoritate Apoſtolica ſupra dicta inquirere, ac eidem Romano Pontifici ea, quæ per inquiſitionem, invenerit, intimare. Cæterùm ordinamus & volumus, ac eadem auctoritate decernimus, & Ratisponenſ. Epiſcopo, ſeu alii pro eodem ſingulis annis Abbas, & Conventus dicti Monaſterii, ſive dictus Monaſterium ipſum viſitaverit, ſive non, triginta libras Turonenſ. parvorum ſolvere teneantur, & quod hac quantitate pecuniæ prælibantis Epiſcopi ſit contentus, nec ultra quantitatem hujuſmodi ratione viſitationis, vel alias quomodolibet exigere valeat, ab eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, Ordinationum, Conſtitutionum, & Exemptionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni V. Calend. Julii Pontificatûs noſtri anno Decimo.

Sigillum Plumbeum.

Joannes PP. XXII.

Num. CXXVII.

Joannes XXII. conſtituit Conſervatores, & Judices contra perſecutores, & injuriatores Monaſterii S. Emmerami, hique Conſervatores ſint Epiſcopus Bambergenſis, Abbas Elwacenſis, & Abbas SS. Udalrici & Affræ Auguſtan.

JOhannes Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Bambergenſi, & dilectis Filiis Elbacenſ. Auguſtenſ. Monaſteriorum Abbatibus Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

ctionem. Etſi quibuslibet Religioſis Perſonis, & locis, ex injunctæ nobis ſervitutis officio aſſiſtere defenſionis præſidio teneamur, illis tamen ſpecialius & efficacius adeſſe nos convenit, qui Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti non habent præter Romanum Pontificem alium defenſorem. Sane dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti Emmerami ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, conqueſtione recepimus, quod nonnulli Venerabiles Fratres noſtri Archi-Epiſcopi, & Epiſcopi, ac Abbates & alii Clerici Eccleſiaſticæque Perſonæ, tam Religioſæ quam ſæculares, nec non Duces-Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, & alii Laici Civitatis & Diœc. Ratispon. ac partium vicinarum occuparunt, & occupari fecerunt Præpoſituras, Prioratus, Eccleſias, Capellas, Gangrias, obedientias, decimas, caſtra, caſalia, villas, domos, terras, poſſeſſiones, vineas, prata, paſcua, nemora, molendina, cenſus, maneria, redditus, & proventus, poſſeſſiones, jura, Jurisdictiones, & nonnulla alia bona, mobilia & immobilia, ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſeu eadem detinentibus præſtant auxilium, Conſilium, vel favorem, nonnulli etiam Civitatum, Diœc. & partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, dictis Abbati & Conventui in Præpoſituris, Prioratibus, Eccleſiis, Capellanis, Gangriis, obedientiis, decimis, Caſtris, Caſalibus, villis, domibus, terris, poſſeſſionibus, vineis, pratis, paſcuis, maneriis, molendinis, cenſibus, redditibus, & proventibus, penſionibus, juribus, & Jurisdictionibus, ac bonis præfatis, & rebus aliis ad Monaſterium ipſum ſpectantibus, multiplices injurias inferunt, & jacturas. Quare dicti Abbas & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, & cum valde difficile reddatur eisdem, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi de illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas & aliis aditus committendi præcludatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis

Conſervatores, & Judices eisdem Abbati & Conventui, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos ſuper hys & quibuslibet aliis bonis & Juribus ad ipſos & dictum Monaſterium ſpectantibus ab eisdem & quibuslibet aliis indebitè moleſtari, nec eis gravamina ſeu dampna aut injurias irrogari, facturi ipſis Abbati & Conventui, cum ab eis vel eorum aliquo, ſeu Procuratore vel Procuratoribus eorundem fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuscunque ſuper reſtitutione Præpoſiturarum Prioratuum, Eccleſiarum, Capellarum, gangriarum, obedientiarum, decimarum, Caſtrorum, Caſalium, villarum, domorum, terrarum, poſſeſſionum, vinearum, pratorum, paſcuorum, nemorum, molendinorum, cenſuum, penſionum, jurium, Jurisdictionum & aliorum bonorum prædictorum reddituum quoque & proventuum & aliorum quorumcunque bonorum, & rerum, nec non de quibuslibet injuriis, moleſtiis atque dampnis præſentibus & futuris, & in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, in aliis vero qualitas ipſorum exegerit, Juſtitiæ Complementum. Occupatores ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi nec non contradictores quoslibet & rebelles, cûjuscunque ſtatus ordinis vel conditionis extiterint, quandocunque & quotiescunque expedierit, Auctoritate noſtra apellatione poſtpoſita compeſcendo: invocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem & Diœc. niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœc. ad Judicium evocetur. Seu ne Judices & Conſervatores à Sede deputati prædicta extra Civitatem, & Diœc. in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, ſive alii, vel aliis vices ſuas committere aut aliquos ultra unam diettam a fine Diœc. eorundem trahere præſumant, ſeu quod de aliis quam de manifeſtis injuriis & violentiis, & aliis quæ Judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos ſi ſecus egerit & in id procurantes, adjectis, conſervatores ſe nullatenus intromittant, dumodo ultra duas dietas aliquis extra ſuam Civitatem vel Diœc. auctoritate præſentium non trahatur, quam aliis quibuscunque Conſtitutionibus à præ-

deceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conſervatoribus, quam Perſonis ultra certum numerum ad Judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte Jurisdictioni aut poteſtati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim à prodicta ſit Sede indultum, quod Excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, vel ultra certa loca ad Judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi & eorum Perſonis, & locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam veſtræ Jurisdictionis explicatio in hac parte, valeat quommodolibet impediri, & de qua ejusque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit ſpecialis. Cæterum volumus & Auctoritate Apoſtolica decernimus, quod quilibet veſtrum pro ſe, qui valeat Articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus, quodque à dat. præſentium ſit nobis & unicuique veſtrûm, in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis ceptis & non ceptis præſentibus & futuris perpetuata poteſtas & Jurisdictio attributa ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus ceptis & non ceptis, præſentibus & futuris & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula Coram vobis cepta fuiſſent, & Jurisdictio, veſtra, & cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Datum Avinioni IJ Januarii. Pontificatus noſtri anno undecimo.

(L.S.)

Conſervatoria Joannis XXII. ſuper Monaſterio S. Emmerami.

Num. CXXVIII.

Ludovicus IV. Imperator Alberto Abbati *Regalia* concedit, omniaque Privilegia confirmat.

LUdovicus Dei Gratia Romanorum Imperator Semper Augustus. Religioso viro Alberto, Honorabili Abbati Monasterii Sancti Emmerami Ratisponensi, fideli suo devoto gratiam suam & omne bonum. Desiderii votum Celsæ Celsitudinis nostræ tunc nempe saturatur ad plenum, cùm piæ considerationis studio Imperialis solertia devotorum Imperii augmentant commoda, & honores, hæc etsi cunctis summopere, ex commissæ nobis Administrationis debito cupidis animis quantum possumus, facere teneamur, fortius tamen non dubium Personis divinis dedicatis obsequiis, ob eorum bene merita, cum ejus sint Domini, per quem Reges regnant, & Principes in gentibus dominantur, culmen nostræ Celsitudinis ad id ferventius obligatur. Itaque nostri cordis volumina fugi meditatione volventes, pio |pensamus affectu, quantam devotionem, & fidem tu, tuique Prædecessores in dicto Monasterio ad nos, & Sacrum Romanum Imperium hactenus habuisti, nec desidem te invenimus, ad status nostri Magnificentiam ampliandam. Dignum duximus te, tuumque Monasterium, quod affectio nostra complectitur, speciali beneficiorum munere extollendum. Ut igitur te, cujus fides non claudicat, sentias per nostram clementiam, honorari more solito, & consueto, Universa Regalia, temporalitates, honores, utilitates, & commoda tibi, tuoque Monasterio Jure vel antiqua consuetudine pertinentia, & quæ tui Prædecessores in dicto Monasterio, ejusque bonis hactenus habuerunt, seu ritè & legitimè possederunt, tenore præsentium tibi Imperiali benevolentia conferimus, concedimus, & donamus, insuper ut gratia addatur gratiis, singulas & universas libertates, immunitates, Exemptiones, gratias, concessiones, dona, & Privilegia tibi tuisque Prædecessoribus nostris in Romano Regno vel Imperio quibuscunque facta, data, seu concessa grata & rata habentes præsentis scripti

patro-

patrocinio approbamus, ratificamus, confirmamus, & etiam de novo concedimus, & innovamus, exacta certa ſcientia, & de noſtræ Imperatoriæ plenitudine poteſtatis, volentes te, tuumque Monaſterium prædictum omnibus & ſingulis antedictis, adeo plenè, & præcipuè gaudere, uti, & potiri, quemadmodum tui Prædeceſſores in dicto Monaſterio, & ipſum Monaſterium hactenus quocunque titulo eisdem uſi ſunt & potiti. Præcipientes Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, cæterisque Nobilibus, & fidelibus Imperii Univerſis, Civitatibus, Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis & aliis Perſonis ſingularibus quibuscunque, cujuscunque conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, aut alia quavis præfulgeant dignitate, ne te, tuumque Monaſterium in prædictis aut aliquo prædictorum aliquo modo moleſtent, impediant, vel perturbent, imò potiùs omnimodè manuteneant, & defendant favoris, & gratiæ noſtræ ſub obtentu. Non obſtantibus quibuscunque legibus, Juribus, conſuetudinibus, vel ſtatutis & ſpecialiter legibus illis C. de partibus Imperatori afferendis. L. nec damnoſa & L. ultima ſeu Privilegiis, conceſſionibus factis, per nos aut Prædeceſſores noſtros quoscunque generalibus vel ſpecialibus, introductis, factis, datis, ſeu conceſſis, per quemcunque Perſonæ cuicunque, cujus Collegio, communitati, ſeu Perſonæ ſingulari, cujuscunque præeminentiæ, conditionis, & ſtatus exiſtat, & ſpecialiter civitati Ratisbonenſi, ſub quacunque Conceſſione, Conceptione, ſeu expreſſione verborum, etiamſi de ipſis ſpecialis, ac de verbo ad verbum foret in noſtris litteris mentio facienda, quæ prædictis aliquo modo obviarent, quæ quoad præmiſſa nullius obtinere volumus valoris firmitatem, eisdem exacta ſcientia, & de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis penitus derogantes, quæ etiam tenore præſentium caſſamus, irritamus, annullamus, caſſa & irrita volumus ipſo facto. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc noſtræ collationis, donationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, & conceſſionis paginam infringere, aut ei auſo temerario contraire. Si quis autem contravenire præſumpſerit, præter indignationem Noſtram Centum Marcarum auri puri, quarum medietatem fiſco, id eſt, noſtræ Imperiali Cameræ, reliquam vero injuriam paſſo applicari volumus, ipſo facto

ſe noverit incurſurum, in cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & noſtræ Majeſtatis Sgilli munimine juſſimus communiri. Datum Tridenti in Vigilia Nativitatis Domini, Anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, vigeſimo nono, Indictione tertia decima, Regni noſtri anno ſexto decimo, Imperii verò ſecundo.

Sigillum integrum.

Absque ulla alia ſubſcriptione.

Nota 1. Nihil occurrit in his litteris, DE JURAMENTO FIDELITATIS, licèt minime dubio locus eſſe queat, quin *Albertus* Abbas obſequia, & fidelitatem Ludovico Regi ſpoponderit.

Nota 2. Ludovicus Rex Albertum Abbatem in his litteris non nominat Principem, quo titulo tamen ipſum in aliis (vide Num. CXXI.) honoravit: HONORES conſuetos tamen eidem confirmat.

*******************?*?***************

Num. CXXIX.

Statutum *Alberti* Abbatis & Capituli ad S. Emmeramum, præſtitô ad Sancta Dei Evangelia Corporali Juramentô, quòd ultrà triginta duos Monachos nullus ſuſcipi debeat ad monaſterium.

NOs Albertus Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Totúsque Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. ad perpetuam rei memoriam. Quia per importunitatem petentium & maxime potentum, non Concedenda ſæpius Conceduntur, tam nos, quàm noſtri Prædeceſſores propter importunas principum ac Baronum terræ noſtræ, nec non Civitatis Ratisponenſ. petitiones ſæpe ac ſæpius in grave noſtrum ipſiusque Monaſterii præjudicium compulſi ſumus in noſtri Conventus aſſumere conſortium, quos de prædicti noſtri Monaſterii facultatibus, & proventibus ſuſtentari

tari non posse Cognovimus, & nunc Experientia docente hoc ipsum sensimus per Effectum. In tantum siquidem propter importunas prædictorum petitiones, numerus personarum nostri Conventus excrevit, quod propter ipsam multitudinem effrænatam Compulsi sumus sæpius, & adhuc frequentius necessitate urgente Compellimur possessiones nostrii Monasterii pro nostra sustentatione alienare, distrahere, aut Extraneorum, ob Victualium nec non aliorum Necessariorum defectum quotidie sufficientia mendicare. Cum igitur ratione prædictorum Monasterium nostrum minetur dispendium & ruinam, quod nisi celeriter adhibeatur remedium, Monasterium ad irreparabilis desolationis opprobrium deducitur. Nos volentes periculis tam evidentibus quibus Monasterium ex consimilibus Potentum petitionibus in antea graviora posset probabiliter subire dispendia debita sollicitudinis diligentia obviare, taxatis primitus & pensatis diligenter nostri Monasterii proventibus & Redditibus universis, quos triginta & duabus Personis tantum & non ulterius, quod secura Conscientia dicimus, sufficere Credimus, numerum quadraginta unius personarum quæ ad præsens in nostri Conventus sunt Monasterio, propter quarum multitudinem Monasterium ipsum à tempore, quo idem numerus accrevit, debitorum onere graviter laboravit, tractatu solempni, & deliberatione diligenti inter nos sæpius super his præhabitis de omnium & singulorum nostrorum beneplacito, Consensu & Consilio, necessitate urgente, & utilitate suadente ad dictum scilicet triginta duarum Personarum numerum restringimus, & Restrictum esse volumus perpetuo in his scriptis ordinantes, & præsentibus firmiter statuentes, ne quis nostrum seu successorum aliquem de cætero, cujuscumque status vel Conditionis exstiterit, ad præbendam & Consortium nostri Conventus & Monasterii assumat, quousque Confratrum, & Personarum nostri Monasteri numerus ad præscriptum triginta & duarum personarum numerum sit restrictus, & nec tunc quidem, nisi ad præbendam actu postea vacantem, aliquis Cujuscumque status vel Conditionis fuerit assumatur. Prædictumque triginta duarum personarum numerum, quibus redditus, proventus & facultates nostri Monasterii ad Exequendum Divinum Officium perpetuo observari, & ut prædicta tam per nos quàm successores nostros perpetuis temporibus irrefragabiliter observentur, singuli nostrum in animas nostras & successorum

nostro-

noſtrorum ad Sancta Dei Evangelia Corporale Juramentum præſtitimus, ordinationem, ſeu ſtatutum prædictum nos & ſucceſſores ordinantes ac præſentibus firmiter ſtatuentes, ut omnes & ſinguli noſtri Conventus fratres poſteaquàm profeſſi fuerint, ad vocem Capituli, niſi primo ſtatutum ſeu ordinationem prædictam ad Sancta Dei Evangelia ſe ſervaturos juraverint, nullatenus admittantur. Fratres, qui ordinatioi prædictæ interfuerunt, & eidem Conſenſerunt, ac Juramentum ſuper ipſius obſervatione ad Sancta Dei Evangelia præſentialiter præſtiterunt ſunt hi. Albertus Prior. Marquardus de Mur. Richardus Hoſpitalarius. Ortwinus Cantor. Fridericus Elenbuch. Jordanus Starzhauſer. Ulricus Kinisvelder. Conradus Sarchinger. Ulricus Cauznar. Conradus Froberzover. Otto Obellarius. Nicolaus Camerarius. Weichmannus Infirmarius. Rucherus Capelan. Fridericus Schauch. Henricus Capellanus. Gehhardus Schierlinger. Heinricus Minebech. Godfridus Præpoſitus in Ponte Bohemorum. Carolus Hauzendorffer Præpoſitus in Reith. Ulricus Memdorffer. Fridericus Hayer. Henricus Auer. Joannes Rector Puerorum. Hërmannus Gaizgebel. Cunradus Fuchſel. Joannes Gauznar. Joannes Hofer. Conradus Hildbrand. Hugo de Rath. Fridericus Kälbel. Ludovicus Paulſtorffer. Martinus Sittauer. Fridericus Lotter Presbyter abſens fuit, & alii ſex nondum profeſſi erant, & vocem in Capitulo non habebant, in præmiſſi ſtatuti ſeu ordinationis evidens Teſtimonium Sigilla noſtra duximus præſentibus apponenda. Datum & Actum Ratisponenſ. in Monaſterio noſtro prædicto. Anno Domini MCCCXXX. in die S. Ruperti Epiſcopi.

Sigillum Abbatis Illæſum.

Sigillum Capituli Illæſum.

Num.

Num. CXXX.

Ludovicus IV. Imperator præcedens Decretum Capituli ad S. Emmeramum, de non adaugendo numero Monachorum, ultra 32. confirmat.

LUdovicus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Hoc perpetuum noſtræ ſollicitudinis cura, continua meditatione in votis revolvit, ut Monaſteria & loca Divinis obſequiis dedicata noſtro Miniſterio, ſollicitudine quoque & cura ab oneroſis diſpendiis releventur, & deſtructioni proxima, noſtrarum animarum ob remedium in melius & ſtatum ſalubrem reformentur, & etiam per ſolertiam in ſuæ Conſerventur regulæ diſciplina. Sanè quoniam honorabiles & religioſi viri Abbas, & Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. devoti noſtri dilecti propter nimiam importunitatem, & potentem principum & aliorum inſtantiam adeo præbendarum multitudine in ſuo Monaſterio ſunt gravati ex ſimilibus quoque cauſis, & etiam petitione prædictorum in tantum ſe in poſterum gravari timent, quod dictum Monaſterium ad ſupremam ex hoc deſtructionem, & exinanitionem irrecuperabilem deduci poſſet, & etiam veriſimiliter deveniri. Volentes ipſis & eorum Monaſterio quo ad hoc de opportuno remedio providere, ſtatutum per Dnum Abbatem & ejus Conventum de certo præbendarum numero, videlicet de triginta duabus præbendis, ad quas etiam triginta duas perſonas, quæ ipſorum Regulam juxta ſtatuta & conſuetudinem ſui ordinis ad hoc ſtatutis temporibus profitentur, & non ultra recipere teneantur, factum, & cæteris pœnis per ipſos vallatum præſentis ſcripti patrocinio perpetuo valituro roborantes approbamus, ratificamus, & noſtra Imperiali Clementia Confirmamus, univerſis, & ſingulis, cujuscumque dignitatis, ſtatus, ſeu Conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, Regali, ſeu alia quævis præfulgeant dignitate, gratiæ & favoris noſtri ſub obtentu diſtrictius inhibentes, ne Abbatem & Conven-

tum ſupradictos contra dictam ordinationem ſeu ſtatutum quemlibet ultra numerum ſupradictum, quibusvis inſtantiis, precibus, ſeu inductionibus quibuscumque recipere compellant, vel etiam pro receptione, apud ſupradictos Abbatem & Conventum Monaſterii præfati, niſi una de præbendis prædictis actu vacaret, pro qua licitum eſt petere, inſtent modo quovis, ſi noſtram voluerint gratiam conſervare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, & Confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem ſe noverit incurſurum, in cujus rei teſtimonium conſcribi & ſigillo Majeſtatis Juſſimus Communiri. Datum in Nüremberg feria ſecunda proxima poſt Octavam Pentecoſtes Anno Dni Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Primo. Regni noſtri Anno Decimo Septimo, Imperii verò Quarto.

Sigillum Integrum.

Num. CXXXI.

Alberti Abbatis & Conventûs ad S. Emmeramum Concluſum de *Infirmaria.*

NOs Albertus Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Abbas, totusque Conventus Monaſterii Sancti Emmerami Ratisbonenſ. ad perpetuam rei memoriam. Conſtitutionem regulæ noſtræ ſanctæ, qua præcipitur infirmis cura ante omnia & ſuper omnia adhiberi pia meditatione penſantes incommoda & miſerias Confratrum noſtrorum infirmorum quæ & quas propter defectum ædificiorum infirmis Congruentium à longè retroactis temporibus pertulerunt, in melius ſollicitudine debita Cogitavimus reformare, & ad tollendum miſerias & defectus hujusmodi Domum unam, cum duabus ſtubis & totidem Cameris cum aliis neceſſariis in

viri-

dario propè Capellam Beati Cholomanni ædificari procuravimus ad Conſolationem & uſum confratrum noſtrorum ſolummodo infirmorum. Verùm quia Commoda hactenus infirmis noſtris deputata Confratribus, per Confratres noſtros ſanos & incolumes fuerunt ſæpiſſime in prædictorum infirmorum gravem perturbationem & injuriam occupata, ne de Cætero talia in infirmorum præjudicium valeant ab aliquo Attemptari, de omni noſtrûm Conſilio, Conſenſu & beneplacito. Matura deliberatione præhabita præſentibus ordinamus & ſtatuimus, ut de Cætero Commodis, ſeu ædificiis prædictis utantur ſolummodo Confratres Noſtri Monaſterii debiles, & infirmitales videlicet, qui nec Miſſam legere, nec chorum valeant frequentare, Confratres quoque infirmi ſive unus, ſive vel plures fuerint, Poſtquam recuperata ſanitate Miſſam legere, Chorum frequentare, vel ſepta Monaſterii exire inceperint. Niſi recreationis cauſa, licentia Prioris Monaſterii noſtri ad äerem bonum capiendum extra Civitatem deambulaverint, ex tunc nec pedem ad manendum infra domum prædictam, niſi nova-infirmitate ſuperveniente, ponere audeant, vel præſummant, ſed mox intra Conventum ſe recipiant, vel in infirmitorio antiquo majoris recreationis gratia de Prioris licentia morem trahant. Nullus quoque Monaſterii Confrater niſi infirmitate legitima Impellente prædictam Domum ad Comedendum, bibendum, vel dormiendum ibidem intrare audeat, quoquo modo, præterquam ſi de Conventu noſtro, unus aut Duo vel tres & non plures, cum, vel coram infirmo, ſeu infirmis Commedendo vel bibendo eisdem Charitatis & humanitatis ſolatium de Prioris licentia voluerint exhibere. Inhibemus quoque, ne eo tempore, quo infirmus, ſeu infirmi Confratres noſtri in prænotata Domo decubuerint aliquis de Conventu noſtro in viridario prædictæ domui contiguo cibum vel potum ſumere audeat, vel attemptet, ipſorum niſi in caſu præſcripto, quoad ſolatium infirmorum noſtrorum hoc fieri permittantur. Indulgemus tamen, ut tempore generalis minutionis per quatuor dies, quibus minutio durare conſuevit, & non alio tempore Confratres noſtri licitè ad Dictam Domum ſe recipiant, niſi in ea eodem tempore infirmi aliqui Commorentur. Prohibemus inſuper, ne aliquis Confratrum noſtrorum Infirmorum poſtquam ſanitate recepta Domum ipſam

exire Cogitaverit de lectiſterniis, libris, ſuppellectibus, ſeu rebus quibuslibet aliis ad ipſam Domum & uſum infirmorum ſpectantibus præſumat aliquid aſportare, ſed pro ornatu Domus ipſius, & bono Commodo, ac uſu Infirmorum omnia prædicta ſub fideli Cuſtodia Infirmarii, qui pro tempore fuerit, integra remaneant & illæſa. Volentes præterea Confratribus noſtris infirmis in neceſſariis ſpiritualibus non deeſſe, præſentibus ſtatuimus & mandamus, ut ſi quando aliquem ex Confratribus noſtris in Domo prænotata ægrotare Contigerit, ſi talis Miſſam alibi Comode adire nequiverit, Miſſa ter in ſeptimana juxta infirmi petitionem, ſi tamen Miſſam ipſam idem infirmus circa feneſtram in Capella prædicta ad hoc factam frequentare poterit per eum, qui proxima Die præcedenti ultimam inter miſſas ſtatutas legerit celebretur. Ut per hoc infirmi ſeu Infirmorum non tepeſcat ſed potius accendatur devotio, & idem Infirmus vel Infirmi poſſint, ſi expediens fuerit, ibidem recipere Evchariſtiæ Sacramentum. Infirmarius quoque, qui pro tempore fuerit, prædictam Miſſam legenti duas denariatas boni vini ipſo die pro pietantia miniſtrabit. Et ut omnia & ſingula præſcripta à nobis & noſtris ſucceſſoribus inviolabiliter obſerventur præſentibus ſtatuimus, ut ſiquis de Conventu noſtro Contra præmiſſa vel eorum aliquid venerit omni conſolatione, feſtivitatum & Aniverſariorum defunctorum Confratribus Noſtri Monaſterii miniſtrari Conſueverunt per duorum menſium ſpatium exceſſum hujusmodi continue ſubſequentium ſit privatus, nulla eidem remiſſione ſuper ſcriptis aliqualiter profutura, niſi exceſſum talem Sacramento Corporali ex ignorantia ſe probaverit Commiſiſſe. Si quis vero aliqua ad prædictam Domum, ut præmittitur ſpectantia aſportaverit, ex tunc Conſolatione prædicta quousque eadem integre reſtituerit, & poſtea per Duorum menſium ſpatium ſit privatus. Infirmario quoque, & Obellario noſtri Monaſterii, qui nunc ſunt, & omnibus eorum Succeſſoribus præſentibus præcipimus firmiter & diſtrictè, ut poſtquam ad ipſorum notitiam pervenerit, aliquem ex noſtris Confratribus veniſſe contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum, ex tunc Conſolationis gratiam ſecundum modum prædictum eidem & eisdem ſubtrahere non omittant. Alioquin memoratos officiales vel alterum ipſorum, qui in hoc fuerit ſcienter negligens, Nos Albertus

Ab-

Abbas prædictus monitione Canonica præmissa ab ingressu Ecclesiæ præsentibus suspendimus, & ex tunc prout ex nunc suspensum seu suspensos esse volumus quousque præscripta adimplere inceperint cum effectu. Postremo ne aliquis nostrûm seu Successorum nostrorum ex præsenti statuto vel aliis statutis per nos edictos vel edendis pænam seu sententiam ex ignorantia possit incidere aliqualem, volumus & ordinamus, quatenus de Cætero singulis annis feria secunda proxima post *invocavit*, de Conventu, qui Commode interesse poterunt præsentibus in Capitulo nostro statuta prædicta legantur publicè & aperte. In præmissorum omnium evidens testimonium nostra duximus Sigilla præsentbus apponenda. Datum & actum Ratisponens. in nostro Monasterio Anno Domini *Millesim.* CCC. Trecentesimo quinto., in Vigilia Beatæ Katherinæ Virginis Glorioſæ.

Num. CXXXII.

Confirmatio Privilegiorum Monasterii S. Emmerami.

BEnedictus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis - - - Abbati & Conventui S. Emmerami Ratispon. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum sicut ex parte vestra fuit propositum Coram nobis Vos & Prædecessores vestri, qui fuerunt pro tempore, quibusdam Privilegiis, & Indulgentiis à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus vestro Monasterio Concessis per simplicitatem, & Juris ignorantiam usi non fueritis temporibus retroactis. Nos vestris supplicationibus inclinati ejusdem Monasterii indemnitati volentes in posterum præcavere utendi de cetero eisdem Privilegiis & Indulgentiis non obstante ommissione hujusmodi, dummodo non sit eis per præscriptionem vel aliàs legitimè derogatum, auctoritate vobis præ-

ſentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni VI. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno Quarto.

Sigillum Plumbeum.

Benedictus PP. XII.

De Anno 1338.

Num. CXXXIII.

Statutum Alberti Abbatis ad S. Emmeramum & Conventüs ibidem, de *Expoſitis Religioſis.*

NOs Albertus Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Abbas totusque Conventus Monaſterii Sancti Emmerami Ratispon. ad futuram rei memoriam. Indempnitatibus noſtri Monaſterii, quod propter evidentes negligentias & vitam inordinatam quorundam de Conventu noſtro, qui Curam & Adminiſtrationem prædiorum & Poſſeſſionem noſtri Monaſterii in *Inning*, *Raith*, & *Lauterpach*, nec non *in Ponte Bohemorum* hactenus geſſerunt ex debitorum oneribus per eosdem multotiens temerè indiſcretè ac irrationabiliter contractis prout experientia docuit, grandia ſæpius in temporalibus paſſum eſt diſpendia, affectantes deſiderabiliter occurrere, & ſuper hiis oportunæ cautelæ profuturum remedium adhibere, contractu ſolempni, & deliberatione inter nos præhabita diligenti de omnium noſtrum unanimi voluntate beneplacito & Conſenſu præſentibus ſtatuimus & ordinamus, ut ſi quis de Conventu Noſtro procurationem, ſeu adminiſtrationem prædictorum prædiorum noſtrorum Inning, Räuth, Lauterbach, ſeu

Pon-

Pontis Bohemorum de cetero gubernanda ſuſceperit, à debitis & mutuo contrahendis, quantum poſſibile fuerit, abſtineat, nec ultra ſummam decem librarum den. Ratisponenſ. vel eorundem valorem absque ſpeciali & expreſſa licentia ſui Abbatis, qui de ſcitu & Conſilio Prioris, & duorum vel trium Seniorum Monaſterii noſtri hujuſmodi licentiam. Si ex cauſa rationabili mutuum contrahendum fuerit, concedere poterit, vel ſi ſecus fuerit, denegare. Si vero aliquis prædictorum hujuſmodi licentia non obtenta, debita usque ad valorem decem librarum Ratispon. in quibuscunque rebus contrahere præſumpſerit, eo ipſo procuratione ſeu adminiſtratione, quam tenuit, ſit privatus, niſi contra eundem veriſimiliter præſumatur, quod pro eo debita ipſa contraxerit, ut ab eadem adminiſtratione citius abſolvatur. Et ſi quis ex Prædictis procuratoribus ſeu adminiſtratoribus usque ad valorem viginti librarum den. Ratispon. prædicta licentia non obtenta debita ſeu mutuum in pecunia parata ſeu aliis rebus quibuscunque contraxerit. Ex tunc talis quicunque fuerit procuratione & adminiſtratione qualibet, ac voce Capituli in noſtro Monaſterio per continuum ſubſequens decenium Privatum eſſe ſtatuimus in hijs ſcriptis. Et ſi rurſus aliquis prædictorum famæ ſuæ ac ſalutis prodigus tanquam præſentis ſtatuti contemptor usque ad triginta lib. den. Ratispon. in pecunia numerata vel rebus quibuscunque debita contrahere præſumpſerit modo præſcripto licentia non obtenta. Ex tunc talem, quicunque fuerit, omni officio, & adminiſtratione, ac voce Capituli inter noſtrum Monaſterium præſentibus privamus, & perpetuo privatum eſſe decernimus, nec ad ipſa, vel eorum aliquod de cætero vocari, admitti ſeu poſtulari poterit, nec debebit, gratia vel remiſſione, ſi qua ſuper præmiſſis ſeu præmiſſorum aliquo, alicui facta fuerit, in nullo penitus valitura. Salvis nihilominus aliis penis, quibus prædicti adminiſtratores ad arbitrium ſui Prælati puniri poterunt, ſi eorundem hoc exegerit temeritas, ſive culpa. Prædicta vero licentia ſuper mutuo contrahendo alicui conceſſa aliter probari non poterit, niſi per Abbatis proprii Sigillum, vel Abbatis ejusdem & Prioris recognitionem publicam & expreſſam & ut de prædicto mutuo, ſi quid per Procuratores, ſeu Adminiſtratores prætactos, de cætero contrahi continget, promptior &

facil-

facilior notitia habeatur, ſtatuimus præſentibus' & ordinamus, ut quandocunque & quotiescunque in antea Procuratorem ſeu Adminiſtratorem, unum vel plures de novo in ſupradictis prædiis conſtitui contigerit, talis vel tales nequaquam ſe de adminiſtratione intromittant, niſi prius ſub Sigillo Abbatis ſui vel ſcriptura publica de omnibus bonis mobilibus in quibuscunque conſiſtant, inventarium duplex fiat, quorum unum penes officialem remaneat, & Abbas reliquum reſervabit. Prædictis inſuper adjicentes ſtatuimus & ordinamus, ut Confratres noſtri, qui pro tempore Adminiſtrationem Prædiorum in *Inning* & *Lauterbach* tenuerint, ſingulis annis ante Feſtum Cœnæ Domini, niſi impedimentum interveniat legitimum, quod per nuntium ydoneum Corporale ſuper impedimento ipſo Juramentum præſtantem probari debebit, in noſtro Monaſterio compareant, per ſacros dies tunc inſtantes divinum officium cum cæteris devotius peragendo, nequaquam ad loca adminiſtrationis ſuæ reverſuri, niſi rationem plenam & ſpecificam de ſtatu Adminiſtrationis ſuæ & officio prius reddant, ad quam rationem ad arbitrium Abbatis vocari poterunt duo vel tres de quolibet prænotato Prædio, qui veritati ſuper omnibus in rationem deducendis, nec non ſuper ſtatu prædiorum ipſorum teſtimonium valeant perhibere. Is vero qui de Conventu noſtro gubernationem *Pontis Bohemorum* pro tempore tenuerit, cùm propter Curam animarum inibi per noſtros expediendam tempore prædicto commode abeſſe nequeat, poſt octavas Paſchæ infra triduum ad noſtrum Monaſterium veniat modo præmiſſo rationem de Adminiſtrationis ſuæ officio redditurus. Quod ſi Confratres noſtri, qui pro tempore gubernationem ſeu Adminiſtrationem prædiorum prædictorum tenuerint, vel aliquis ſeu aliqui ex eisdem impediti fuerint, ita quod in terminis prædictis præſcripta adimplere non valeant, & modo præmiſſo ſuper hoc legitimè excuſati, ex tunc impedimento ipſo ceſſante, mox omni dilatione ſemota, ad Monaſterium noſtrum veniant modo præſcripto rationem de ſuis Adminiſtrationibus reddituri. Si vero iidem Confratres noſtri in terminis prædictis nec per ſe venire, nec excuſatorem ydoneum transmittere, vel ſi in terminis impediti fuerint, & poſt terminum impedimento ceſſante venire contempſerint, ex tunc adminiſtrationibus, ſi quas tenebant,

nebant, ſint ipſo facto privati, ad easdem nunquam de cætero promovendi, niſi, ut præmittitur, hæc, ut ab omni Adminiſtratione ipſa abſolvi valeant, credatur veriſimiliter commiſiſſe. Præterea, quia in oblegationibus ſeu fide Juſſionibus per Confratres noſtros aliquoties pro extraneis factis pericula ſæpius non modica ſuſtinuimus & jacturam, præſcripta omnia, quæ de non contrahendo mutuo ſtatuimus ad obligationes, ſeu fide Juſſiones pro extraneis minime faciendas extendentes præſentibus ſtatuimus & ordinamus. Ut ſi quis ex noſtris Confratribus Gubernationem antedictorum prædiorum Reut, Inning, Lauterbach, ſeu Pontis Bohemorum pro tempore retinens pro quocunque extra noſtrum Monaſterium & Conventum usque ad ſummam decem, viginti, ſive triginta librarum den. Ratispon. ſe obligare præſumpſerit, penas ſupra contra contrahentes mutuum usque ad ſummas den. conſimiles expreſſas, quoad omnes & ſingulos ibidem tactos articulos incidat ipſo facto, nulla penitus remiſſione ſuper ſtatutis hujuſmodi alicui facienda. Sane ut prædicta omnia & ſingula tam per nos, quam Succeſſores noſtros inviolabiliter obſerventur, & ne alicui noſtrum vel Succeſſorum noſtrorum, pro quorum etiam utilitate, ac commodo præſens ſtatutum edidimus contra prædicta vel ipſorum aliquod venire liceat pro majori firmitatis vinculo Frater Hugo Cammerarius noſter de mandato beneplacito & conceſſu omnium noſtrûm omnibus nobis præſentibus in animas omnium & ſingulorum noſtrorum ad Sancta Dei Evangelia Corporale præſtitit Sacramentum. Ad evidentiam inſuper pleniorem omnium præmiſſorum, Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum & Actum Ratispon. in noſtro Monaſterio Anno Domini M. CCC. XXXXII, in die Sancti Thomæ Apoſtoli.

Sigillum Alberti Abbatis.

Sigillum Conventûs.

Num. CXXXIV.

Clemens VI. Parochiam in Pföring unit Monasterio S. Emmerami, reservatâ portione congruâ perpetuo Vicario ibidem.

CLemens Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etsi ex injuncto nobis Apostolatûs Officio Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium sollicitudo nobis immineat generalis, circa eos tamen diligentius vigilare nos convenit, quæ necessitatibus & indigentia opprimuntur, & ut illa præsertim Religiosa per Apostolicæ Sedis Gratiam recipiant in suis oppressionibus relevamen libenter opportunum remedium adhibemus. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventûs Monasterii S. Emmerami Ratisbonensis Romanæ Ecclesiæ immediatè subjecti Ordinis S. Benedicti petitio nobis exhibita continebat, quòd bona ipsius Monasterii his temporibus propter querras Principum & Baronum, & aliorum nobilium terrarum Bavariæ, quæ quidem querræ revera propter Devotionem & fidelitatem Cleri & populi Civitatis Ratisbonensis, quas ipsi ad Sanctam Romanam Ecclesiam gesserunt, prout adhuc gerunt, susscitatæ fuerunt, sunt tam ignis incendio, quam aliàs fere totaliter devastata, ita, quòd dicti Abbas & Conventus ad maximam inopiam devenerunt. Quare pro parte ipsorum Abbatis & Conventus fuit nobis humiliter supplicatum, ut Parochialem Ecclesiam in *Pföring* dictæ Diœcesis de Patronatu dictorum Abbatis & Conventûs existente, eisdem Abbati & Conventui ac eorum Monasterio in relevationem paupertatis & inopiæ ac status, & necessitatum ipsorum annectere, & unire, ac in usus proprios eis & eorum Monasterio perpetuò concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque volentes eisdem Abbati & Conventui, ac eorum & dicti Monasterii necessitatibus, quantum cum Deo possumus, salubriter & utiliter providere Venerabilis Fratris nostri Friderici Episcopi Ratisbonensis, nobis in hac parte humiliter sup-

ſupplicationibus inclinati prædictam Parochialem Eccleſiam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ipſis Abbati, & Conventui ac per eos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica ex nunc in perpetuum unimus, annectimus, ipſamque Eccleſiam in uſus proprios Abbati & Conventui concedimus ſupradictis, ita, quod cedente ipſius Eccleſiæ rectore, qui nunc eſt, vel alias quovis modo Eccleſiam ipſam dimittente liceat præfatis Abbati, & Conventui, & Succeſſoribus eorum Auctoritate prædicta poſſeſſionem corporalem præfatæ Eccleſiæ recipere, apprehendere, ac in uſus hujuſmodi licitè retinere, fructúsque ipſius Eccleſiæ in ſupportationem paupertatis, ſtatus, ac neceſſitatum prædictorum & aliàs in utilitatem dicti Monaſterii convertere valeant, Diœceſani loci, & cujuscunque alterius licentia minimè requiſita, reſervatâ tamen de ipſius Eccleſiæ proventibus pro perpetuo Vicario ad præſentationem eorumdem Abbatis, & Conventûs in eadem Eccleſia inſtituendo, & inibi etiam perpetuo ſervituro congrua portione, ex qua idem Vicarius congruè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, aliáque ſibi incumbentia onera poſſit congruè ſupportare. Non obſtantibus, ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi Eccleſiis, vel aliis Beneficiis, Eccleſiaſticis in illis partibus generales vel ſpeciales præfatæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas litteras & proceſſus habitos per easdem, & quæcumque inde ſecuta ad præfatam Parochialem Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad affectionem Eccleſiarum & Beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper dicta Parochiali Eccleſia à quoquam quavis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Unionis, annexionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc

attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit in curſurum. Datum Avinioni IIII. Idus Auguſti. Pontificatûs noſtri anno Quarto.

Sigillum.

De Anno 1344.

Num. CXXXV.

Karolus IV. Imperator confirmat Privilegium *Ludovici Regis.*

KArolus DEI Gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Boemiæ Rex. Univerſis noſtris & Sacri Imperii fidelibus gratiam Regiam & omne bonum. Regalis Excellentia tunc ſui Nominis titulos, & Cæſareæ dignitatis gloriam ampliat, & extollit, cum loca & præſertim Religioſorum divino cultui dedicata & Perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur, ac eorum juſtis & rationabilibus petitionibus favorabiliter ſe inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Abbatis, & Conventûs Monaſterii S. Emmerami Ratispon. Principis noſtri dilecti, noſtro culmini fuit humiliter ſupplicatum, ut Privilegium infra ſcriptum eis, & eorum Monaſterio à *Ludovico Romanorum Rege* quondam indultum noſtris oblatum conſpectibus, quod ex omni ſui parte ſalvum & integrum & in nulla ſui parte vitiatum, ſuo Sigillo vero & integro roboratum nos vidiſſe recognoſcimus, de benignitate Regia approbare, ratificare, innovare & confirmare dignaremur Tenor verò dicti Privilegii Talis eſt.

IN NOMINE SANCTÆ &c. *Hìc Diploma* LUDOVICI *Romanorum Regis* ſupra Num: XXXIV. pag. 90. *exhibitum, integrum inſertum fuit*, proſequitur *Karolus.*

Nos igitur prædictorum Abbatis, & ejus Conventûs piis ſupplicationibus favorabiliter inclinati præſcriptum Privilegium, & ejus

teno-

tenorem, ac omnia & ſingula, in eo contenta innata nobis Clementia Auctoritate Regia ex certa noſtra ſcientia approbamus, ratificamus, innovamus, & præſentibus confirmamus. Nulli ergo penitus hominum, liceat hanc noſtræ Approbationis, Ratificationis, Innovationis, & Confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario quomodolibet contraire, ſub pœna centum librarum, quas ab eo, qui contravenire præſumpſerit, totiens, quotiens contra factum extiterit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem fiſco noſtro, reliquam verò partem injuriam paſſorum uſibus applicari præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio litterarum. Datum Ratisponæ anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo quarto Indictione ſeptima. VII. Kalend. Julii, Regnorum noſtrorum Anno octavo.

Sigillum Integrum.

per Dnum Regem
Rudulphus de Friedeberg.

Nota 1. *Carolus* Rex Romanorum Abbatem Monaſterii S. Emmerami *Albertum* DILECTUM ſuum appellat PRINCIPEM, quod nomen, etiam in ſequentibus *Caroli* Litteris legitur.

Nota 2. Nullas alias *Caroli Regis* litteras invenire potui, quibus (Carolus) *Alberto* Abbati *Feoda Regalia* conceſſiſſet, niſi fortè Iſtæ, & immediatè ſequentes cenſendæ ſint eæ, quibus *Albertus* Abbas inveſtituram, ſeu Feoda Regalia accepiſſe dicendus eſt; *Carolus* enim Rex tunc *Ratisponæ* præſens, binas iſtas litteras, *Privilegiorum* Monaſterii S. Emmerami *Confirmatorias Alberto* Abbati dedit.

Nota 3. *Alberto* Abbati mortuo ſucceſſit *Alto* Abbas ad S. Emmeramum anno 1358. Dubitare non licet, quin *Alto* Abbas à *Carolo* Rege Romanorum *Feoda Regalia* ſuſceperit, ſed nullæ etiam hujus inveſtituræ adſunt litteræ. Fortè necdum conſtans inolevit lex, & conſuetudo, ut litteræ Regiæ de conceſſis *Regalitus Feodis* conficerentur. Sub *Wenceslao* Rege autem, *Caroli* Regis Filio, & ſequentibus Regibus (uti poſtea patebit,) hujuſmodi litteræ de conceſſis *Regalibus Feodis*, ſemper conſcriptæ fuerunt. Colligere etiam ex ſequentibus licet, quòd *Renovatio inveſtiturarum*, cùm à novo Feudi Vaſallo, tum à novo Electo Romanorum Rege facta, & litteræ *de inveſtitura factâ* exaratæ fuerint.

Num. CXXXVI.

Karolus IV. Litteras Lucii Papæ ex Friderici I. litteris tranſſumi facit, easque ratas habet.

KArolus Dei Gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Boemiæ Rex, Univerſis Sacri Imperii Fidelibus Gratiam ſuam & omne bonum. Regalis Excellentia tunc ſui Nominis titulos ampliat, & extollit, cum loca Divino cultui dedicata & Perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur, ac eorum juſtis & rationabilibus petitionibus favorabiliter ſe inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Alberti Abbatis & Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratispone Principis noſtri noſtro culmini fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras felicis Recordationis Dni Lucii Divina Providentia Sanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis ſub Sigillo dive Recordationis *Friderici* quondam Romanorum Imperatoris Anteceſſoris noſtri transſumptas, quas ſalvas & integras non cancellatas, non raſas, nec in aliqua ſui parte viciatas, nec ſuſpectas nos vidiſſe recognoſcimus ex Magnificentia Regia rata & grata habere, & ab omnibus noſtris, & Sacri Imperii fidelibus inviolabiliter ſervari mandare dignaremur, quarum litterarum prædicti Divæ Recordationis Friderici Tenor de verbo ad verbum dinoſcitur eſſe talis.

[IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FRIDERICUS &c. *hic Litterarum FRIDERICI I. initium, unà & Litteræ LUCII II, ſuprà Num. LVI. pag.* 139. *productæ, de verbo ad verbum inſertæ ſunt.*] *proſequitur Carolus.*

Nos igitur prædictorum Abbatis & Conventus piis ſupplicationibus inclinati præſcriptum Privilegium olim Dni LUCII PP. ſub Sigillo prædicti Divæ recordationis Friderici transſumptum cum omnibus Clauſulis, Sententiis, & tenoribus inibi contentis, de innata nobis benignitatis Clementia Auctoritate Regia ratum, & gratum habentes ab omnibus noſtri & Sacri Imperii fidelibus ſub

obten-

obtentu gratiæ noſtræ, & ſub pœna Centum marcarum auri, quas ab eo, qui contra venerit, totiens quotiens contra factum extiterit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem fiſco noſtro, reliquam verò partem injuriam paſſorum uſibus applicari inviolabiliter præcipimus obſervari preſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio litterarum. Datum Ratisponæ anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione. VII. VII. Kalend. Julii. Regnorum noſtrorum anno octavo.

Sigillum (mediam partem) *læſum.*

per Dnum Regem
Ruodulphus de Friedeberg.

Nota. Plures ſub Abbate *Alberto* à *Ludovico IV.* Bavaro, aliisque Bavariæ Ducibus conceſſæ, Autographæ adſunt litteræ. Sed cùm Privilegia, & Litteras Ducum Bavariæ poſtea CONNEXAS, exhibituriſimus, hic eas producere nolui. Ulteriùs de Alberto Abbate notandum venit, quòd ſub ejus regimine (anno 1339.) Confœderatio facta fuerit inter Monaſterium *S. Emmerami*, & Monaſterium *Eberſpergenſe.*

NOTA ULTERIUS.

Defuncto Abbate *Alberto* Fratres S. Emmerami ſibi elegerunt Abbatem *Altonem*, ſed ob *Reſervationes* Sumæ Sedis Electio iſta *ab Innocentio VI.* P. M. irrita declarata fuit, Idem ALTO tamen à dicto Summo Pontifice, deliberatione cum Fratribus (Cardinalibus) habitâ, Abbas ad S. Emmeramum conſtitutus fuit. Quas Reſervationes Beneficiorum BONIFACIUS VIII, CLEMENS V. JOANNES XXII. (quem prima Regularum Cancellariæ fundamenta jeciſſe vulgò exiſtimant) quas etiam BENEDICTUS XII. ſuâ Decretali *ad Regimen &c.* ſtatuerint, ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XIII. & ſequentium temporum patet. Hinc Pontifices, Joannis XXII. Succeſſores ob *Reſervationes* Sedis Apoſtolicæ tunc vigentes, Electiones Abbatum à Monachis ad S. Emmeramum peractas, ſemper irritas declararunt, atque Auctoritate Apoſtolica Abbatem (eumdem tamen, quem Monachi priùs elegerant) conſtituerunt. Reſervationes iſtæ, circa *Electionem* Abbatum Monaſterii S. Emmerami viguerunt, usque ad medium Sæculum decimum quintum. Sub Nicolao V. & Friderico III. anno 1448. *Concordata Germaniæ* ſtabilita fuerunt, quibus

omnis

omnis libertas Electionum in noſtris terris confirmata fuit, integris tamen quibusdam Apoſtolicæ Sedis Reſervationibus. Vide Thomaſſinum, de nova & veteri diſciplina. Parte II. lib. 1. cap. 44. item libro II. cap. 38. Non ingratum lectori puto, ſi *Reſervationis*, & Electionem irritam declarantis Pontificis Summi exhibeam litteras; en Litteras INNOCENTII.

Num. CXXXVII.

Innocentius VI. ob reſervationes Apoſtolicæ Sedis, irritam declarat Electionem Abbatis ad S. Emmeramum, eumdem tamen auctoritate Apoſtolica Abbatem præficit.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Conventui Monaſterii Sancti Emmerami Ratisponenſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium circa diverſa, quæ agenda noſtris incumbunt humeris eſt illud potiſſimum, ut circa Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, præſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium ſtatum, & illorum maxime, quæ ſunt Paſtorum Regimine deſtituta, ſic ſollicitâ diligentia intendamus, quod Eccleſiæ & Monaſteria eadem noſtræ operationis ſtudio ſuperni favoris auxilio ſuffragante, præſerventur à noxiis & proſperitatis nocivæ ſucceſſibus gratulentur. Dudum ſiquidem quondam Alberto Abbate Monaſterii Veſtri, Regimini ejusdem Monaſterii præſidente, nos cupientes ipſi Monaſterio veſtro, cum illud vacare contingeret utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ ſedis providentiam præeſſe perſonam, Proviſionem dicti Monaſterii diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernendo ex tunc irritum, & inane; ſi ſecus his per quoscunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret Attemptari, Poſtmodum verò Præfato Monaſterio veſtro per obitum dicti Alberti Abbatis, qui

nuper

nuper extra Romanam Curiam diem Clausit extremum Abbatis Regimine destituto, vos reservationis, & Decreti prædictorum, ut dicitur ignari, dilectum Filium *Altonem* Abbatem Monachum & Infirmarium, ipsius Monasterii Abbatem, licet de facto Concorditer elegistis, ipseque Alto hujusmodi reservationis, & decreti etiam inscius eidem electioni consensit, & demum reservatione & decreto prædictis ad ejusdem Altonis deductis notitiam, electionis hujusmodi negotium proponi fecit in Consistorio Coram nobis. Nos igitur tum electionem hujusmodi & omnia alia inde secuta utpote post & contra *reservationem*, & decretum prædicta attemptata, prout erant irrita, & inania reputantes & ad provisionem dicti Monasterii, de qua nullus Præter nos ea vice se intromittere potuerat, neque poterat, *reservatione* & decreto obsistentibus, ne ipsum Monasterium Vestrum longæ vacationis exponeretur incommodis paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Monasterio personam utilem & fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, Demum ad eundem Altonem Abbatem, cui de Religionis Zelo, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestate, aliisque multiplicium virtutum meritis Laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis, quibus omnibus & etiam Concordi vestrum eundem Altonem eligentium voluntate, debita meditatione pensatis, de persona dicti Altonis Abbatis eidem Monasterio vestro de dictorum fratrum consilio auctoritate Apostolica providimus, ipsúmque illi præfecimus in Abbatem, curam & Administrationem ipsius Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo. In illo, qui dat gratias & largitur præmia Confidentes, quod dirigente Domino actus suos, præfatum Monasterium per ipsius Abbatis industriæ & Circumspectionis studium fructuosum Regetur utiliter, & prosperè dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus auctore Domino suscipiet incrementa. Quocirca discretione vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Altonem Abbatem pro nostra & dictæ Sedis Reverentia benignè recipientes exhibeatis eidem reverentiam & obedientiam debitam, & devotam, ejus salubria monita, & mandata suscipiendo humiliter efficaciter adimplendo. Alioquin sententiam, quam idem

Alto Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad Satisfactionem Condignam inviolabiliter obſervari. Datum Avinioni II. Idus Maji. Pontificatus noſtri Anno Sexto

Sigillum Plumbeum.

De Anno. 1357.

Num. CXXXVIII.

Innocentii VI. litteræ ad *Altonem*, quibus Eumdem, Abbatem ad S. Emmeramum conſtituit.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Altoni Abbati Monaſterii ſancti Emmerami Ratispon: ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis ſancti Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium, circa diverſa, quæ agenda noſtris incumbunt humeris, illud potiſſimum, ut circa Eccleſiarum, & Monaſteriorum præſertim ad Romanam Eccleſiam pertinen: ſtatum & illorum maximè, quæ ſunt Paſtorum regimine deſtituta ſic ſollicita diligentia intendamus, quod Eccleſiæ & Monaſteria eadem noſtræ operationis ſtudio, ſuperni favoris auxilio ſuffragante, præſerventur à noxiis, & Proſperitatis nocivæ ſucceſſibus gratulentur. Dudum ſiquidem quondam Alberto Abbate Monaſterii ſancti Emmerami Ratispon: ad dictam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis ſancti Benedicti, Regimini ejusdem Monaſterii Præſidente, nos cupientes ipſi Monaſterio, cum illud vacare contingeret, utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ ſedis providentiam præeſſe perſonam, proviſionem dicti Monaſterii diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernendo

nendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hijs per quoscunque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Poſtmodum vero præfato Monaſterio per obitum dicti Alberti Abbatis, qui nuper extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Abbatis regimine deſtituto, dilecti filii Conventus dicti Monaſterii, reſervationis & decreti prædictorum, ut dicitur ignari, te tunc ipſius Monaſterii Monachum & Infirmarium in Sacerdotio conſtitutum in eorum & dicti Monaſterii Abbatem licet de facto concorditer elegerunt, tuque hujusmodi reſervationis & decreti etiam inſcius, eidem electioni conſenſiſti & demum reſervatione & decreto prædictis ad tuam deductis notitiam, electionis hujusmodi negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur electione hujusmodi, & omnia alia inde ſecuta, utpote poſt, & contra reſervationem & decretum prædicta attemptata, prout erant, irrita & inania reputantes, & ad proviſionem dicti Monaſterii de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, neque poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſum Monaſterium longæ vacationis exponeretur incommodis paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Monaſterio perſonam utilem & fructuoſam, cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtate, aliisque multiplicium virtutum meritis laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus, & etiam concordi dictorum Conventus, & eligentium voluntate, debita meditatione penſatis de perſona tua eidem Monaſterio de dictorum fratrum Conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, téque illi præficimus in Abbatem, curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo. In illo, qui dat gratias, & largitur Præmia Confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, præfatum Monaſterium per tuæ induſtriæ & circumſpectionis ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eisdem ſpiritualibus, & temporalibus auctore Domino ſuſcipiat incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus onus regiminis dicti Monaſterii ſuſcipiens reverenter, ſic te in eo ſalubriter excercendo

fidelem exhibeas, ac etiam ſtudioſum, quod idem Monaſterium per laudabile tuæ diligentiæ ſtudium, gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, túque præter æternæ retributionis præmium noſtri ac dictæ ſedis favoris & gratiæ exinde merearis percipere incrementum. Datum Avinione II. Id. Maji Pontificatus Noſtri anno ſexto.

De anno 1357.

Sigillum Plumbeum.

Num. CXXXIX.

ALTO Abbas, Benedictionem Abbatialem, Avignioni recipit.

UNiverſas præſentes litteras inſpecturis Bertrandus miſeratione divina Epiſcopus Couueuauus. Salutem in Domino. Ad Univerſitatis veſtræ notitiam deducimus, quod cum Sanctiſſimus in Xto Pater & Dominus noſter D'nus Innocentius PP. Reverendo in Chriſto Patri & D'no D'no Guilielmo Dei gratia H. S. Mariæ in tranſtiberim presbytero Cardinali, ut per aliquem Epiſcopum ydoneum, quem duxerit intelligendum munus benedictionis Ven. in Chriſto Patri Dno Altoni Abbati Monaſterii ſancti Emmerami Ratispon. Ordinis S. Benedicti impendi faceret, vivæ vocis oraculo conceſſiſſet. Nos B. Epiſcopus Couuerauus. præfatus per dictum Dominum Cardinalem ad ſupra dicta facienda electus de mandato & licentia ſibi conceſſa & in ejus Capella & præſentia die datæ præſentium præfato Domino Altoni Abbati ſupradicto munus benedictionis juxta ritum & morem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ duximus impendendum. In quorum teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus & Sigilli noſtri appenſione muniri. Datum Avinion. die tertia Menſis Junii Anno Domini

mini milleſimo CCC. quinquageſimo octavo Pontificatus ejusdem Dni Noſtri Papæ anno ſexto.

Sigillum.

Num. CXL.

Conradus Epiſcopus Ratisbonenſis Parochiam in *Unterlautterbach* Monaſterio S. Emmerami in perpetua tempora ſic unit, ut Religioſus ibi ex Monaſterio exponi valeat.

COnradus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ratisbonenſis Eccleſiæ, omnibus præſentes noſtras inſpecturis volumus eſſe notum, quòd Venerabilis in Chriſto Pater Dominus *Alto* Abbas, totúsque Conventus Monaſterii ſancti Emmerami Ratisbonæ, Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti, Ordinis ſancti Benedicti coram nobis petitionibus humiliter & devotè monſtrarunt, quod licet à primævo ſuæ fundationis exordio in oblatis dicto eorum Monaſterio prædiis & emolumentis divini cultûs augumentum pro ſuſtentatione & conſolatione fratrum benè eſſent contenti. Sed quia invaleſcente in hujus ſæculi filiis malitia, qui auſu furibundo, & irrefrænabili bona miſerabilium perſonarum & præſertim ea, quæ ſervulis in vinea Domini laborantibus pro denario diurno in hac luce ſunt conceſſa, demoliri nituntur & alienare. Ipſi fratres ad tantam propter terrarum guerras & devaſtationes in bonis eorum ipſis illatas, devenerunt inopiam, quòd plures dicti Monaſterii fratres ad alia Monaſteria, ubi nutriri poſſunt, ſunt transmiſſi, non ſine divini cultûs diminutione, Nihilominus etiam omnimode eorum interitum pertimeſcentes. Quare nobis devotè & humiliter ſupplicarunt, quatenus eorum tribulationibus miſerti ex debito noſtri officii Parochialem Eccleſiam ſancti Emmerami in *Lauterbach*, noſtræ

ſtræ Diœceſis Ratisbonenſis, cujus Jus Patronatûs dictum Dominum Abbatem reſpicit, & quæ per ſæcularem Presbyterum ab olim Regi conſuevit,, ipſis fratribus & eorum Monaſterio, ut eo liberiùs & commodius DEO famulari valeant, incorporare, unire, & annectere, & Jus, quia per ſæcularem Presbyterum Regi conſuevit, auctoritate noſtra Paſtorali immutare, & tum videlicet per Presbyterum Monachum nobis aut ſucceſſoribus noſtris pro Regimine dictæ Eccleſiæ præſentandi toties, quoties ſui Monaſterii, & dictæ Eccleſiæ exegerit neceſſitas, generoſiùs dignaremur. Sane cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id præſertim pro famulantibus DEO in noſtra Diœceſi, per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum & devotum perducatur effectum, Nos dicti Monaſterii inopia, & divini cultûs abuſum, quod dolenter referimus, excitati, de pleno noſtri Capituli Conſenſu eorum devotis precibus annuentes, dictam Parochialem Eccleſiam in Lauterbach, cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis, ipſi Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, ac Monaſterio eorundem in anteà perpetuis temporibus incorporamus, unimus & annectimus per præſentes, jure, inveſtitura, Jurisdictione tamen noſtris Epiſcopalibus in ipſum plebanum, prout in alios noſtræ Diœceſeos Plebanos exercendum, aliisque à Canone, lege exceptis, pro nunc & in antea perpetuis temporibus ſemper ſalvis non obſtantibus exceptionibus privilegiis libertatibus quibuscunque, quæ omnia & ſingula Monacho Plebano inſtituendo ſeu inſtituto, quoad præmiſſa debent minimè ſuffragari, niſi talia fuerint, propter quæ à dicta Eccleſia amotus ſeu amovendus ad ſuum Abbatem ſit merito remittendus, adjicientes ordinando & firmiter ſtatuendo ut deinceps perpetuis temporibus dicta Parochialis Eccleſia non per Sæcularem Presbyterum, ſed per Presbyterum Monachum dictorum ordinis & Monaſterii utilem & expertum pro Regimine dictæ Eccleſiæ & plebis ipſius regatur, in antea, qui eisdem Eccleſiæ, & Plebi in Divinis officiis & aliis fideliter deſerviat, conſuetudinem ibidem in præmiſſis præhabitam tollentes, & ut petitur, & profertur, præſentibus immutantes, præſentis Rectoris Regimine ſaluo. Ordinamus tamen tenore præſentium, & mandamus, ac plenam licentiam Abbati, qui pro tempore

fuerit,

fuerit, concedimus, ut Plebano, qui dictam Ecclesiam jam regit cedente, vel decedente pleno jure Monachum, quem duxerit, ut præfertur, eligendum, ad præmissa, nobis aut successoribus nostris præsentet, ad committendum eidem Potestatem ligandi, atque solvendi, eundem revocet, & iterum alium præsentet, & instituat toties, quoties sibi, Monasterio, & Ecclesiæ Parochiali præfatæ videbitur opportunum. Præterea, quia dicti Dominus Abbas & Conventus jam dictam gratiam recognoscentes solemni stipulatione pro se & successoribus suis in manus nostras facta, promiserunt, quòd à data præsentium, Perpetuis temporibus Festum Sanctæ Barbaræ Martyris & Virginis, ad quod specialis devotionis gerimus affectum, in Monasterio eorum singulis annis cum Communi Historia, & legenda propria ac aliis ad solemne & plenum officium requisitis devotè peragant. Etiam eodem die in dicto officio singulis annis temporibus vitæ nostræ unam Collectam generalem defunctorum legant, expletísque diebus nostris postea singulis annis unam Collectam pro Pontifice defuncto legant, in Missa, seu officio memorato, nos dictam eorum humilitatem & promissionem, gratas & ratas habentes, volumus ut id perpetuò per modum, ut præmittitur, celebretur. Volumus etiam & præsentibus ordinamus, ut omnia & singula jura Papalia, Episcopalia, Cathedraticum, Archidiaconatuum, tum subsidia charitativa, contributiones, procurationes, & expensas Sedis Apostolicæ legatorum, aut Nuntiorum ejus, & alia onera incumbentia, & per sacros Canones expressa, quæ deinceps præfatæ Ecclesiæ Lauterbach imponentur, per Plebanum Monachum in Lauterbach, ejusque Ecclesiæ, omni Contradictione & Excusatione semota in terminis ad hoc statutis integraliter persolvantur, tamque pinquis portio sibi deputetur, unde suprà scripta omnia & Hospitalitates commodè valeat supportare. In quorum omnium & singulorum testimonium atque robur præsentes litteras, nostri & Capituli nostri Sigillorum appensionibus dedimus legitimè roboratas. Datum & actum Ratisbonæ Anno Domini 1379. indictione 2*da* Die vero 21*ma* Mensis Novembris Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Urbani, Divina Dei Providentia Papæ 6*ti* Anno 2*do*.

Sigillum.

Nota.

Nota. Conradus Episcopus Ratisbonensis cum pleno Consensu Capituli sui, Parochiam *S. Emmerami* in *Unterlautterbach* in perpetuum ita Monasterio S. Emmerami incorporavit, ut Religiosus ex Monasterio eò exponi possit; obligatione (præter alia,) additâ, ut Monasterium S. Emmerami, singulis annis Festum S. Barbaræ celebraret &c. Huic obligationi, hunc usque in diem, satisfacit singulis annis Monasterium nostrum, dum Festum S. Barbaræ sit officium D. P. Sub-Prioris; sed nullus Religiosus ibi Plebanum agere permittitur. Factâ ista per Cunradum Episcopum Unione, statim Religiosus ad Curam animarum in Unterlauterbach expositus fuit; legitur enim in Instrumento Electionis *Friderici* Abbatis de anno 1385. *Ego Nicolaus Wigelin Plebanus in Lauterbach subscribo.* ALTO Abbas & Conventus S. Emmerami litteras CONRADO Episcopo dederunt, quibus omnia fideliter sese servaturos promiserunt. *Pileus* Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus hanc à Conrado Episcopo factam Unionem confirmavit, uti ex sequentibus patet.

Num. CXLI.

PIleus Miseratione Divina Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis ad infra scripta Apostolica Auctoritate suffulti, Dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratisbonæ salutem in Domino. Justis petentium desideriis dignum est, nos facilem consensum & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Vestris igitur in hac parte justis petitionibus grato concurrentes assensu Unionem, adnexionem, & incorporationem Ecclesiæ Parochialis S. Emmerami in Lauterpach Diœcesis Ratisbonensis vobis & vestro Monasterio Ordinaria Auctoritate factas, & omnia alia inde secuta, prout proinde factæ sunt & gestæ, ratas habentes, atque gratas, eas Auctoritate Apostolica, quâ fungimur, tenore presentium confirmamus, & præsentis scripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolo-

ſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ratisbonæ XVI. Calend. Januarii, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Urbani Divina Providentia Papæ VI. anno Secundo.

Sigillum integrum.

Joann Bonenhert.

Nota. Pileus Cardinalis ab Urbano VI. ad Vuenceslaum Boemiæ Regem, deſignatum Imperatorem tunc ablegatus fuerat, ut omnem illam Provinciam veri Pontificis, contra Antipapam Clementem, Imperio ſubjugaret &c.

Num. CXLII.

Pileus Cardinalis concedit *Altoni* Abbati ad S. Emmeramum, & Succeſſoribus ejus, ut Religioſis quatuor Minores Ordines conferre poſſet.

Pileus Miſeratione Divina titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis ad infra ſcripta Apoſtolica Auctoritate ſuffulti, Dilecto nobis in Chriſto *Alto* Abbati Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti Salutem in Domino. Devotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut tuis votis, quantum comode poſſumus favorabiliter annuamus, Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, ut Tibi & Tuis in poſterum Succeſſoribus liceat Monachis tuis in dicto Monaſterio S. Emmerami, gradus acolytatus nec non alios minores licite miniſtrare, debitis tamen ſolemnitatibus ad hæc adhibitis, & conſuetis, Auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, tenore preſentium plenam concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indigna-

tionem omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ratisponæ VI. Idus Decembr. Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Urbani Divina Providentia PP. VI. anno Secundo.

Sigillum Integrum.

Gherardus.

De Anno 1379.

Num. CXLIII.

Idem *Pileus Cardinalis Altoni Abbati & Succeſſoribus ipſius facultatem concedit Calices, Corporalia, caſulas S. Conſecrandi.*

Pileus Miſeratione Divina titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis ad infra ſcripta Apoſtolica Auctoritate ſuffulti. Dilecto nobis in Chriſto Fratri Alto Abbati Monaſterii S. Emmerami Ordinis S. Benedicti Ratisponenſ. Salutem in Domino. Devotionis ſinceritas, quam ad nos & Romanam Eccleſiam gerere Te percepimus non indigne meretur, ut petitiones tuas illas præſertim, quæ Divini Culûs augmentum reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quod Nos tuis Supplicationibus inclinati, ut Tibi & Tuis impoſterum ſucceſſoribus liceat Calices, Corporalia, Caſulas, Stolas, Manipulos, Cingulos, Albas, Umbralia, & alia ornamenta ad Divini Cultûs augmentum ſpectantia, licite benedicere, & conſecrare, debitis tamen ad hæc ſolennitatibus adhibitis, & conſuetis Auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, tenore præſentium tibi plenam concedimus licentiam & facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit,

pſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ratisponæ VI. Idus Decembris Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni Urbani Divina Providentia PP. VI. anno Secundo.

Sigillum.
Gherardus.

De Anno 1379.

***

Apoſtolica, qua fungimur, tenore præſenti confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ratisponæ XVII. Kalend. Decembris Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Dni noſtri Dni Urbani Divina Providentia Papæ VI. anno Secundo.

Sigillum.
Gherardus.

Num. CXLV.

Urbanus VI. confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris Juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegia vel alias indulgentias, vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & Exemptiones Secularium Exactionum à Regibus & Principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Monaſterio veſtro prædicto indultas, ſicut eas Juſtè, ac pacificè obtinetis vobis & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ Confirmationis

tionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Janue X. Kalend. Aprilis. Pontificatus noſtri anno Octavo.

(L.S.)

Urbanus P.P. VI.

NOTA.

Sub *Altone* Abbate variæ factæ ſunt Confœderationes 1mò cum Monaſterio *Reichenbacenſi* anno 1364. 2dò. Item Confœderatio cum Capitulo *Veteris Capellæ* hic Ratisbonæ 1371. 3tiò. Confœderatio cum Monaſterio S. Laurentii extra muros Tridentinos 1379. 4tò. Confœderatio renovata cum Parthenone ſuperiore (Oberminſter) Ordinis S. Benedicti anno 1379 5tò. Confœderatio cum Monialibus Monaſterii ad S. Paulum hic Ratisbonæ anno 1380. Vi harum Confœderationum variæ preces pro Defunctis ex utraque parte peragendæ ſunt. Reichenbacenſes pro Defunctis ex Monaſterio S. Emmerami tres Miſſas legere, & tres Diſciplinas facere debebant, quòd idem Monachi ad S. Emmeramum pro Reichenbacenſibus exequi tenebantur. Aliæ Confœderationes intra Civitatem Ratisbonenſem initæ utramque partem obſtringebant, ut defunctum, vel defunctam ex quodam gremio ſemper alii ex alterò Monaſterio ad Sepulchrum comitarentur. Moniales ſuperioris Parthenonis, & ad S. Paulum, ad Officium pro Defunctis Monachis & exequias eorum ad S. Emmeramum, quatuor, vel ſex comparere tenebantur. Et ſic viciſſim.

Mortuo Die 11. Aprilis 1385. Altone Abbate ad S. Emmeramum, altera ſtatim die (12. ejusdem Menſis) Fratres ad præveniendum omnis impreſſion. (ita Manuſcriptum) & potentes preces, elegerunt ſibi in Abbatem *Fridericum de Weidenberg*, Profeſſum, & Camerarium Monaſterii S. Emmerami. Exhibita Bullâ Joannis XXII. Iidem Fratres Electores petierunt ab Epiſcopo Ratisbonenſi, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegato Electi Confirmationem, & Benedictionem, quod & factum eſt. Sed Romana Sedes Electionem omniaque ſibi reſervavit. (vigebant tunc reſervationes.) Dum ergo innotuit Reſervationem à Summa Sede fuiſſe factam, ſupplicarunt Fratres Monaſterii ad S. Emmeramum, ut Urbanus Summus

Pontifex Electum Fridericum Abbatem confirmare dignaretur. Ipſe Epiſcopus Ratisbonenſis Summo Pontifici preces, & litteras obtulit. At Urbanus P. M. Electionem irritam declaravit. Auctoritate Apoſtolica tamen eumdem *Fridericum* Abbatem conſtituit, confirmavit, & formam juramenti Epiſcopis Ratisbonenſi, & Eyſtettenſi transmiſit, quod Juramentum à Neo-Electo Abbate nomine Summæ Sedis reciperent, idque per Nuncium proprium Romam nunciarent. Singula iſta hîc exhibere volui, ut horum clarior notitia pateat.

Num. CXLVI.

Joannes Epiſcopus Ratisbonenſis Fridericum Abbatem nomine Summæ Sedis confirmat.

JOhannes Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Ratisponenſ. Notum facimus Univerſis, quòd die datæ præſentium, nobis in Monaſterio S. Emmerami Ratispon. Ordinis Sancti Benedicti, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Conſtitutis, Venerabilis, Henricus Prior, totúsque Conventus dicti Monaſterii, nobis quondam Apoſtolicam litteram bullatam à Sanctæ Memoriæ Domino Johanne Papa viceſimo ſecundo, ſub data, datum Avinionis V. Calend. Julii, Pontificatus noſtri anno decimo, de Fratrum ſuorum tunc Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Conſilio & aſſenſu emanata, exhibuerunt, in qua talem invenimus Clauſulam, & ut parcatur laboribus & expenſis, quos & quas in veniendo ad Romanam Curiam, & in ipſa morando pro confirmandis vel infirmandis electionibus dicti Monaſterii, qui erunt pro tempore, & pro obtinendo benedictionis munere, pro eis, quorum electio celebrata fuerit Canonicè, & pro recipiendo ab eis fidelitatis ſolitæ Juramentum, oporteret dictos, Abbatem & Conventum ac eorum Monaſterium, de neceſſitate ſubire, volumus & Auctoritate eadem ordinamus ut Epiſcopus Ratisponenſ. qui eſt, & qui pro tempore fuerit, poſſit electionem Abbatis dicti Monaſterii, ſi electionem

ipſam

ipſam contingat in concordia fieri, Auctoritate Apoſtolica confirmare, vel etiam infirmare, prout alias fuerit rationis. Si vero Electionem indiſcordia celebrari contingat, poſſit eadem Auctoritate, idem Epiſcopus conſentientibus partibus, cauſam audire & decidere, confirmando alteram electionem, & alteram infirmando vel infirmando utramque, prout Juſtitia ſuadebit, & ei, cujus electionem, in quocunque caſuum prædictorum confirmandam duxerit, Benedictionis munus impendere, & ab eo Juramentum fidelitatis, Nomine Romanæ Eccleſiæ recipere, Auctoritate prædicta juxta morem, quem eadem Romana Eccleſia obſervare in talibus conſuevit. Unde nobis humiliter ſupplicarunt, quantam juxta tenorem litterarum Apoſtolicarum ſuperius memoratarum, ac clauſæ præſcriptæ, Canonicam & Concordem electionem de Perſona Venerabilis Patris Domini Friderici de Weydenberg Camerarii & Monachi Profeſſi dicti Monaſterii presbyteri, de nobili proſapia & legitimo Matrimonio procreati confirmare, ſibique munus Benedictionis impendere, & ab ipſo fidelitatis Juramentum, Nomine Romanæ Eccleſiæ recipere, Auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Johannes Epiſcopus Ratisponenſ. prædictus, dicta clauſula, & decreto dictæ Concordis Electionis viſis & attentis, ipſam Electionem, & dictum Dominum Fridericum electum, in Abbatem dicti Monaſterii Sancti Emmerami Auctoritate Apoſtolica confirmavimus, & confirmamus per præſentes, & mox aſſumptis nobis cum Abbatibus Dominis, Matheo Sancti Jacobi Scotorum Ratisbonæ, Kirgero in Prüfning, Conrado in Prül, & Heinrico in Mallerſtorff Diœceſ. Ratispon. Monaſteriorum Abbatibus, & quampluribus honorabilibus viris, majoris veteris Capellæ & Sancti Joannis Ratisponenſ. Eccleſiarum Decanis & Canonicis, ipſi Domino Friderico Benedictionis munus impendimus, & ab eo fidelitatis ſolitæ Juramentum Nomine Romanæ Eccleſiæ recepimus, in forma ſolita & conſueta, ipſumque in Poſſeſſionem ejusdem Monaſterii & omnium Jurium, eminentiarum & pertinentiarum ipſius induximus & inducimus, virtute dictarum litterarum Apoſtolicarum & Clauſulæ Auctoritate Apoſtolica ſupradicta per præſentes. In quorum omnium Teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum.

ſtrum

dum. Datum & Actum Ratisponæ die & loco supradictis, Anno Domini Millesimo trecentesimo, octuagesimo quinto, Die penultima Mensis Aprilis.

Sigillum.

Num. CXLVII.

1385

Decretum Electionis Friderici Abbatis Summo Pontifici oblatum.

SAnctissimo in Christo Patri ac Domino Urbano digna Dei providentia Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino ipsorum metuendo S. V. oratores humiles Henricus Prior, Conradus Koler Custos, Fridericus Weidenberger Camerarius, Emmeramus Leth Obellarius, Oswaldus Zand, Albertus Pilnaher, Conradus Saxo, Georgius Soldel Infirmarius, Johannes Havner Succustos, Wolfhardus Perchtolzhover, Ulricus Pettedorffer, Johannes Winkler, Altmannus Spizer & Henricus Steinkircher, Monachi professi Monasterii St. Emmerami Ordinis S. Benedicti, ad S. V. Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum suis orationibus humilibus devota pedum oscula beator. Beatissime Pater, & Clementissime Domine. Novit negotiorum Mater Experientia, quod sit plena periculis, quod onusta dispendiis omnis Ecclesiarum vacatio, quia nonnunquam ob defectum pastoris, lupus rapax scilicet sator omnium malorum & vitiorum Dyabolus, gregem invadit Dominicum, multisque ac variis Ecclesiæ & personæ Ecclesiasticæ in spiritualibus & temporalibus, læsionibus, & incommodis impulsantur. Defuncto igitur Venerabili Patre nostro Altone bonæ memoriæ, quondam Abbate nostro, de Anno Domini Millesimotrecentesimo octuagesimo quinto die undecima Mensis April., ipsius que CorporeEcclesiasticæ tradito sepulturæ, ne ipsum Monasterium nostrum

ſtrum Viduitatis ſuæ incommoda deploraret diutius, variaque, ac gravia dampna incideret, & pericula, diem duodecimam prædicti Menſis, prædictam diem immediatè ſequen: recepimus concorditer, pro Electione futuri noſtri Abbatis celebranda, præſertim cum omnes & ſinguli, qui eidem electioni debebant, & poterant intereſſe commode, tunc præſentes fuiſſent Monaſterio noſtro ſupradicto. Convenientibus igitur nobis omnibus & ſingulis prædictis, ac ſupradicta die hora videlicat prima ejusdem Diei in ſtubela domus Prioratus dicti Monaſterii, ob hoc Congregatis capitulariter, ſpiritúsque ſancti gratia invocata aſſumptis quoque nobis honor: & diſcretis viris Johanne Decano Veteris Capellæ, Henrico de Veltkirchen majoris, Erneſto Perkhuſer ejusdem Veteris Capellæ, & Conrado de Holvnen ſancti Johannis Not. publico Eccleſiarum Ratisponen: Canonicis pro ipſius Electionis noſtræ, & omnium articulorum ſuorum fidelibus, & diligentibus Auſcultatoribus, Inſtructoribus, & teſtibus, factaque per Henricum Priorem prædictum, ſuo & omnium noſtrum Nomine proteſtatione ſolempni intentionis ſuæ & noſtræ non eſſe ad electionem futuri Abbatis noſtri, cum excommunicatis, interdictis aut ſuſpenſis, ymo voluit, & nos volumus ſeu quod voces ſeu vota talium nulli debeant præſtare ſuffragium aut afferre nocumentum. Quibus peractis, deliberatione præhabita, per quam formam in hujusmodi noſtra Electione foret procedendum, placuit nobis omnibus, & ſingulis per formam Scrutinii eidem noſtro Monaſterio de Conventu noſtro prædicto duntaxat de Abbate providere, unde tres de eodem noſtro Conventu fide dignos videlicet Henricum Priorem, Conradum Koler, & Friderícum Weidenberger ſupranominatos elegimus ſcrutatores, quibus plenam poteſtatem dedimus, ut ſecretto & ſigillatim, vota cunctorum, primo tamen ſua, & poſtmodum noſtra diligenter exquirerent, & ſi vota hujusmodi plura eſſent & æqualia, quod eadem concordarent, quodque minor numerus in votis hujusmodi accedere debeat majorem, ipſisque in ſcriptis redactis mox eadem in communi publicarent, & facta collatione numeri ad numerum, unus de prædictis ſcrutatoribus nomine ſuo, & Collegarum ſuorum totiusque Conventus noſtri prædicti Illum nominaret & eligeret in Abbatem, in quem nos omnes, aut major

pars direxiſſet ſua vota, & Nihilominus promiſimus bona fide, nos ratum & gratum habituros, quidquid per ſupradictos ſcrutatores noſtros, juxta prædictam formam, actum fuerit in præmiſſis, eumque habere pro Abbate noſtri Monaſterii, quem unus ex prædictis Scrutatoribus, juxta formam & modum præſcriptos duceret eligendum. Qui quidem ſcrutatores prædicti, mandatum hujusmodi in ſe ſponte ſuſcipien: ſe una cum prænominatis Inſtructoribus, teſtibus, & Notariis, ad Capellam ſancti Colomanni mox receperunt. Nos vero cæteri fratres ſupradicti in loco noſtro Capitulari conſueto, qui eſt ante fores ejusdem Capellæ manſimus & primo diligenter ſecreto & ſigillatim, ſicut nobis poſtmodum retulerunt, vota ſua, deinde noſtra exquiſierunt, taliter, quod fratres Conradus Koler & Fridericus Weidenberger prædicti, fratrem Henricum Priorem, per Patrem & filium & ſpiritum ſanctum & per tremendum Diem Judicii, ac in animæ ſuæ periculum, obteſtati ſunt, ut ſecundum Deum & Conſcientiam ſuam juſtam illum in Abbatem vacantis Monaſterii noſtri glorioſi Martyris ſancti Emmerami Ratispon. de gremio dicti Monaſterii duntaxat nominaret, & eligeret, quem meliorem, & magis ydoneum reputaret. Qui taliter adjuratus, & obteſtatus, conſenſit in fratrem Fridericum Weydenberger prædictum in hunc modum. Ego Henricus Prior, Conſentio in fratrem Fridericum Weydenberger, ipſumque nomino & eligo in Abbatem & Paſtorem noſtri Monaſterii ſancti Emmerami in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Deinde frater Conradus Koler unus de ſcrutatoribus prædictis à Collegis ſuis modo ſimili adjuratus & obteſtatus, conſenſit in prædictum fratrem Fridericum Weydenberger in hunc modum, Ego frater Conradus Koler conſentio in fratrem Fridericum Weydenberger, ipſúmque in Abbatem dicti vacantis Monaſterii nomino & eligo. Conſequenter tertius ſcrutator videlicet frater Fridericus Weydenberger à duobus aliis per modum ut præmittitur adjuratus Conſenſit in fratrem Johannem Hawuner, prædictum in hunc modum: Ego frater Fridericus Weydenberger conſentio in fratrem Johannem Hawner ipſumque nomino & eligo in Abbatem noſtri vacantis Monaſterii. Poſtea vero absque ullo alio intervallo ſcrutatores ſupradicti proceſſerunt ad ſcrutinium omn: n'rm ſecreto, & ſigillatim,

votum

votum cujuslibet inquiren: in primis fratrem Emmeramum Leth obteſtando & adjurando, juxta formam ſupraſcriptam, qui conſenſit, in fratrem Henricum Priorem, in hunc modum. Ego frater Emmeramus Leth, conſentio in fratrem Henricum Priorem, Ipſúmque nomino in Abbatem & Prælatum dicti noſtri Monaſterii. Item Oswaldus Zand, ſimili modo adjuratus conſenſit in Henricum Priorem prædictum in hunc modum. Ego Frater Oswaldus Zand, conſentio in Fratrem Henricum Priorem, ipſumque nomino & eligo in Abbatem dicti Monaſterii ſancti Emmerami. Item Albertus Pilnaher modo ſimili adjuratus conſenſit in ſæpedictum Fratrem Fridericum Weydenberger in hunc modum. Ego Frater Albertus Pilnaher conſentio in Fratrem Fridericum Weydenberger, ipſúmque nomino, & eligo in Abbatem, & Prælatum dicti Monaſterii noſtri. Item Conradus Saxo ſimili modo adjuratus, conſenſit in Fratrem Emmeramum Leth in hunc modum. Ego Frater Conradus Saxo, conſentio in Fratrem Emmeramum Leth, ipſúmque nomino, & eligo in Abbatem dicti noſtri Monaſterii. Item Frater Georgius Soldel modo ſimili adjuratus, conſenſit in Fratrem Henricum Priorem Prædictum in hunc modum. Ego Georgius Soldel, conſentio in Fratrem Henricum Priorem, ipſúmque nomino & eligo in Abbatem dicti vacantis Monaſterii noſtri. Item Frater Johannes Hawner, modo quo ſupra adjuratus conſenſit in prædictum Fratrem Fridericum Weydenberger in hunc modum. Ego Frater Johannes Hawner conſentio in Fratrem Fridericum Weydenberger ipſúmque nomino & eligo in Abbatem, & Paſtorem Monaſterii noſtri. Item Frater Wolfhardus Pertolzhover modo, quo ſupra adjuratus conſenſit in ſæpe dictum Fratrem Fridericum Weydenberger in hunc modum. Ego Frater Wolfhardus Pertolzhover conſentio in Fratrem Fridericum Weydenberger, ipſúmque nomino & eligo in Abbatem Monaſterii ſancti Emmerami Ratispone. Item Frater Udalricus Pettendorfer, modo ſimili adjuratus, conſenſit in eundem Fratrem Fridericum Weydenberger in hunc modum. Ego Frater Udalricus Pettendorfer, conſentio in Fratrem Fridericum Weydenberger, ipſúmque nomino & eligo in Abbatem Monaſterii noſtri ſancti Emmerami. Item Frater Johannes Winkler modo quo ſupra adjuratus conſenſit in ſæpedictum Fratrem

Fridericum Weydenberger, in hunc modum. Ego Frater Johannes Winkler consentio in Fratrem Fridericum Weydenberger ipsumque nomino, & eligo in Pastorem & Abbatem Monasterii nostri sancti Emmerami. Item Altmannus Spizer, simili adjuratus, consensit in memoratum Fridericum Weydenberger in hunc modum. Ego Frater Altmannus Spizer, consentio in Fratrem Fridericum Weydenberger ipsúmque nomino & eligo in Abbatem vacantis Monasterii nostri sancti Emmerami. Demum Frater Heinricus Steinkircher modo, quo supra adjuratus consensit in Fratrem Henricum Priorem prædictum, in hunc modum. Ego Frater Henricus Steinkircher consentio in Fratrem Henricum Priorem, ipsúmque nomino & eligo in Abbatem nostri vacantis Monasterii. Quibus omnibus, & singulis præscriptis taliter ut præmittitur peractis, & deinde nobis publicatis, factáque collatione numeri ad numerum duntaxat, repertum extitit, quod cum essemus quatuordecim eligentes, octo, ex nobis sæpedictum Fratrem Fridericum Weydenberger, & idem Frater Fridericus Fratrem Johannem Howner prædictum & quatuor ex nobis Fratrem Henricum Priorem præfatum, & unus ex nobis Fratrem Emmeramum Leth supradictum, in Abbates nominarunt, & elegerunt. Comperto igitur, quod sæpedictus Frater Fridericus Weydenberger, plures, ymo duplo majores, in Electione hujusmodi haberet voces. Nos Fratres Henricus Prior, Emmeramus Leth & Johannes Hawner electi prædicti, Nosque Fratres eligentes, electos prænominatos, videlicet Emmeramus Leth, Oswaldus Zand, Conradus Saxo, Georgius Soldel, & Henricus Steinkircher sponte, libere, & absque ullo metu & protractione, propter bonum & pacificum statum sæpedicti nostri Monasterii ad partem sæpe nominati Fratris Friderici Weydenberger accessimus, & in ipsum consensimus, concorditer, & in Abbatem nostrum sæpe dictíque Monasterii sancti Emmerami nominavimus eligendum, electionemque hujusmodi de consensu omn. n'rm per sæpedictum Fratrem Priorem nostrum, legi, & publicari fecimus, qui eandem mox publicavit sub hoc tenore. In Nomine Domini Amen. Ego Frater Henricus Prior Monasterii sancti Emmerami Ratisponens: vice mea, Collegarum meorum ac totius Capituli ejusdem Monasterii, ex potestate mihi, à Collegis

legis meis, totoque Capitulo prædicto, tradita, & conceſſa, invocata Spiritus Sancti Gratia, eligo in communi Venerabilem Patrem Fratrem Fridericum Weydenberger Camerarium, Monachum profeſſum, & presbyterum dicti noſtri Monaſterii de nobili proſapia, & legitimo matrimonio procreatum, in ætate debita conſtitutum, & in temporalibus, ac ſpiritualibus multum circumſpectum ac ad Regimen ſæpe dicti noſtri Monaſterii utilem & ydoneum, in Abbatem & Paſtorem noſtrum, dictique Monaſterii noſtri, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quam quidem electionem, ſic ſolemniter celebratam omnes approbavimus, gratámque habuimus, & acceptam. Denique dicto noſtro electo inſtanter ſupplicavimus ut eidem electioni ſuum præberet aſſenſum. Qui voluntati divinæ nolens reſiſtere annuit votis noſtris de ſe factæ electioni conſentiens, quem tunc recepimus, Chorum dicti noſtri Monaſterii ingredientes, Te DEUM laudamus ſolempniter decantando, & campanis pulſatis dictam noſtram electionem per honorabilem virum Erneſtum Perckhauſer prædictum publicum notarium Clero & populo fecimus publicari. Eapropter Beatiſſime Pater & Domine Clementiſſime S. V. humiliter ſupplicamus & devotè, quatinus electionem eandem ſic Canonice celebratam dignem: confirmare, ac eidem electo munus Conſecrationis & Benedictionis veſtræ miſericorditer impertiri, ut DEO auctore nobis velut Prælatus & Paſtor ydoneus præeſſe valeat utiliter, & prodeſſe. Cæterùm ut S. V. cognoſcat evidentius vota noſtra om'n: in prædictis concordâſſe, ac in hujusmodi petitione exiſtere. Unanimes & concordes præſens noſtræ electionis Decretum eidem S. V. Sigillo noſtri Conventus, ac ſubſcription: nr'is & Notarii ſubſcripti transmittimus roboratum. Acta ſunt hæc in Monaſterio noſtro ſæpe memorato. Anno die, hora & locis, quibus ſupra. Pontificatus verò S. V. anno octavo. Præſentibus honorabilibus & diſcretis viris Johanne Decano Veteris Capellæ, Henrico de Veltkirchen, Erneſto Perkhauſer, & Conrado de Holwen Canonicis ſupradictis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Ego Henricus Prior me ſubſcribo.
Ego Chunradus Choler Cuſtos me ſubſcribo.
Ego Emmeramus Leth Obellarius me ſubſcribo.
Ego Oswaldus Zand me ſubſcribo.
Ego Albertus Pilnaher me ſubſcribo.
Ego Chunradus Saxo me ſubſcribo.
Ego Georgius Soldel Infirmarius me ſubſcribo.
Ego Johannes Hawner Subcuſtos me ſubſcribo.
Ego Ulricus Pettendorffer me ſubſcribo.
Ego Wolfhardus Pertolchzhover me ſubſcribo.
Ego Johannes Winkler me ſubſcribo.
Ego Altmannus Spizer me ſubſcribo.
Ego Hainricus Steinkircher me ſubſcribo.

Ego Frater Chunradus Tanloher presbyter Cantor & Profeſſus, nec non Senior in ordine abſens pro tunc in certis Eccleſiæ negotiis, tandem rediens, audiens, & conſiderans dictam electionem ritè & canonicè celebratam, conſentio, laudo & affirmo méque manu propria hic ſubſcribo.

Ego Nicolaus Wigelin plebanus in Lauterbach ſuperveniens, & dictæ Canonicæ & Concordi electioni conſentiens me ſubſcribo.

Signum Notarii.

Et Ego Conradus de Howen Clericus Diœc. Ratispon: publicus auctoritate Imperiali Notarius prædictis, ſepulturæ traditioni, diei & horæ ad eligendum, receptioni Capitulari, Congregationi, invocationi Gratiæ Spiritus Sancti, tractatibus, deliberationibus, proteſtation: ſcrutatorum electioni, mandatorum traditionibus, votorum inquiſitionibus, electionibus, eorundem publication: electorum & eligentium acceſſibus & conſenſibus, Electionis pronunciation: & publication: ejusdem approbationibus & gratification: ſupplication: conſenſus adhibitioni, publication:

tion: & poſt hæc, ſupra ſcripti Domini Nicolai Wigelini, acceſſui, conſenſui, approbationi, & gratificationi prædictæ electionis, & ejusdem Nicolai etiam Dominorum ſubſcriptorum ſubſcriptionibus, nec non omnibus & ſingulis aliis præmiſſis. Una cum prænominatis Dominis teſtibus præſens fui, eáque ſic fieri vidi & audivi. Ideo exinde hoc decretum Election: feci, & alibi occupatus arduis negotiis per alium ſcribi procuravi, meque hic ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi ſignóque meo ſolito & conſueto ſignavi vocatus, rogatus, & requiſitus ſuper eo à Dominis ſupraſcriptis. In teſtimonium omnium præmiſſorum.

Sigillum.

Num. CXLVIII.

Joannis Epiſcopi Ratisbonenſis Litteræ ad Summum Pontificem, de Confirmatione & Benedictione Friderici Abbatis.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri & Domino meo, benigniſſimo Domino Urbano Divina Providentia Sacro-Sanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſio Summo Pontifici, Creatori meo metuentiſſimo, humilis Creatura Frater Johannes Epiſcopus Ratispon: meipſum cum omni humilitate, & obedientia ad devota veſtrum pedum oſcula Beatorum. Clementiſſime Pater, vacante nuper Monaſterio Sancti Emmerami Ratispon: ad V. S. & dictam Sanctam Romanam Eccleſiam nullo medio pertin. Ordinis Sancti Benedicti ex obitu bonæ memoriæ Domini Altonis ultimi ipſius Monaſterii Abbatis, qui undecima die Menſis Aprilis in dicto Monaſterio diem ſuum clauſit extremum, devoti & humiles Filii veſtri Henricus Prior totusque Conventus dicti Monaſterii ad præveniendum omnis impreſſion. & potentes preces Principum & Baronum Corpore ejusdem Abbatis Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradito

dito ſervatisque conſuetis ſolemnitatibus Venerabilem Patrem Dominum Fridericum de Weydenberg ipſius Monaſterii Camerarium & Monachum Profeſſum virum ſcientia & moribus merito Comendandum Presbyterum in debita ætate Conſtitutum de nobili proſapia & legitimo Matrimonio procreatum in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, in ſuum & dicti Monaſterii Abbatem concorditer elegerunt. Et demum penultima die dicti Menſis Aprilis Præfati, Electus, Prior & Conventus ipſius Monaſterii quandam ſuæ Exemptionis & Conceſſionum Apoſtolicarum litterarum Apoſtolicam Bullatam, à Sanctæ Memoriæ Domino Johanne Papa viceſimo ſecundo Prædeceſſore veſtro V. Kalend. Julii Pontificatus ſui anno decimo, de Fratrum ſuorum, tunc Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Conſilio & Aſſenſu Emanatam, cum Decreto dictæ concordis Electionis in mei præſentia produxerunt. Et lecta dicta Apoſtolica bullata littera, in ea per omnia inter alias Exemptiones & Conceſſionum Clauſulas inveni Clauſulam in hæc verba. Et ut parcatur laboribus & expenſis, quos & quas in veniendo ad Romanam Curiam, & in ipſa morando pro confirmandis vel infirmandis Electionibus Abbatum dicti Monaſterii, qui erunt pro tempore, & pro obtinendo benedictionis munere, pro eis, quorum Electio celebrata Canonicè fuerit, & pro recipiendis ab eis fidelitatis ſolitæ Juramentum, oporteret dictos, Abbatem & Conventum, ac eorum Monaſterium de neceſſitate ſubire, volumus & Auctoritate eadem ordinamus, ut Epiſcopus Ratispon: qui eſt, & qui pro tempore fuerit, poſſit Electionem Abbatis dicti Monaſterii, ſi Electionem ipſam contingat in Concordia fieri Auctoritate Apoſtolica Confirmare vel etiam infirmare, prout, alias fuit rationis. Si verò Electionem ipſam in diſcordia celebrari contingat poſſit eadem Auctoritate idem Epiſcopus conſentientibus partibus cauſam audire, & decidere, confirmando alteram Electionum & alteram infirmando, vel infirmando utramque prout Juſtitia ſuadebit, & ei cujus Electionem in quocunque caſuum prædictorum confirmandam duxit, benedictionis munus impendere & ab eo Juramentum fidelitatis nomine Eccleſiæ Romanæ recipere, Auctoritate prædicta, juxta morem quem eadem Romana Eccleſia obſervare in talibus conſuevit. Ubi Pater Beatiſſime,

tiſſime, dicti Electus Prior, & Conventus, mihi prædicto Ratisponenſ. Epiſcopo humiliter ſupplicarunt, quatinus dictam eorum Canonicam & Concordem Electionem virtute dictæ Apoſtolicæ Clauſulæ & poteſtatis mihi in ea parte attributæ Auctoritate Apoſtolica Confirmarem, & ipſi Electo Benedictionis munus impenderem, & nomine Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reciperem fidelitatis ſolitæ Juramentum. Ego vero dicta Apoſtolica Clauſula attenta, ac Decreto & cæteris bene perpenſis & examinatis, compatienter conſiderans debitorum onera, quibus ipſum Monaſterium quotidie conquaſſatur, attentisque ingentibus viarum periculis, quæ ad S. V. tranſeuntibus frequenter occurrunt, maturo Conſilio & ſollicitudine proclamationibus præhabitis eundem Dominum Fridericum Aſſiſtentibus mihi Venerabilibus Patribus Dominis Matheo Sancti Jacobi Ratisponenſ. Rugero in Prufning, Conrad in Prüll, & Henrico in Mallerſtorff Diœc. Ratisponenſ. Monaſteriorum Abbatibus Ordinis Sancti Benedicti & quaſi toto Capitulo Eccleſiæ Ratisponenſ. in Abbatem, & ipſam Canonicam Electionem Auctoritate Apoſtolica, in dicto Monaſterio confirmavi, & eodem confirmato, munus Benedictionis impendi, & ab ipſo Nomine Romanæ Eccleſiæ fidelitatis ſolitæ recepi Juramentum. Prout per alias litteras meas veſtræ beatitudini transmiſſas, clarebit luculenter. Ideo Beatiſſime Pater, ut dictum Monaſterium allevietur à ſuorum onere debitorum & Perſonæ ipſius valeant in pace virtutum Domino famulari veſtræ Sanctitati humiliter ſupplico & devotè, quatinus dictam Concordem Electionem, Apoſtolicam Confirmationem, & Benedictionis muneris impenſionem, & alia inde ſecuta, rata, & grata habentes ea dignemini Auctoritate Apoſtolica confirmare & omnem defectum, ſi quis in præmiſſis intervenerit ſupplere, de Apoſtolicæ manſuetudinis gratia ſpeciali, etiamſi Monaſterium ipſum quomodolibet reſervatum veſtræ ſit, aut fuerit ſanctitati. Nam pro præmiſſis ſuplicant devoti Filii veſtri Domini Fridericus Comes Palatin. Reni, & Bavariæ Dux, Fridericus Burgravius Nyrembergenſ. illuſtres, & ſupraſcripti Abbates, nec non, Majoris, veteris Capellæ ac Sancti Iohannis Eccleſiarum Ratisponenſ. Capitula, Magiſter Civium, Proconſules, & Commune Civitat. Ratispon. Eidem Clementiæ veſtræ, quam Altiſſimus in ſui gratia dignetur

confortare & feliciter conſervare ad ſalutem omnium Chriſticolarum, & felix regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium præſentes meas litteras Sigillo meo impendenti ſigillatas per Notarium Publicum ſubſcript. una cum Decreto Election. & dicto Juramento ad pedes S. V. *Duxi* deſtinandas. Datum & Actum Ratisponæ in dicto Monaſterio Sancti Emmerami Anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto Indictione octava. Pontificatus V. S. anno VIII. die verò penultima Menſis Aprilis ſupradict- hora tertiarum ac horis continue ſubſequentibus, præſentibus ibidem honorabilibus Dominis Conrado Sancti Magni in Pedepont. Ratispon. Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium, Johanne de Reynbach veteris Capellæ B. Mariæ, Sancti Johannis Eccleſiarum Decanis, Erneſto Perckhuſer & Georgio Denklinger dictæ Veteris Capellæ & Petro de Remago Sancti Iohannis Eccleſiarum Ratispon. prædictarum Canonicis. Nec non diſcretis vitis Magiſtris Meinhardo Huſengil, Henrico de Swabach, Johanne Groſs, & Andrea Hering Notariis Publicis in præſenti negotio Contabellionibus, ac aliorum Clericorum, Laicorum, & hominum utriusque ſexus multitudine Copioſa pro teſtimonio invocatis.

Signum Notarii.

Et ego Conradus de Howner Clericus Diœc. Ratisponenſ. Publicus Imperiali Auctoritate Notarius prædictæ Apoſtolicæ litteræ ac Decreti Præſentationi, Supplicationi, Electi prædicti Confirmationi, muneris Benedictionis impenſioni, Juramenti fidelitatis præſtationi, & in poſſeſſionem inductioni una cum prænominatis Reverendis Patribus, ac Dominis prædictis præſens fui, vidi & audivi. Ideo exinde præſentem proceſſum in hanc formam publicam redegi & ſcripſi, ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium ſuper eo.

Sigillum.

Num.

Num. CXLIX.

Urbanus VI. Fridericum Abbatem Monachis S. Emmerami præficit.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Conventui Monasterii Sancti Emmerami Ratisbonensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Salutem & Apostolicam Benedictionem. Inter sollicitudines, varias, quibus assiduè premimur, illa potissimè pulsat, & excitat mentem nostram, ut status Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, & præsertim ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentium Curæ nostræ Divina Providentia Commissarum spiritualiter & temporaliter augeatur, quodque illis, quæ suis destituta Pastoribus vacationis incommoda deplorare noscuntur tales ministros præficere studeamus, per quorum regimen Ecclesiæ & Monasteria ipsa utiliter & salubriter valeant gubernari. Dudum siquidem quondam Altone Abbate nostri Monasterii ordinationi & dispositioni duximus ea vice specialiter reservandam decernentes tunc irritum & inane, si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero præfato nostro Monasterio per obitum ipsius Altonis Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, Abbatis regimine destituto, vos reservationis & decreti prædictorum forsan ignari dilectum Filium Fridericum, tunc Monachum dicti nostri Monasterii Ordinem ipsum expresse professum, & in Sacerdotio constitutum, in nostrum & dicti Monasterii Abbatem, licet de facto concorditer elegistis, ipséque Fridericus hujusmodi reservationis, & decreti similiter inscius eidem Electioni illius sibi præsentato decreto etiam de facto consentiens cum à Venerabili Fratre nostro Joanne Episcopo Ratisbonensi reservationem & decretum hujusmodi etiam, ut asseritur, ignorante obtinuit, authoritate ordinaria confirmari etiam de facto sibique munus benedictionis impendi, ac ipse Fridericus Administrationi bonorum dicti nostri Monasterii se ingessit,

ſit, & demum reſervatione & decreto prædictis ad ipſius Friderici deductis notitiam hujuſmodi Electionis & Confirmationis negotium proponi fecit in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur Electionem hujuſmodi, & alia inde ſecuta, utpote poſt & contra reſervationem & Decretum prædicta de facto, ùt præmittitur attemptata, prout erant irrita, reputantes, & inania & ad proviſionem dicti noſtri Monaſterii celerem, & felicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, neque poterit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne noſtrum ipſum Monaſterium longæ vacationis ſubiret incommoda, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Monaſterio noſtro perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. Demum ad ipſum Fridericum, cui de Religionis Zelo, litterarum ſcientia, vitæ mundicia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus nec non noſtrum ipſum Fridericum eligentium concordi voluntate, attenta meditatione penſatis, de Perſona ipſius Friderici nobis & dictis Fratribus ob dictorum ſuorum exigentiam meritorum accepta præfato Monaſterio noſtro de dictorum Fratrum Conſilio Authoritate Apoſtolica providimus, ipsúmque illi præficimus in Abbatem, Curam & Adminiſtrationem dicti noſtri Monaſterii eidem Friderico in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, & nihilominus hujuſmodi munus benedictionis eidem Friderico impenſum, & ea, quæ Cura Adminiſtrationem dicti noſtri Monaſterii alias tamen ritè geſta ſunt, ratificamus, & etiam approbamus. In illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia dictum noſtrum Monaſterium per ipſius Friderici induſtriæ, & circumſpectionis ſtudium fructuoſum proſperè dirigetur, ac grata in eisdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quod in dicto noſtro Monaſterio ſolitus Monachorum & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, quódque antequam vigore præſentium Poſſeſſionem Adminiſtrationis bonorum dicti noſtri Monaſterii ipſe Fridericus recipiat, fidelitatis debitæ ſolitum præ-

ſtet

ſtet Juramentum, juxta formam, quam Venerabilibus Fratribus noſtris dicto Ratisbonenſi & Eyſtetenſi Epiſcopis ſub Bulla noſtra mittimus intercluſam, quibus & eorum cuilibet per alias noſtras litteras mandavimus, ut ab ipſo Friderico Abbate noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine hujuſmodi recipiant Jurameutum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Fridericum Abbatem tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, & exhibentes ſibi obedientiam & Reverentiam debitam & devotam ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin ſententiam, quam idem Fridericus Abbas ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus Authore Domino usque ad Satisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Dat Januæ VIII. Idus Octob. Pontificatus noſtri Anno octavo.

Urbanus PP. VI.

Num. CL.

Urbani VI. litteræ ad Fridericum Abbatem Monaſterii S. Emmerami.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei: Dilecto Filio Friderico Abbati Monaſterii Sancti Emmerami Ratisbonenſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Inter ſollicitudines varias, quibus aſſiduè premimur, illa potiſſimè pulſat, & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, & præſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium curæ noſtræ Divina Providentia Commiſſorum ſpiritualiter & temporaliter augeatur, quodque illis quæ ſuis deſtituta Paſtoribus vacationis incomoda deplorare noſcuntur tales

Miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimen Eccleſiæ & Monaſteria ipſa utiliter & ſalubriter valeant gubernari. Dudum ſiquidem quondam Altone Abbate Monaſterii Sancti Emmerami Ratisbonenſis, ad eandem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Regimini dicti Monaſterii præſidente nos cupientes eidem Monaſterio, cum illud vacare contingeret, utilem & idoneam per Apoſtolicæ Sedis providentiam, præeſſe Perſonam, Proviſionem ipſius Monaſterii ordinationi & diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his per quoscunque quavis Authoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari, poſtmodum verò præfato Monaſterio per obitum ipſius Altonis Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Abbatis regimine deſtituto, dilecti Filii Conventus ipſius Monaſterii reſervationis & decreti prædictorum forſan ignari te Monachum dicti Monaſterii Ordinem ipſum expreſsè profeſſum & in Sacerdotio conſtitutum in eorum & dicti Monaſterii Abbatem, licet de facto concorditer elegerunt, túque hujuſmodi reſervationis & decreti ſimiliter inſcius, eidem electioni illius tibi præſentato decreto etiam de facto conſentiens eam à Venerabili Fratre noſtro Joanne Epiſcopo Ratisbonenſi Reſervationem & Decretum hujuſmodi etiam, ut aſſeritur, ignorante obtinuiſti Authoritate Ordinaria, confirmari etiam de facto, tibique benedictionis munus impendi, ac te Adminiſtrationi bonorum dicti Monaſterii ingeſſiſti, & demum reſervatione & Decreto prædictis ad tuam deductis notitiam hujuſmodi Electionis & Confirmationis negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur Electionem hujuſmodi & alia inde ſecuta utpote poſt & contra Reſervationem & Decretum prædicta de facto ùt præmittitur, attemptata, prout erant irrita, reputantes, & inania, & ad Proviſionem dicti Monaſterii celerem & felicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, neque poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Monaſterium ipſum longæ vacationis ſubiret incommoda, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Monaſterio Perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. Demum ad te, cui de Religionis

gionis Zelo litterarum ſcientia, vitæ mundicia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia & temporalium circumſpectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur. Direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus nec non dictorum Conventus & eligentium concordi voluntate attenta meditatione penſatis, de Perſona tua nobis & dictis Fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, præfato Monaſterio de dictorum Fratrum Conſilio Authoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Abbatem, Curam & Adminiſtrationem ipſius Monaſterii tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, & nihilominus hujuſmodi munus benedictionis tibi impenſum, & ea, quæ Circa Adminiſtrationem dicti Monaſterii alias tamen ritè geſta ſunt, ratificamus, & etiam approbamus. In illo, qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quòd dextera Domini tibi aſſiſtente propitia dictum Monaſterium per tuæ induſtriæ & circumſpectionis ſtudium fructuoſum proſperè dirigetur, & grata in eisdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem quod in dicto Monaſterio ſolitus Monachorum & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, quódque antequam vigore præſentium Poſſeſſionem Adminiſtrationis dicti Monaſterii recipies, fidelitatis debitæ ſolitum præſtes Juramentum juxta formam, quam Venerabilibus Fratribus noſtris dicto Ratisbonenſi & Eyſtettenſi Epiſcopis ſub Bulla noſtra mittimus intercluſam quibus & eorum cuilibet per alias noſtras litteras mandamus, ut à te noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine hujuſmodi recipiant Juramentum. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus regiminis dicti Monaſterii ſuſcipiens reverenter ſic te in ejus cura ſalubriter exercenda fidelem exhibeas, & etiam fructuoſum quod idem Monaſterium per laudabile tuæ diligentiæ ſtudium gubernatori provido & fructuoſo Adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, túque præter æternæ retributionis præmium noſtram & dictæ Sedis benedictionem & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Datum Januæ VII. Idus Octob. Pontificatus noſtri anno octavo.

Urbanus PP. VI.

Num.

Num. CLI.

Epiſcopi Eyſtettenſis & Ratisbonenſis Nomine Urbani VI. juramentum à Friderico Abbate ad S. Emmeramum ſuſcipiant.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilibus &c. Ratisbonenſ: & Eyſtetenſ: Epiſcopis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dum nuper Monaſterio ſancti Emmerami Ratisponenſ: ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, tunc vacanti, de Perſona dilecti filii Friderici Abbatis ipſius Monaſterii auctoritate Apoſtolica duxerimus providendum, præficiendo ipſum eidem Monaſterio in Abbatem. Nos volentes ejusdem Abbatis in illis partibus commorantis parcere laboribus, & expenſis, ne propter hoc cogatur veniendo ad Romanam Curiam perſonaliter laborare. Fraternitati veſtræ tenore præſentium committimus, & mandamus, quatinus vos & alter veſtrum, ab eodem Abbate, nomine noſtro & Romanæ Eccleſiæ fidelitatis debitæ recipiatis ſolitum juramentum juxta formam, quam vobis ſub bulla noſtra mittimus intercluſam, formam autem Juramenti, quod dictus Abbas præſtabit, nobis de verbo ad verbum per ejus patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium nuncium quantocius deſtinare curetis. Datum Janue IIII. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno octavo.

(Urbanus PP. VI.)

Num.

Num. CLII.

Incorporatio Parochiæ in *Hainspach* ad Sacristiam Monasterii S. Emmerami.

JOannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Ratisbon: ad perpetuam rei memoriam. Dum cleri & populi nostrarum civitatis & Diœcesis fidelium multiplices oppressiones, ac onera, quibus hoc tempore premuntur, assiduè in mente revolvimus, & paterna sollicitudine pensamus, pium præcipuè reputamus, & congruum arbitramur, ut personis divinis mancipatis obsequiis, regularisque voto professionis adstrictis ac operibus Hospitalitatis, & Caritatis deditis, his gravibus temporibus piè subveniamus opere & subsidio opportunis. Sanè igitur Venerabilis in Christo Pater Dominus *Fridericus* Abbas, & Religiosi Prior, & Conventus Monasterii sancti Emmerami Ratisbonens: Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, qui devotius Regi Regum jugiter famulantur suppliciter nobis, & sæpius significare curarunt, quod eorum Sacristia adeo exiles & modicos redditus habeat, quòd facultates pro ipsius ornatibus & luminaribus non sufficiant, quovis modo, quodque, pro dolor, in præsenti guerrarum & turbinum tempore, quo mundus ingentibus deditus est pressuris, piæ manus olim largifluæ deficiant adjutrices, nobisque humiliter supplicarunt, quatenus Parochialem Ecclesiam in *Hainspach* nostræ Diœcesis, cujus Jus patronatûs ad ipsum Abbatem dignoscitur pertinere, eidem Sacristiæ pro hujusmodi necessitatibus sublevandis in decorem & divini cultûs Augmentum ac prædictorum cleri ac populi devotione, unire, annectere & incorporare dignaremur. Nos igitur præmissa devotissimè attendentes, prædictorumque Abbatis & Conventus piis & rationabilibus supplicationibus paternaliter annuentes, de præmissis etiam legitimè informati, præhabitis diligenti Consilio, ac deliberatione provida & matura, requisitóque super his & obtento Venerabilis Capituli Ecclesiæ Ratisbonensis Consilio & assensu de Omnipotentis Dei misericordia,

cordia, & ejus Præcelsæ Genitricis, Patronorumque ejusdem Monasterii, dictam Ecclesiam in *Hainspach* ex præmissis legitimis causis eidem Sacristiæ in Christi nomine annectimus, & cum omnibus suis juribus, emolumentis & pertinentiis unimus & incorporamus. Ita tamen, quod cedente vel decedente Rectore dictæ Ecclesiæ perpetuus Vicarius idoneus & habilis ad eandem Ecclesiam, quoties etiam vaccare contigerit, per Abbatem dicti Monasterii nobis & successoribus nostris de cætero præsentetur ad ipsam Ecclesiam legitimè instituendus. Cui Vicario de fructibus ejusdem Ecclesiæ, tam pinquis, & lata portio, ac præbenda deputetur, quibus omnia onera Papalia & Episcopalia cum Hospitalitatibus necessariis competenter possit supportare. Cætera vero ipsius Ecclesiæ Emolumenta dictæ Sacristiæ veniant profutura. Portionis vero ipsius Vicarii taxatione nobis Episcopo, & Successoribus nostris in posterùm reservatâ, & ut hæc unio, annexio, & incorporatio de præfati Capituli nostri consensu facta robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsentes nostri & ejusdem Capituli nostri Sigillorum appensione roboratas eisdem Abbati, & Conventui gratiosius duximus concedendas. Nosque *Ulricus* Straubinger Senior, totumque Capitulum Ecclesiæ Ratisbonensis prædictæ, unioni, annexioni, & incorporationi, & aliis superscriptis ex certa scientia consensimus & præsentibus consentimus. Adhibiti consensûs testimonium Sigillum nostri Capituli unà cùm Sigillo ejusdem Domini Episcopi præsentibus est appensum. Datum Ratisbonæ anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo sexto, die vero quarta decima Mensis Augusti Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Urbani, divina Providentia Papæ sexti anno nono.

Sigillum utrumque.

Num. CLIII.

Confirmatio Incorporationis Parochiæ in Hainspach.

PHilippus de Aleuconio miſeratione divina Epiſcopus Oſtienſ: Sacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis legatus. Dilecto nobis in Chriſto Decano Eccleſiæ Veteris Capellæ Beatæ Mariæ Ratispon. Salutem in Domino. Exhibita nobis nuper pro parte dilectorum nobis in Chriſto *Friderici* Abbatis & *Prioris* ac Conventus Monaſterii S. Emmerami Ratispon. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti petitio continebat, quòd olim Reverendus in Chriſto Pater Johannes Epiſcopus Ratispon. piè conſiderans Monaſterium prædictum in ſuis facultatibus, adeo eſſe diminutum, & debitorum oneribus oppreſſum, quòd Abbas, Prior & Conventus præfati de facultatibus hujusmodi congruè ſuſtentari, hoſpitalitatem tenere, luminaria & alia ad officium divinum pertinentia, quæ de Sacriſtia, dicti Monaſterii miniſtrari conſueverunt habere, aliaque eis incumbentia onera ſupportare, commodè non valebant, Parochialem Eccleſiam in *Hainſpach* Ratispon: Diœceſ: cujus collatio ſeu præſentatio ad ipſos Abbatem & Conventum pertinere dicebatur, cujusque fructus, redditus & proventus quadraginta florenorum auri ſecundùm communem æſtimationem, ut aſſeritur, valorem annuum non excedunt, cum conſilio & aſſenſu dilectorum nobis in Chriſto Capituli Ratispon: duxit uniendam, annectendam, & incorporandam, prout in litteris deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Abbatis, Prioris & Conventus nobis fuit, humiliter ſupplicatum, ut hujusmodi unionem, annexionem & incorporationem, ac omnia inde ſecuta rata habere, atque auctoritate noſtra confirmare vel attentis ſuprædictis Parochialem Eccleſiam prædictam cum ſuis Juribus, & pertinentiis univerſis, eidem Monaſterio de novo unire, annectere, & incorporare de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur, qui juſtis ſupplicum votis libenter annuimus

nuimus de præmiſſis certam notitiam non habentes diſcretioni tuæ, de qua in his plenam in Domino fiduciam obtinemus, tenore præſentium committimus, & mandamus, quatinus vocatis Rectore dictæ Eccleſiæ, & aliis, qui fuerint evocandi, de & ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis juxta formam & continentiam Articulorum, quos tibi ſub Sigillo noſtro fideliter incluſos una cum præſentibus deſtinamus per teſtes probos & fide dignos ac exceptione majores, & alia legitima documenta diligenter te informes ac inquiras, diligentius veritatem, informationem vero quàm ſuper præmiſſis feceris nobis etiam per nuncium fidelem ydoneum, & Juratum ſub Sigillo tuo remittas fideliter interclusam; ut ſuper præmiſſis diſponere & ordinare valeamus prout fuerit rationis. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Wormatiæ VI. Kal. Maij. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo octavo. Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Urbani Papæ VI. anno undecimo.

Sigillum.

Num. CLIV.

Wenceslaus Romanorum Rex confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex: notum facimus tenore præſentium univerſis. Regiæ dignitatis generoſa ſublimitas, quamquam univerſis fidelibus quos Imperii Sacri latitudo complectitur, grata beneficia dignetur impendere, & tanto copioſius in ſubjectos ſua largitatis propagare donaria, quanto ex hujusmodi diſtributione

tione magnifica, ſuis frequenter Erariis, experitur accreſcere, & fidelium devotionis augeri. Tamen ad illos, qui per obſervantiam Regularis diſciplinæ, mundi derelictis illecebris conditori noſtro condignum præbent obſequium, ſpecialis prærogativa favoris dignanter inclinatur, ut ex rebus tranſitoriis, æternæ beatitudinis imarceſcibiles divitias in æternis beatorum gaudiis teſaurizet. Licet autem ad quorumlibet Religioſorum promovenda comoda & temporales libertates augendas nos officii debito obligari conſpicimus, nihilominus ad Monaſterium Sancti Emmerami in Ratispona Ordinis Sancti Benedicti devotorum noſtrorum dilectorum ardentiori zelo noſtra ſuſpirat intentio, & amplioris devotionis cumulata dulcedine, ad ejus exaltationem deſideria porrigimus, quo ejusdem Profeſſores, à ſe relegatis illecebris, cœleſtium contemplationi vacantes inſiſtunt. Sanè pro parte Religioſorum Abbatis & Conventus præfati Monaſterii Sancti Emmerami devotorum noſtrorum dilectorum oblata nobis petitio continebat, quatenus ipſis & eorum Monaſterio, litteras & privilegia, quæ & quas à Divæ memoriæ Prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, & Sacro Romano Imperio ſuper eorum libertatibus, juribus, gratiis, emunitatibus, conceſſionibus, & indultis obtinere noſcuntur, approbare ratificare, & confirmare gratioſius dignaremur. Nos itaque ipſorum ſupplicationibus ob Reverentiam Omnipotentis Dei & glorioſæ ac intemeratæ Virginis Mariæ ejus benignius inclinati præſertim cùm juſtè petentibus non ſit denegandus aſſenſus, præfatis Religioſis univerſa & ſingula privilegia, emunitates, gratias, libertates, litteras, conceſſiones, bona, poſſeſſiones, prædia & conſuetudines prædicti Monaſterii, tam in capite, quàm in membris à recolendæ memoriæ Prædeceſſoribus noſtris Roman: Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Romano Imperio obtentas, indultas, conceſſa, ſeu conceſſas, ſeu quovis titulo donationis, conceſſionis, permutationis, aut quæ ex legatis & teſtamentis nunc obtinent, de plenitudine poteſtatis Regiæ, nec non maturo noſtrorum & Imperii Sacri Procerum Nobilium, & fidelium accedente conſilio, & de certa noſtra ſcientia, monitionibus ſuis, titulis, ſententiis, articulis, punctis, & clauſulis, ac ſi prædictorum privilegiorum, litterarum, libertatum, emu-

nitatum, conceſſionum, jurium, & conſuetudinum tenores, in propriis apicibus, & titulis præſentibus forent inſerti, & totaliter intercluſi, innovamus, approbamus, ratificamus, & præſentis ſcripti patrocinio, auctoritate Roman: Regia prædicta, gratioſius confirmamus, decernentes ac volentes prædicta omnia perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ innovationis, Ratificationis, & Confirmationis paginam infringere, ſeu ei auſu temerario quolibet contraire. Si quis autem contrarium attemptare præſumpſerit, non ſolùm indignationem noſtram, ſed & pænam centum, & quinque Marcarum auri puriſſimi, quotiens contrafecerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietate Regalis noſtri fiſci, reſiduam vero partem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicari. Præſentium ſub Regiæ noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio litterarum. Datum in Burglenis Anno Domini Milleſimo octuageſimo ſexto, die XX. Januarii, Regnorum noſtrorum Anno Boſniæ viceſimo tertio, Roman: verò decimo.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis

H. Luben. pptus Cancellarius.

Nota. Hæc Confirmatio Privilegiorum à *Wenceslao* Rege facta, ſermone latino conſcripta eſt. Subſequentes autem litteræ, quibus Abbati Friderico *Regalia Feoda* concedit, germanico idiomate exaratæ ſunt.

Num.

Num. CLV.

Wenceslaus Römischer König verleyhet Friderico Fürst und Abbten die Reichs-Regalien.

Wür Wentzlaw von GOttes Genaden Römischer Kunig, zu allen Zeiten Merer des Reichs und Kunig zu Böheim. Enbietten Hansen Heckel Richter zu Amberg unsern und des Reichs lieben Getreuen unsere Gnade und alles Guette. Lieber Getreuer, wan der Erwürdig Friderich Apte zu Sand Emmeram zu Regenspurg St. Benedict Ordens unser und des Reichs Fürst und lieber Andächtiger seines Kranckheit wegen und anderen ehehafften Noth, die Im zu disemmahl anligende seyn, als wir des von dir und andern Getreuen kuntlichen unterweiset seyn, zu uns nicht komen mag zu empfahen die Lehen und Regalia seiner Aptey und Fürstenthumes, von uns als einem Römischem Kunig als er von billichen Rechte und soll, die von uns und dem Reiche rüerende seyn, davon durch treue Willen, der wir uns zu dir gäntzlichen versehen, und auch durch dein bette willen, so haben wir dir mit wollbedachtem Muthe, guttem Rathe und rechtem Wissen, gantzen Gewalt und Macht gegeben von unsern wegen und an unser statt zuverleyhen dem Egenanten Friderichen seine Fürstenthume und Regalia mit allen Iren Zugehörungen, als die von uns und dem Reiche zu Lehen rüren, und Er und sein Vorfahrn, die redlichen hergebracht haben, doch also, daß du zuvoran gewonlich Huldung, Eyde, und Glibde von Ihm in unsern Namen und zu unsern Handen einnemest, daß er uns als ein Römischen Kunig Hulde, Gewer, getrew und unterthänig sey unsern Schaden zu wenden und Fromen zu werben und gen uns zu thun, das er durch Rechte, oder Gewohnheit zu thun pflichtig ist. Wan auch derselbe Friderich von Ehehafter Noth, und Geschäfte mag angeude, so soll er selber zu uns komen und solche Lehen und Regalia von uns selber empfahen, als daß billichen rechte und gewohnlichen ist. Mit Urkund dises Briefs versiglet mit unser Kuniglichen Majestät Insigel. Geben zu Burgleims nach Christes Geburde drevzehen hundert Jare und dar-

nach

nach in dem sechs und achtzigisten Jaren an Sand Sebastian Tage unserer Reiche des Böhemischen in drey und zweintzigisten, und des Römischen in den zehenden Jaren.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis

H. Lubn. pptus Cancell.

Nota 1. In his Regis *Wenceslai* litteris expressa mentio fit de *Juramento fidelitatis*, (Huldigungs-Eyde und Gelübde.)

Nota 2. *Wenceslaus* Rex, *Fridericum* Abbatem appellat *Principem*, eique *Regalia Principatûs* concedit.

Nota 3. Excusationi quidem locum tunc fuisse, quin Vasallus ad susciendaRegalia adipsumRegem accederet. At remotô impedimentô debuit vasallus coram Imperatore comparere; uti ex litteris istis patet.

Nota 4. Hæ Litteræ *Wenceslai* Regis, quibus *Regalia* concessa fuerunt, sunt primæ quæ idiomate Germanico conscriptæ apud nos inveniuntur. *Adolphi*, *Alberti*, *Ludovici IV*, *Caroli IV*, Regum Romanorum litteræ superiùs exhibitæ latino sermone exaratæ fuêre.

Num. CLVI.

Bonifacius IX. confirmat Monasterio S. Emmerami omnes libertates & immunitates.

BOnifacius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monasterii S. Emmerami Ratispon. Ordinis S. Benedicti Salutem & Apostolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis & honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter Dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu

omnes

omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per Privilegia, vel alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Monaſterio veſtro prædicto indultas, ſicut eas juſtè & pacifice poſſidetis, obtinetis & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum VII. Kalend. Junii Pontificatûs noſtri anno Septimo.

Sigillum Plumbeum.

Jo Vulpis.

NOTA.

Defuncto Anno 1395. die 11. Septembris *Friderico* Abbate ad S. Emmeramum, Fratres Monaſterii die 13. ejusdem menſis ſtatim elegerunt Joannem Hauner Profeſſum ibi Monachum, quem Joannes Epiſcopus Ratisbonenſis, oblatâ ſibi à Fratribus Bulla Joannis XXII. Auctoritate Apoſtolica confirmavit, eique benedictionem impendit. Summus autem Pontifex, BONIFACIUS IX. (*ob rejerationes tunc vigentes*, fortè etiam ob exortum in Eccleſia Schiſma) Electionem irritam declaravit, Eumdem *Joannem* tamen Auctoritate Apoſtolica Abbatem conſtituit, datis deſuper litteris Apoſtolicis ſub Plumbeo Sigillo, ad Conventum, aliisque ad Joannem Abbatem litteris. Præcepit etiam BONIFACIUS ut *Joannes* Abbas juxta formam, Româ, ſibi transmiſſam Juramentum deponeret. Cujus tenorem hic exhibeo.

Num. CLVII.

Juramentum Neo-Electi *Joannis* Abbatis ad S. Emmeramum.

EGo *Johannes Hawner* Abbas Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti promitto & Juro, quod ab hac hora, quamdiu vixero, fidelis & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Eccleſiæ ac Domino Bonifacio Divina Providentia Papæ nono, ſuisque Succeſſoribus Canonicè intrantibus, non ero in Conſilio, conſenſu aut facto, ut vitam perdant, aut membrum, ut capiantur mala captione, Conſilium vero, quod mihi credituri ſunt per ſe, aut per Nuntios ſive per litteras nulli manifeſtabo ad eorum damnum, me ſciente, Paparum Romanorum & Regalia S. Petri. Adjutor eis ero, ad retinendum, defendendum, & recuperandum ſalvo meo ordine contra hominem, ac honorem & ſtatum ipſorum, quantum in me fuit, conſervabo, ipſisque adhærebo & pro poſſe fovebo. Legatos & Nuncios Sedis Apoſtolicæ benignè in terris mei Monaſterii ſuſcipiam, dirigam, & defendam, ſecurumque ducatum præſtabo eisdem, ac in eundo, & redeundo, eos honorificè tractabo & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo, nec quantum in me fuerit permittam eis aliquam injuriam fieri, vel inferri, & quibuscunque, qui contra præmiſſa vel eorum aliquod conarentur aliquid attemptare, quantum potero me opponam, eosque pro poſſe impediam, offenſiones & damni prædicti Domini noſtri Papæ & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quantum potero, evitabo, nec ero in Conſilio vel facto, ſeu tractatu, in quibus contra ipſum & eandem Romanam Eccleſiam aliqua ſiniſtra vel præjudicialia machinentur, & ſi talia à quibusvis procurari novero vel tractari, impediam pro poſſe & quantocius potero, commodè alteri, per quem poſſit ad eorum notitiam pervenire, vocatus ex quacunque cauſa ad Synodum ſeu ad eas accedam, niſi præpeditus fuero Canonica præpeditione, eisque obedientiam & Reverentiam debitas

debitas exhibebo & præſtabo. Apoſtolica limina ſingulis bienniis viſitabo aut per me, aut per nuncium meum, niſi Apoſtolica abſolvar licentia, poſſeſſiones vero ad meum Monaſterium pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconſulto Romano Pontifice. Item Anti-Papæ & ſuis Anti-Cardinalibus perditionis Filiis Juſto DEI Judicio Auctoritate Apoſtolica damnatis & eorum alicui auxilium, conſilium vel favorem, cujuscunque fuerint præeminentiæ, Ordinis, Religionis, Conditionis, aut ſtatus, etiamſi Pontificali, Regali, ſeu Reginali vel alia quavis perfulgeant dignitate, etiamſi fuerint Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſeu aliis quibuscunque per Eccleſiam denotatis, vel in poſterum denotandis, quamdiu extra gratiam & communionem ſedis prædictæ permanebunt, non dabo quovis modo per me vel alium directè vel indirectè, publicè vel occultè, auxilium, Conſilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in me fuerit & impedire potero, dari permittam, ſed eos ſecundum poſſe meum, donec convertantur juxta proceſſus Apoſtolicos prout juſtum fuerit, perſequar. Sic me DEUS adjuvet, & hæc Sancta DEI Evangelia.

Nota 1. Ex hac Juramenti formula patet, Abbatem S. Emmerami ſingulis biennîis Romam accedere debuiſſe. 2dô. Expreſſa etiam fit mentio Antipapæ (Benedicti XIII. avignioni tunc morantis.)

Nota ulteriùs. Juramenti hujus à Joanne Abbate ad S. Emmeramum depoſiti notitiam, totumque verborum tenorem Joannes Epiſcopus Ratisbonenſis ad Summam Sedem (Bonifacium IX.) transmiſit. Bullæ Bonifacii IX. de quibus ſupra, in Archivo noſtro ſervantur.

Num CLVIII.

Wenceslaus Römischer König verleyhet Johann Abbten zu S. Emmeram die Lehen und Regalien seiner Abbtey und Fürstenthumb.

Wür Wentzlau von GOttes Gnaden Römischer Kunig zu allen Zeiten Merer des Reichs und Kunig zu Böheim. Enbietten Protwitzen von Donnerstein unsern und des Reichs Lieben und Getreuen unsere Gnad und alles Gut. Lieber Getreuer, wann der Erwürdig Johannes Apte zu Sand Haimeram zu Regenspurg Sand Benedicten Orden unser und des Reichs Fürste und lieber andächtiger vor urley Krieg, Unsicherheit der Weege und anderes Ehehaffte Note wegen, die in hindern und zu disem male anligende seyn, als wir deß von dir und andern unsern Getreuen kuntlichen unterweiset seyn, zu uns nicht komen mage zu empfahen die Lehen und Regalien seiner Abbtey und Fürstenthums, die von uns und dem Reiche zu Lehen rürendte seyn, als er das von uns als einem Römischen Kunig billich und von Rechte tun sollen, davon durch Vernunfft und Treue, der wir uns zu dir gentzlichen versehen, und auch durch deiner Bette willen, so geben wir mit Crafft ditz Brieves vollkomene und gantze Macht von unsern und des Reichs wegen zu verlühen dem Egenanten Johansen in unserm Namen und an unser statt, solche seine Fürstenthume und Regalia mit allen iren Zugehörungen, als die von uns und dem Reiche zu Lehen rühren, und er und seine Vorfahren die redlichen herbracht haben, doch also, daß du zuvoran gewonliche Huldung, Eyde, und Glübden von Ihm in unser Nahmen und zu unsern Händen einnemest, daß er uns als einem Römischen Kunig, holde, gewer, gehorsame, getreue, und unterdanig seye, unsern Schaden zu wenden und Fromen zu werben, und gen uns alles das tun, das er durch Rechte oder Gewohnheit zu tunde pflichtig ist, mit Urkund ditz Brives versiglt mit unser Kuniglichen Majestät Insigel, Geben zu Karlstain nach Christes Geburt dreyzehenhundert Jare, und darnach in dem sechs und neuntzigisten Jaren, des Freytags nach dem Sontag Misericordia Domini

mini. Unſer Reiche des Böhemiſchen in dem drey und dreyßigſten und des Römiſchen in dem zwei und zweintzigſten Jaren.

Sigillum.

Nota 1. Ex his *Wenceslai* Regis litteris apparet denuo, Vaſallo licuiſſe excuſationis cauſas afferre, quod ad ſuſcipienda *Regalia*, præſens ad Regem accedere non valeret. Nec opus erat,) ut ex his intelligimus litteris,) alium delegare ad aulam regiam. Ipſe enim Rex *Wenceslaus* delegavit quemdam, qui Juramentum Fidelitatis ab Abbate ſuſciperet, quod in Prioribus quoque Wenceslai Regis ſub Num. CLIV. exhibitis, jam factum intelleximus.

Nota 2. Wenceslaus Rex Regni ſui tempore duobus *Friderico*, & *Ioanni* Abbatibus ad S. Emmeramum *Regalia Feoda* conceſſit, confectis deſuper litteris Regiis. Patet ergo Novum Vaſallum *Regalium* inveſtituram à Rege petiiſſe, & *litteras* obtinuiſſe.

Num. CLIX.

Rupertus Romanorum Rex confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

RUpertus Dei Gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, honorabili, devoto ac fideli noſtro dilecto Johanni Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Emmerami Ratispon. Gratiam Regiam & omne bonum. Etſi ex à Deo nobis injuncto officio cunctis Xſti fidelibus, ut in ſuis conſerventur juribus & pacis commodo perfruantur, ſuffragari de Regiæ Majeſtatis Clementia debeamus, magis tamen ad eos inclinamur, quorum aſſidua deprecatio ad Deum nobis in hac via, qua pergimus, proficit ad æterna, veſtris itaque ſuplicationibus favorabiliter inclinati univerſas & ſingulas exemptiones, libertates, gratias, jura, privilegia, & munimenta, nec non omnia & ſingula in eis con-

tenta vobis & Monaſterio veſtro à felicis recordationis quondam divis Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædeceſſoribus noſtris quibuscunque conceſſas vel factas, conceſſa vel facta de plenitudine Regiæ poteſtatis & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, innovamus, & perpetua valitudine præſentis ſcripti patrocinio confirmamus inhibentes univerſis & ſingulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Civibus, Incolis & Univerſitatibus terrarum, & Diſtrictuum Civitatum & locorum Sacri Imperii, ne præfatos| Abbatem & Conventum & Monaſterium Sancti Emmerami contra eorum Privilegia, Exemptiones, libertates, gratias & litteras prædicta & prædictas aut aliquid eorum, ſeu etiam adverſus præſentis noſtræ Approbationis, Ratificationis, Innovationis, & Confirmationis indultum moleſtent, perturbent, aut impediant quovis modo aut impedientibus, moleſtantibus ſeu perturbantibus in his præſtent auxilium, Conſilium, vel favorem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Approbationis, Innovationis & Confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, gravem noſtræ celſitudinis indignationem & pœnam centum Marcarum auri puri toties quoties contra præmiſſa ſeu aliquid eorum factum fuerit, ſe noverit ipſo facto irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem fiſco noſtro Regio, reliquam vero partem Abbati & Conventui ac Monaſterio Sancti Emmerami prædictis decernimus applicandam. Harum ſub noſtræ Regiæ Majeſtatis Sigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum Amberg quinta decima die Menſis Aprilis. MCCCCI. Regni noſtri anno primo.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis

Nicolaus Buman.

R. Bertholdus Durchlach.

Num. CLX.

Rupertus Römischer König verleyhet Johann Abbten zu S. Emmeram die Regalien.

WIr Ruprecht von GOttes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten Mehrer des Reiches. Bekhenen und tun kundt offentlichen mit disen Brief allen dem, die in sehen oder hören, lesen, daß wür haben angesehen diemüthige und redliche Bitte des Ehrsamen unsers lieben Andächtigen Johanns Abbt des Closters Sanct Emmerami zu Regenspurg, und nembliche Dienste, und Treue, als uns und dem Reiche derselbe Johann in künfftigen Zeiten thun soll und mag, und haben Ihm darumb mit wohlbedachtem Mutte, und guttem Rath, sein: und seines Closters zu Sanct Emmeramen, Regalia, Weltlichkeit, Lehenschaffte, und Mannschaffte mit allen Ehren-Rechten, Nutzen, Gerechten, Güttern, Zinsen, und Zugehörungen genädiglich verlihen und gereichet, leihen und reichen Ihm in Crafft dis Briefs und Römisch Königlicher Machte Vollkomenheit zu haben zu halten, und der zugenieſſen, in aller Maaß als die seine Vorfahrer gehabt, genossen, herbracht, und besessen haben, und der obgenannt Johann hat auch dieselben Regalia, Weltlichkeit, Lehenschaffte, und Mannschaffte, mit allen Iren Rechten, Nutzen, Gerichtern, Güettern, Zinsen, und Zugehörungen von uns als einem Römischen Könige seinen rechten Herrn recht und redlich empfangen, und uns davon gehuldet, globt, und geschworen als gewohnlich ist, und solche des Reichs Geistliche Prälaten pflichtig seint. Zu dem Urkunt dis Briefs, versigelt mit unserm Königlichen Maiestät Insigel. Geben zu Amberg da man zellte nach Christi Geburte tausend, vierhundert und ein Jahre, uf dem Freytag nach dem Sontag als man singet in der heiligen Kirchen, Quasi modo geniti, unsers Reichs in dem ersten Jare.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis,
Nicolaus Buman.

R. Bertholdus Durchlach.

Nota. 1.

Nota 1. *Rupertus* Rex *Johannem* Abbatem hiſce in litteris non ampliùs *Principem* nominat, *Rupertus* ex Ducum Bavariæ, & Comitum Palatinorum Rheni ſanquine ortum duxit.

Nota 2. Videtur, quòd Juramentum Fidelitatis, Prælatorum Ecc eſiaſticorum fortè ſingulare fuerit, dum Regalia ſuſceperunt; ait enim Rupertus Rex Johannem Abbatem, *promiſiſſe, juraſſe,* [Gehuld, globt, und beſchworen als gewohnlich iſt, und ſolche des Reiche Geiſtliche Prälaten pflichtig ſeyud.]

Nota 3. *Rupertus* Rex, primò Regni ſui annò, *Joanni* Abbati ad S. Emmeramum (qui Regalia à *Wenceslao* Rege jam ſuſceperat,) denuo ea conceſſit, confectis hiſce litteris; ergo mos jam inolevit ut *Novus Rex* Vaſallo Feoda, novis litteris concederet.

Nota ulteriùs.

Mortuo Abbate *Joanne*, *Ulricus* à BONIFACIO IX. Summo Pontifice, Abbas conſtitutus fuit. Diſplicuit *Ulricus* Abbas Epiſcopo Ratisbonenſi. Papa ad Preces Monachorum hunc *Ulricum* præfecit, eique conceſſit, ut à quocumque Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis communionem habente, munus Benedictionis recipere valeat, Juramenti, (cujus formam Ulricus Româ acceperat.) præſtiti litteras, Romam mittere debuit. Promiſit etiam Ulricus Abbas ſingulis annis ſe ad limina SS. Apoſtolorum acceſſurum. Flagrabat adhuc Schiſma Roberti Cardinalis, dicti *Gebemienſ. &c.* Litteræ Bonifacii IX, quibus Ulricum Abbatem præficit &c. ſub Plumbeo Sigillo, omnes adſunt. *Joannes* Epiſcopus Ratisbonenſis *Ulricum* Abbatem Coegit, ut Turones (*Tour*) in Galliam mitteret pro moneta *Turonenſium*, quos juxta Bullam Joannis XXII. Monaſterium S. Emmerami ſingulis annis Epiſcopo ſolvere debebat, licet antea in Moneta Ratisbonenſi ſolutio facta fuerit. Tandem per ſententiam *Hainrici Nothafft de Wernberg* Conſulis Ratisbonenſis, (qui arbiter expetitus fuerat) Epiſcopus & Abbas pacem inierunt, & convenerunt, ut locò triginta librarum *Turonenſium*, à Monaſterio S. Emmerami ſemper decem libræ denariorum Ratisbonenſium, Epiſcopo Ratisbonenſi ſingulis annis ſolverentur, quod usque ad hoc tempus (ſolvendò 28. Florenos 34. crucig. in Vigilia Nativitatis Domini) adimpletur. Litteræ hujus conventionis Autographæ adſunt.

Num.

Num. CLXI.

Ruprecht Römischer König verleyhet Abbten Ulrich die Regalien.

Wir Ruprecht von GOttes Gnaden Romischer Kunig zu allen Zyten Merer des Richs. Bekenen und tun kunt offenbar mit disen Brieve allen den, die in sehen oder hören lesen. Das wir haben angesehen demüthige und redliche Bitte des Ehrsamen unsers lieben andächtigen Ulrichs Apts des Closters Sant Emeram zu Regenspurg, und nembliche Dienste und Treue als uns und dem Riche derselbe Ulrich in künfftigen Zütten dun sol und mag, und haben Jme darumb mit woll bedachtem Mutte und gutten Rath, sin und sins Closters zu St. Emmeram Regalia, Weltlichkeit, Lehenschafft, und Mannschaffte, mit allen Eren, Rechten, Nuzen, Gerichten, Güttern, Zinsen, und Zugehörungen gnediglich verlihen und gereichet, lihen und reichem Jhm die in Crafft dises Briefs und Römischer Kuniglicher Mechte vollkomen Herde zu haben und zu halten, und des zu geniessen in aller Mase als die sin Vorfarn gehabt, genossen, herbracht, und besessen haben. Und der obgenandt Ulrich hatt auch diselben Regalia, Weltlichkeite, Lehenschaffte und Mannscheffte, mit allen Eren, Rechten, Nutzen, Gerichten, Güttern, Zünsen, und Zugehörungen, von uns als Einem Römischen Kunig sum rechten Herren rechts und redlich empfangen. Und uns davon gehuldet, globt, und geschworen, als gewohnlich ist, und soliche des Reichs geistliche Prälatten pflichtig sint zu tun. Urkund diß Briefs versiglt mit unserm Kuniglichen Majestatt Insigl. Geben zu Amberg St. Oswalds des heiligen Kunigs Tage. In den Jare als mann zalte nach Christi Geburte vierzehen hundert und fünff Jare. Unsers Richs in dem fünfften Jare.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis
Johannes Winheim.

R. Bertholdus Durlach.

Num. CLXII.

Rupertus Romanorum Rex confirmat Privilegium Ludouuici Regis ſub Num. XXXIV. pag. 90. exhibitum.

RUpertus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Romani Imperii Fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Regalis excellentia tunc ſui nominis titulos ampliat, & extollit, cum loca divino cultui dedicata, & perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur, ac eorum juſtis & rationabilibus petitionibus favorabiliter ſe inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Ulrici Abbatis & Conventûs Monaſterii ſancti Emmerami noſtro culmini fuit humiliter ſupplicatum, ut Privilegium eis à Ludovico Romanorum Rege quondam indultum noſtris oblatum conſpectibus vellemus de dignitate Regia confirmare, cujus tenor talis eſt. IN NOMINE SANCTÆ &c.

Hic inſertum legitur integrum Diploma Ludouuici Regis ſuprà ſub Num. XXXIV. proſequitur *Rupertus* Rex.

Nos igitur prædictorum Abbatis & ejus Conventus piis ſupplicationibus inclinati præſcriptum privilegium & ejus tenorem à quondam Ludouuico Rege Romanorum ipſis datum de benignitate regia confirmamus, & ſcripti preſentis robore innovamus. Volumus etiam, & preſenti ſtatuimus ſanctione, ut Nullus ſupradicti Monaſterii Advocatus aliquod ſervitium ſeu procurationem aliquam, contra juſtitiam, formam, & modum ab antiquo ſtatutum requirere debeat, vel audeat ab Abbate, aut prædiis vel hominibus pertinentibus ad eumdem, Nullíque eorum liceat Advocatiam ſuam alteri concedere, dare, vel obligare aut de ipſa quemquam infeodare, niſi de noſtra vel Succeſſorum noſtrorum Regum, vel Imperatorum, & Abbatis dicti Monaſterii licentia ac conſenſu, quod ſi ſecus facere præſumpſerint, exinde decernimus irritum & inane. Nolumus etiam, ut in bonis & in poſſeſſionibus Dicti Monaſterii nomine Advocatorum aliqualis impigno-

pignoratio fieri debeat quoquomodo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, renovationis, & donationis litteram infringere, vel etiam eidem auſu temerario contraire. Quod qui facere præſumpſerit gravem noſtræ Majeſtatis indignationem ſe noverit incurriſſe. In cujus Rei teſtimonium præſens inſtrumentum exinde conſcribi ac Majeſtatis noſtræ Sigillo fecimus communiri. Datum Amberg Menſis Auguſti Die ſexta. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinto, Regni verò noſtri anno quinto.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis
Johannes Winheim.

R. Bertholdus Durchlach.

Nota 1. Rupertus Rex, expreſsis verbis prohibet, ne quis Advocatus Eccleſiæ S. Emmerami plus ab Abbate, aut prædiis, vel hominibus exigat, quàm ab antiquo ſtatutum fuiſſet.

Nota 2. Prohibet etiam Rex, ne *Advocatus* Monaſterii S. Emmerami, Advocatiam ſuam alteri concedat, det, obliget, aut infeodet, absque Regis, Imperatoris, vel Abbatis Licentia &c.

Num. CLXIII.

Ruprecht Römiſcher König, beſtättiget den Freu-Brief Ludwigs des Königs, gleichwie in vorhergehenden Lateiniſchen Beſtättigungs-Brief geſchehen.

Ruprecht von GOttes Gnaden Römiſcher König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. Allen Getreuen des heiligen Reichs, ſein Gnade und alles Guett. Die Königliche

Hochwürdigkeit mehret und erhöhet die Uberschreibung seines Nahmens, wann die Stätte gegeben, Göttlichen Dienste, und die Personen, die daselben dem Herrn dienent, mit guetteglicher Gunst, versorget, uns Irem Rechten, und redlichen Betten sich günstig neiget. Hierumb von des Erwürdigen Ulrich Abbts, und Convents des Closters zu St. Haimeram zu Regenspurg wegen unser Königlichen Hohe ward diemütiglich gebetten, das einen Freybrief der In gegeben ist vor Zeitten von Ludwigs Römischen Könige unserm Angesichten gezaigt, von Königlicher Guettigkeit wir wolten bestätten, des laut nachdem synne (*) aus dem Latein genomen ist also:

IN Namen der allerheiligisten, und unzertheilten Dreyfaltigkeit. Ludwig von Gunst Göttlicher Gnaden König, allen ewiglichen. Wir haben erkannt, wie wir uns mügen durch die Macht der Heiligen in künfftigen gefrumen zu dem Heiligen verwesen, und zu den Kayserl: Gewalt, und dem Lohne Seeliger Gnaden verdienen in Ewigkeit, ob die Stette GOtt gegeben mit Göttlicher Lieb entzündet wür besorgeu, und darumb so wissen alle uns Getreuen, die gegenwärtigen bey Namen und die künfftig komen, wie wir durch Gewerff unser lieben Mutter Ote, und um das Heyl unser Seele und unsers Liebes Gesundt, ain Closter in unser Statt zu Regenspurg gelegen in dem Ehren des seeligsten Peters der zwölff Pothen Fürsten, und des Heiligen Martyrers Sand Haimeram gepauet, das fürwahr durch den Christlichen dem Grossen Kayser Carl in Recht und Scherme dem Päbstlichen Stuelle geopffert ist, also bey namen, das das ewiglich allein der Päbstlichen Freyheit, und der Kayserl: Majestätte sey zu beschermen unterthan und haben das genomen in unsern Scherm, und besunder Gnade, das Closter auch der heilige Päbst Formosus von fleissiger Gebett unsers Vatters Kayser Arnolfs seeliger Gedächtnuß hat geweyhet grossen Ablas mit sambt dem Bischoffen, die mit Ihm daselben waren, dem selben Closter hat verlihen, sechs Wochen vor St. Haimerams Tag in jeden Jahre das ewiglich wehrend ist, und davon alle aigen, alle Urban, oder Chürhen, mit Opffer der Zehenden der Verwe-

ser

(*) Cujus tenor juxta sensum ex latino desumptus est.

ser desselben Closters nun jetzund besitzen, oder Ihr Nachkomen fürbas besitzen werden, demselben Closter wür das bestatten mit disem Brief, wür setzen und gebietten vestigl: das kein Herzog, oder kein Bischoff, kein Graf oder Königlicher Schegzer, und keines Gerichts Persohn, oder kein andere Persohn, gros oder klein fürbas in das vorgenant Closter oder die Stette die darzu gehören, gethür eingehen zu den Leutten der vorgenannten Kirchen zu nöthen, oder Sachen verhören oder Beraitungen zu machen oder borgen aufzunemmen oder unbillig Ungelt zu forderu, oder Gewalt zu thun, sondern Sye sollen und mögen die Vorsteher des Closters richten und straffen die Missethat aller Menschen, die da gehörent zu Iren Closter, nur villeicht sie sich woll bedachten zu vorderen unsern Richter zu grossen Sachen zu verrichten, darzu so gebietten wir vestiglich, das weder Tuto der Ehrwürdige Bischoff iezund zu Regenspurg, noch khainer seiner Nachkommen, oder der andern Bischoff, innerthalb, und ausserthalb in Gütten, oder Persohnen des vorgenanten Closters kainen Gewalt haben zu herrschen. Auch den Brüdern, die daselben GOtt dienent wir geben freye Macht Ihnen zu wöllen einen Abbt, wir wollen auch das der Zins siben Gulden, dem Kayser Carl der Groß Leon dem Pabst, Ludwig sein Sohn Eugenio dem Pabst, Ludwig Nicolaus dem Pabst, und Kayser Arnolff unser Vatter Formoso dem Pabst gegen Rom zu dem Altare Sanct Peters von dem obbenanten Closter bezalt haben, zu einem Warzeichen auch der Freyheit von dem Abbten des Closters in iedlichen Jahren dem Päbstlichen Stuelle bezahlt werde, darnach gebietten wir, das an dem aigen oder zinnshafftigen Leutten des vorgenanten Closters Jemand sich aneme Gewalt in kein Weis oder von unsern verlihenen Gnaden keins Gerichts sich unterwünden, sondern unter unsern Scherme der Freyheit alle Ding, und die zu dem Closter gehörent der Abbt mit seinen Brüdern besizen ewiglich frey, und geruhet, darnach von Gabe unsers Gewalts so wöll wir das vest, und stett sey, das alle Menschen des offtgenanten Closters durch alle Land unsers Reichs frey dienent in Ihren Geschäfften also beynamen, daß sie niemand Schuld der Zoll bezallen, und kein Richter oder Persohn, wie in Irem Wesen die genannt seindt, wider den Freybrief in keinem Frevel getrauen zugezihen, wir wollen auch, das die Menschen, die bey dem Abbten, oder in dem

Güttern des Closters Wesen, wie die geborn, oder geschuldet sein, dem Vogte, ob sie einen haben, nit mehr bezahlen sollen, dann alleine den Hauptzins, ohn das alles dem Closter und seinen Verwesern verleihen wir und ewigl: becrefften der Würdigkeit, und alle Recht, dy die alleredlesten und aller allerbsten Abbtey sein des Ordens Sanct Benedicten in Teuschlanden gelegen, wir gesehen haben, also das weder der obgenant Erwürdig Bischoff zu Regenspurg, dem wür daselbst Closter befohlen hätten zu beschermen, und auch keiner seiner Nachkommen in allen seinen Rechten Ihm keinen Frevel anlegen, soll oder getüre; wäre aber das des offtgenanten Closters Vogt, oder ein ander geistliche oder weltlich Persohn, tägliche oder frauliche Dienst von dem Verwesern nicht Forcht zu schätzen, oder ander Schaden wider Recht zuziehen oder in dem verlihenen Rechten das Closter beschweren wolten, dieselbe sich wissen gefallen sein in dem Zorn, und Ungnad der Königlichen Majestett, und in die Pöne vm Bosheit hundert Pfund lautters Goldes zu bezallen, und den halben Theil dem vorgenanten Closter sondern bezallen, darzu das abgenomene Gutt sy widergeben sollen, das auch unser Gesezze des verlichen Rechtens und Würdigkeit fest: und unzerbrochen bleibe zu allen Zeitten, und das fleissigl: gehalten wird von allen glaubigen Christen Menschen, darum so haben wir den Freybrief unten gevestent mit unser Hand und Gehaissen besigeln mit Eindruckunge unsers Finngerls. Das Zaichen Herrn Ludwigs des Durchleuchtigisten Königs, Engelperus Schreiber an statt Theotmari des Ertzcapplans haben bekennet und unterschriben. Der Brief geben ist an andern Tag des Monats Augusti von unsers HErrn Geburte da mann zöhlt neunhundert und in dem dritten Jare, des andern Jahrs des allermildesten König Ludwigs in der sechsten Römischen Zall, geben zu Oetting in GOttes Nahmen seeliglich Amen.

Hierumb sein wir geneiget dem demüthigen Betten des vorgenanten Abbts, und seines Convents den vorgeschribenen Freybrief, und seinen Laut, der ihn gegeben ist vor Zeitten von Ludwig dem Römischen Könige wür Ihn bestätten von Königlicher Güttigkeit und mit Crafft der gegenwärtigen Bestattigunge das kein Vogt des vorgenanten Closters keinerley Dienst, oder keinerley Schaffunge solle oder getraue vordern wider Gerechtigkeit, Gestalt weis dann von Alter gesetzet ist von dem Abbte, oder von seinen

nen Güttern oder Leuthen, die Ihm zugehören, und soll auch Ihr keiner sein Vogtey einem andern verleichen geben oder verpfenden, oder mit der Vogtey jemand belehen, es sey dan mit unsern Verlaub und Willen, oder unser Nachkommen Römischer Könige oder Kayser und auch des Abbts vorgenanten Closters und ob sie getrauen ein anders tun, so erkhenen wür von der Zeit das vernicht keinerley Weiß disen Brief unser Bestattunge und Gabunge zerbrechen, oder Ihne mit freventlichen geturren wider gen, wer das tun getrau, derselb sich wisse gefallen sein in schwer Ungnade unser Majestette; Der Sache zu einer Zeugnusse so haben wür geuestent den gegenwärtigen Brief, der darumb geschriben ist, mit dem Sigel unser Majestätt. Geben zu Amberg an dem sechsten Tage des Monats Augusti da man zählt von Christi Geburte, tausend, vierhundert und darnach in dem fünfften Jare. Unsers Reichs in dem fünfften Jare.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis
Emericus de Mossheln.

R. Bertholdus Dürlach.

Nota. Ludovicus Rex in suo Diplomate sub Num. XXXIV. pag. 91. circa finem, ait: se *Tutoni* Episcopo Monasterium S. Emmerami REGENDUM comisisse. In istis autem Ruperti litteris, quibus Privilegium *Ludovici* Regis ex latino in germanicum sermonem translatum confirmat, hæc verba ita redduntur: [Deme Wir dasselbe Closter zu beschermen befolchen hätten.] In Nota 4. pag. 94. superiùs recitata *Ludovici* Regis verba de *Electione Tuttonis* Episcopi, tanquam *Abbatis* ad S. Emmeramum intelleximus, additâ *Stephani Baluzii* animadversione &c. Si verba ista: *comisimus Monasterium regendum Tuttoni Episcopo*, nil aliud indigitarent, quàm, ut Tutto Episcopus Monasterium defenderet (beschermen) tunc nulla omnino in illo Diplomate contrarietas appareret. Vide Notam 4. pag. 94.

Num.

Num. CLXIV.

Ruprecht Römischer König befilchet der Statt Regenspurg, das Closter St. Emmeram zu schützen.

WIr Ruprecht von GOttes Gnaden Römischer König zu allen Zeitten Mehrer des Reichs ꝛc. Entbietten dem Burgermeister, Rath, und Burgern gemeinklichen der Statt zu Regenspurg, vnser Gnad, vnd alles Guetts, lieben Getreuen. Wann Wür von dem Almächtigen GOtt als ein Römischer König darzu geordnet, vnd gesezt sein, alle vnd iegliche vnser vnd des heiligen Reichs Vnterthone, vnd Getreuen, Sie seyen Geistliche oder Weltliche, bey ihren Freyheitten, Rechten vnd Herkomen zu handhaben, zu beschürmen, vnd zu behalten, vnd Vns von wegen des Ersamen Vlrichs Abbtes zu St. Emmeram zu Regenspurg fürgebracht worden ist, wie daß Er vnd sein Closster in vil Weeg vnredlichen beschwert, vnd vmbgetriben worden. Hierumb so beuelchen, vnd gebüetten wür euch festiglichen vnd ernstlichen in Crafft diß Briefs, daß Ihr die obgenannten Abbte vnd Convent des Clossters St. Emeram zu Regenspurg, die Wür mit allen vnd jeglichen ihren Persohnen, Höffen, Güettern, vnd Zugehörungen in vnser vnd des Heyl: Reichs sonderliche Gnad, Schirm vnd Sicherheit genomen, vnd empfangen haben von dem Ehrwürdigen vnsern lieben Fürsten vnd Getreuen dem Bischoff zu Regenspurg, oder keinen andern Persohnen, sie seyen Geistliche oder Weltliche, hinfür nit vmtreiben, oder verunrechten lassen in keine Weise, als lieb euch vnser Hulde sey, vnd vnser vnd des Heyl: Reichs schware Vngnad zu vermeiden. Vrkundt diß Briefs, versiglet mit vnserer Königlichen Majestät anhangenden Insigl. Datum in oppido nostro

ſtro Amberg. ſexta die Menſis Auguſti anno Dni Milleſimo quadringenteſimo quinto. Regni verò noſtri anno quinto.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis
Johannes Winheim.

R. Bertholdus Durchlach.

Nota 1. Ob has *Ruperti* Regis litteras Magiſtratus Ratisbonenſis, defuncto Abbate ad S. Emmeramum, quosdam ad Monaſterium noſtrum mittit, qui nomine Conſulum &c. omne Auxilium, defenſionem contra quoscunque Monaſterii, & jurium ejusdem, perturbatores offerunt.

Nota 2. Vide quæ dicta ſunt pag. 328, in Nota de *Ulrico* Abbate ad S. Emmeramum.

Num. CLXV.

Sigismund Römiſcher König beſtättiget dem Cloſter St. Emmeram alle Privilegien.

Wir Sigmund von GOttes Gnaden Römiſcher König zu allen Zeiten, Mehrer des Reichs, und zu Ungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König. Bekennen und thun kunt offenbahr mit diſem Brief allen den, die ihn ſehen oder hören leſen, daß für uns kommen iſt, der Ehrſame und Geiſtlich Ulrich Abbt des Cloſters tzu Sand Emmeram tzu Regenſpurg Sand Benedicten Ordens unſer lieber Andächtiger, und hat uns diemuticlich gebetten, daß wir Im Sinen Convent und Gotzhuß tzu Sand Emram alle und ygliche ire Gnade, Freiheite, Rechte, alte Gewonheite, Pri-

vilegia und Briefe die Jre Vorfaren Abbte und Convent von unsern Vorfaren, Römischen Keysern, und Kunigen erworben, und herbracht haben, tzu erneuen, tzu confirmiren, tzu bestättigen, gnediglich gerüchten. Wann wir nun von angeborner Gütte, und Römischer Kuniglicher Macht aler der die tzu Gottesdienst ergeben sind, und unserem Erschöpfer in einen ersamen und geistlichen Leben flißiglich dienen, Gemach, und Ruhe alltzüt gern fürdern. Davon haben wir angesehen des vorgenant Ulrich Abbtes demitige Bede, und auch gütlich betrachtet, der vorgenant Abbts, und Convents ersamen Leben, und loblichen Gotzdienst, den Sye teglich volbrüngen, und haben darumb mit wolbedachten Mute gutem Rate, Unser und des Reichsfürsten Grauen, Edeln, und Getreuen und mit rechter Wissen, denselben Abbt, Convent, und Gotzhuse alle und ygliche Jre Gnade, Freiheite, Rechte, alte Gewonheite, Privilegia, und Briefe, wie die von Wort zu Wort lütend sind, und begriffen, die Jre Vorfaren Ebbte, und Convent, von unsern Vorfaren Römischen Kaysern und Kunigen erworben, und redlichen herbracht haben, gnediglich bestettigt, verneuet, und beuestent, bestettigen, verneuen, und beuestnen in die auch in Craft dis Briefs und Römischer Kuniglicher Macht, Volkomenheit, und meynen, setzen, und wollen, daß die vorgenant Abbt Convent und Gotshuß fürbas mere, daby beliben sollen, und mogen von aller meniglich ungehündert, und gebieten euch darumb allen, und yglichen Fürsten, Geistlichen und auch Wernklichen, Grauen, Freyen, Rittern, Knechten, Landvogten, Vogten, Ambtlüten, Lantrichtern, Richtern, Schultheisen, Burgermeistern, Retten, und Gemeinden, aller Stette, Merkte, Dörffere, und Schlösser, und süst allen und iglichen, unsern und des Reichs Untertannen und Getruen ernstlich, und uesticlich mit disem Brief, daß sy die vorgenanten Abbt und Convent, und Gotzhuß tzu Sand Emeram, an den vogenant iren Gnaden, Freiheiten, Rechten, alten Gewonheiten, Privilegien und Brieven nicht hindern oder irren in keinerlei Weis, sunder Sy daby getrülich, hanthaben, schirmen, und gerühlich beleiben lassen, bey unsern und des Reichs Hulden, und by Verliesunge aller der Pene in den uoegenant unser Vorfar Brieven begriffen, mit Urkunde dis Briefs, versigelt mit unser Kuniglichen Maiestatt Insigl, geben tzu Costentz nach Christi Geburt vierzehenhundert Jar

und

und darnach in den fünftzehendisten Jare des nechsten Freytags nach Sand Anthonii Tag Unser Reiche des Ungrischen in dem acht und tzweintzigisten, und des Römischen in dem fünften Jaren.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis
Joannes Ppts de Strigonio.
Vice-Cancellarius

R.

Nota. Hæc Privilegiorum nostrorum Confirmatio, prima est, quæ Sermone Germanico conscripta fuit. Non inveni litteras Regis Sigismundi, quibûs *Ulrico* Abbati *Regalia Feoda* conceessiffet, nisi fortè hæ ipsæ, illarum locò, censendæ sint; Notandum etiam, quòd *Ulricus* Abbas à *Sigismundo* Rege non vocetur *Princeps*, quod nomen tamen in sequentibus *Sigismundi* Regis Litteris *Wolfhardo* Abbati ad S. Emmeramum tribuitur.

Nota ulterius.

Mortuus est *Ulricus* Abbas ad S. Emmeramum, anno 1423. cúmque in Concilio Constantiensi, Electo Martino V, cum Natione Germanica concordata quædam facta fuissent, (anno 1418.) vi quorum in Ecclesiis Cathedralibus & in Monasteriis Apostolicæ sedi immediatè subjectis fiant Electiones Canonicæ, quæ ad Sedem Apostolicam deferantur, (vide tom. XVI. Conciliorum Edit. venet. 1731. pag. 735.) hinc Monachi ad S. Emmeramum, inter se solos negotium Electionis tractantes (Priore proponente &c.) elegerunt *Wolfhardum* Abbatem, quem vi Bullæ Joannis XXII. Episcopo Ratisbonensi tanquam Sedis Apostolicæ Delegato confirmandum præsentarunt. Wolfhardus Abbas idem Juramentum Martino V. seu ejus delegato deposuit, quod *Ulricus* Anteceffor ejus Bonifacio Papæ præstitit. Confirmationis Instrumentum Johannis Episcopi Ratisbonensis, tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, illæsum & integrum in Archivo nostro servatur.

Num. CLXVI.

Sigismund Römischer König verleyhet Wolfhardo Abbten die Regalien.

Wür Sigmund von GOttes Gnaden Römischer Kunig zu allen Zeitten Merer des Reichs, und zu Hungarn, zu Böheim, Dalmatien. Croatien ꝛc. König. Bekhenen und thuen kund offenbar mit disen Brief allen den, die ihn sehen, oder hören lösen. Wan für uns komen ist der Ehrwürdig Wolfhard Abbt des Closters zu St. Emmeram zu Regenspurg unser Fürst und lieber Andächtiger, und hat uns demütiglich gebetten, daß wir ihme sein, und seines jetzgenanten Gottshaus und Closters zu Sand Emmeram Regalia, Lehen, Weltlichkeit, Lehenschaffte mit allen und jeglichen iren Eren, Gerichten, Rechten, Nutzen, und Zugehörungen, wie dan die genant, und wo die gelegen, und woran die Sünd genediglich zu verleihen geruheten, deshalben wür angesehen, solich redliche, und dimüttige Bitte, und auch güttlich betrachtet, getreue Dienst die sein Vorfaren uns und dem Reich, offt und dicke gethan haben, und er uns und dem Reiche teglich tutt, und fürbas tun soll und mag in künfftigen Zeitten und haben ihm darumb mit wohlbedachtem Mutte, guttem Rat, und rechter Wüssen, die vorgenannt seine und seines Gottshaus zu Sand Emmeram Regalia, Lehen, Wertlichkeit, Lehenschafften, und Mannschaffte mit allen und jeglichen Iren Eren, Rechten, Nutzen, Gerichten und Zugehörungen, woran die Sünd, gnediglich gereichet, und verlihen, reichen und verleihen Ihm die in Krafft dises Briefs von Römischer Königlicher Macht Vollkomenheit, was wür ihm dacan von Rechtswegen verleihen sollen, und mögen, dieselben von uns und dem Reich zu Lehen zu haben, zu halten, zu besitzen und der zugebrauchen, und zu geniessen in aller der Mase alsdann dem sein Vorfarn Ebbte zu Sand Emmeram und er bis an dise Zeittt gehebt, gehalten, besessen, hergebracht und der genossen haben. Von aller meniglich ungehindert, uns hat auch der vorgenante Wolfhard gewohnlich Gelübde

lübde und Eyde darauff gethan, und gelobt uns und dem Reiche getreue und gehorsamb zu seyn, und zu tun, und zu dienen alsdan einer des Reichs gefürster Abbt seinen Lehen Herrn einen Römischen Kunig von solcher Lehen wegen pflichtlich zu tun ist, on Geuerde, und wür gebietten darumb allen und jeglichen Grauen, Bannier Herrn, Edlen, Richtern, Knechten, Lehenmanen, Ambtleutten, Unterseſſen, und sunst allen andern in welichen Wesen die sind zu der obgenanten Abbtey zu Sand Emmeram gehörend, unsern und des Reichs lieben Getreuen, ernstlich und vestiglich von Römischer Koniglicher Macht mit disen Briefe, daß sie den obgenanten Wolfharden als Iren ordentlichen und natürlichen Herrn in allen Sachen und Gerichten, und üswendig Gerichten gehorsamb seyn sollen, on alle Widerrede, und Widersetzung, und on Geuerde, als lieb ihn sey unsere und des Reichs schwere Ungnade zuvermeyden. Mit Urkunde dises Briefs versiglt, mit unser Kuniglichen Majestett Insigel. Geben zu Nüremberg nach Christi Geburt vierzehen hundert Jar und darnach im dem ein und dreyßigisten Jare am Montag nach dem Sontag Misericordia Domini. Unserer Reiche des Hungerischen in dem fünff und viertzigisten, des Römischen in dem ein und zweintzigisten, in des Böheimischen in den eylfften Jaren.

Sigillum.

Ad Mandatum Domini Regis,
Johannes Episcopus Zagrabiensis
Cancellarius.

R.ta *Marquardus Brisacher.*

Nota. *Sigismundus* Rex, *Wolfhardum* Abbatem ad S. Emmeramum, iterum appellat Principem. Diversæ sunt hæ litteræ, ab aliis Priorum Regum litteris, quibûs Abbatibus Regalia concessa fuerunt, nulla ergo certa, harum litterarum efformandarum, forma adhuc constituta erat. *Wolfhardus* Abbas ab *Alberto II*, Rege Romanorum, *Sigismundi* Successore nullas investituræ accepit litteras; *Albertus* enim anno 1438. electus, anno 1439. 27. Octobris mortuus est.

Num. CLXVII.

SAcro-Sancta Generalis Synodus Basilienſ. in Spiritu Sancto legitimè Congregata Universalem Eccleſiam repræſentans. Dilecto Eccleſiæ Filio Officiali Eyſtetenſ. Salutem & Omnipotentis DEI Benedictionem. Conqueſtus eſt nobis Wolfhardus Abbas Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ordinis S. Benedicti, quod Oſwaldus Awer in Avorbinus, Caſpar Tetinger Caſtellanus in Gebolhofen armigeri & quidam alii Laici Ratisponenſ. Diœceſ. ſuper quibusdam decimis ad menſam ſuam Abbatialem dicti Monaſterii ſpectantibus pecuniarum ſummis & rebus aliis injuriantur eidem cum ante dictus conquerens, ſicut aſſerit potentia dictorum injuriantium merito perhorreſcens eos infra Civitatem Ratisponenſ. ſeu dictam Diœceſ. nequeat convenire ſecurè. Diſcretioni tuæ per hæc mandamus, quatenus vocati, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, apellatione remota uſuris ceſſantibus, decernas, faciens quod decreveris per Cenſuram Eccleſiaſtiam obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili apellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Baſileæ Non. Julii anno à Nativitate Domini Milleſimo, quadringenteſimo triceſimo nono Apoſtolica Sede vacante.

Sigillum Plumbeum.

NOTA.

Wolfhardus Abbas ad S. Emmeramum ſenio & podagrâ confectus &c. Abbatiam *Nicolao V.* reſignavit, qui Auctoritate Apoſtolicâ *Hartungum*, Monaſterii S. Michaëlis prope Bamberg Abbatem, Monaſterio S. Emmerami præfecit, ſecutâ dein collapſæ Regularis Diſciplinæ reformatione. Præfuit Hartungus 7. annis. menſibus 9. diebus 22. Nullas Inveſtituræ litteras *Hartungo* Abbati datas invenire licuit. Dubium eſſe nequit, quin *Regalia* à Friderico III. ſuſceperit. An verò Litteræ deſuper confectæ, vel ea deperditæ fuerint? certò affirmare

mare nequeo. Notat *Guilielmus Itterus de feudis Imperii* cap. XI. pag. 595. Inveſtituræ actus olim, absque apparatu perfectos, *ſæpiúsque* nullas deſuper fuiſſe confectas litteras.

Hartungus Abbas, ſive Romam ex obligatione, (quòd ſingulis biennìis ad limina Apoſtolorum Abbas accedere debuerit) ſive (ut Manuſcripta docent) à Ducibus Bavariæ, quibus acceptiſſimus erat, eo miſſus, cùm inde rediret, in Provincia Papæ (Ulſena) mortuus eſt, in Eccleſia S. Chriſtinæ ibidem ſepultus. Monachi S. Emmerami de libertate Electionis, cum Abbas in Provincia Papæ mortuus eſſet, ſoliciti, Bavariæ Principes humillimè ſupplicarunt, ut Romæ litteris efficerent, ne alienus præficeretur; Ipſique *Conradum* Monaſterii S. Emmerami Monachum, anno 1459. Abbatem elegerunt. Confecta quidem fuerant concordata Germaniæ ſub Nicolao V. & Friderico III. anno 1448. PIUS II. tamen Pontifex Maximus, ad Sedem Apoſtolicam anno 1458. evectus, Proviſionem Monaſterii S. Emmerami ſibi reſervavit, uti ex ſequentibus litteris patebit. *Conradum* tamen eundem, Monaſterio S. Emmerami præfecit Abbatem. Hinc etiam ad Cameram Apoſtolicam, pro communi ſervitio, & pro officialibus &c. item ad Cameram Cardinalium ſolutio facta fuit, uti inter alias hujuſmodi quitantias, ea, de anno 1459. adhuc integra apud nos ſervata, teſtatur. Legitur apud Thomaſſinum *de veteri & nova Diſciplina* parte II. lib. II. cap. XXXVIII. Num, XII. *Fridericum* Regem expoſtulaſſe, quòd Romani minùs obſervantes eſſent concordatorum &c. ſed notat Thomaſſinus, quid *Calliſtus III*, Nicolai V. Succeſſor, ad has querellas reſponderit. Addit etiam, quid *Æneas Sylvius*, (is ipſe factus eſt deinde Pontifex,) *Pius II.* dictus, qui hunc *Conradum* prius à Monachis Canonicè Electum, poſtea Auctoritate Apoſtolica Abbatem præfecit, cùm nomine Imperatoris illis conventibus intereſſet, contra has querellas attulerit.

Num. CLXVIII.

Pius II. Pontifex Max: Conradum Abbatem ad S. Emmeramum conſtituit.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto Filio Conrado Pebenhauſer Abbati Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ: Ordinis S. Benedicti Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem

nem. Summi disposítione Rectoris ad Regimen Universalis Ecclesiæ deputati, curis assiduis angimur, & continua meditatione pulsamur, ut opem, & operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus, quod orbis Ecclesiæ & Monasteria universa Pastorum Regiminibus destituta per nostræ providentiæ Ministerium viris committantur ydoneis, qui sciant, velint, & valeant Ecclesias & Monastéria ipsa eis commissa, studiosè regere, & feliciter gubernare. Dudum siquidem quondam Hartungo Abbate Monasterii S. Emmerami Ratispon: Ordinis S. Benedicti Romanæ Ecclesiæ imediate subjecti ipsi Monasterio præsidente, Nos cupientes eidem Monasterio cum vacaret per Apostolicæ Sedis providentiam, utilem, & ydoneam præsidere personam, provisionem ipsius Monasterii ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum præfato Monasterio per obitum dicti Hartungi Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, Dilecti filii Con. ventus ejusdem Monasterii reservationis & decreti prædictorum forsan ignari, Te tunc ipsius Monasterii Monachum, Ordinem ipsum expresse professum, & in sacerdotio constitutum in eorum & dicti Monasterii Abbatem concorditer elegerunt, licet de facto, Tuque Electioni hujusmodi illius tibi præsentato decreto consentiens eam obtinuisti vigore privilegii Apostolici per Ordinarium loci confirmari, ac munus Benedictionis tibi impendi in hijs omnibus statutis à jure temporibus observatis, nec non electionis, & confirmationis hujusmodi vigore circa regimen, & administrationem dicti Monasterii tam in spiritualibus, quàm temporalibus te immiscuisti, ac munere benedictionis usus fuisti, & demum reservatione, & decreto prædictis ad tuam deductis notitiam hujusmodi Electionis negotium proponi fecisti in Consistorio coram nobis. Nos igitur ad provisionem ipsius Monasterii celerem, & felicem, de qua nullus præter nos, hac vice se intromittere potuit, sive potest, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, ne Monasterium ipsum longæ vaccationis exponatur incommodis, paternis, & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Monasterio perso-

nam

nam utilem, & etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad Te, cui de Religionis zelo, litterarum scientia, vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus nostræ mentis oculos, quibus omnibus, necnon dictorum Conventus eligentium se voluntate concordi, attenta meditatione pensatis, de Persona tua nobis, & eisdem Fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Monasterio de dictorum Fratrum Consilio Auctoritate Apostolica providemus, teque illi præficimus in Abbatem, Curam, regimen, & administrationem ipsius Monasterii tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. In illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod gratia Tibi assistente Divina Monasterium prædictum sub tuo felici regimine prosperè dirigeretur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Et insuper tibi, ut hujusmodi munere benedictionis uti, & in illo ministrare liberè & licitè valeas. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obsistentibus Apostolica Auctoritate indulgemus per præsentes. Quocirca Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus impositum tibi onus regiminis, & administrationis dicti Monasterii percepta devotione suscipiens illa sic prudenter geras, & solicitè prosequaris, quod Monasterium ipsum Gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissum, túque præter æternæ retributionis præmium nostram, & dictæ Sedis Gratiam, & Benedictionem exinde uberius consequi merearis. Datum Senis anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Tertio Idus Aprilis, Pontificatûs nostri anno Primo.

Sigillum.

Nota 1. PIUS II. P. M. *provisionem* Monasterii S. Emmerami sibi reservavit, ut ydoneus, & utilis præficeretur Abbas; Electionem à Monachis factam, non declaravit irritam; Electum *Conradum* tamen, Auctoritate Apostolica Abbatem constituit. *Moderatione* usus est *Pius II.* cùm Electionem Canonicam à Monachis factam non irritaverit;

rit; Electiones enim, (cùm ob concordata sub Martino V. cum Natione Germanica inita, tum ob Decreta Concilii Basileensis anni 1433, & 1436, & ob Concordata Nicolaum V. inter & Fridericum III. stabilita,) *liberæ*, & restitutæ fuerant. At Pius II. Pontifex simul usus est Auctoritate Apostolicâ, ut dignus Præficeretur regendis animabus, cùm ergo *Conradus* à Fratribus suis tali officio gerendo Idoneus agnitus, & electus fuisset, hunc ipsum *Conradum*, Abbatem præfecit. Instrumenta Electionis, & Confirmationis ab Episcopo Ratisbonensi tanquam Sedis Apostolicæ delegato peractæ, integra in Archivo nostro servantur. Colligi etiam ex his litteris PII Pontificis potest, quòd *Conradus* à PIO Pontifice non fuerit, Constitutus Abbas, quia in Italia obiit; ait enim Pontifex *Hartungum* obiisse extra Curiam, sed ob reservationem. In Manuscripto quidem super memorato legitur *Hartungum* in Provincia Papæ obiisse, ideoque Monachos ob Electionem fuisse solicitos. Quod forte scriptor hujus Codicis, vel alius quisquam ita sibi finxit, cùm PIUS Papa Conradum Abbatem Authoritate Apostolica constituerit. Neque ego ulterius quid de Provinciæ *Ulsenæ* situ, & an sit Provincia Papæ, dicere valeo.

Nota 2. In hisce Pii II. litteris exprimitur annus Incarnationis Dominicæ *Millesimus quadringentesimus quinquagesimus nonus*, quæ notæ Chronicæ (excipe *Lucii II.* litteras. vide pag. 143.) in anteriorum Pontificum per hæc folia exhibitis litteris non comparent. Non autem sequitur hunc morem *primùm* sub Eugenio IV., Nicolao V. Calliste III. & Pio II. (ut quidam putant) inductum fuisse; contrarium enim luculenter probat Mabillon. de re Diplomatica lib. 2. cap. XXV. num. IV. pag. 183.

Nota 3. Neque sub *Cunrado* Abbate aliquæ *investitura* Regiæ litteræ comparent. Mortuus est *Cunradus* Abbas die 24. Julii anno 1465. cui per liberam Electionem Monachorum suffectus est *Michaël* Monachus, & Custos Ecclesiæ S. Emmerami die 31. Julii. Rupertus Episcopus Ratisbonensis Electum Abbatem Michaëlem vi Bullæ Joannis XXII. tanquam delegatus Summi Pontificis confirmavit, hujusque Confirmationis, die 6. Augusti peractæ instrumentum, integrum apud nos servatur. Post Electionem istam Canonicam *Michaëlis* Abbatis nihil amplius ad Cameram Apostolicam persolutum fuit, nisi annuus census. Monachi deinde de libertate Electionis vigiles Paulo II. Pontifici Maximo supplicarunt pro Confirmatione Privilegiorum. (NB. Inter quæ libera Abbatum Electio, & ne Romam adire deberent, Confirmatio ab Episcopo Ratisbonensi nomine Sumæ Sedis peragenda, præcipua Privilegia erant.) *Paulus II.* Privilegia cuncta confirmavit, uti sequentes litteræ testantur.

Num. CLXIX.

Paulus II. confirmat Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami Ordinis S. Benedicti Ratispon: Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod Juſtum eſt, & honeſtum, tam rigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegia, vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus & aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas. Specialiter autem decimas, primitias, fructus, redditus, proventus, emolumenta, poſſeſſiones, domos, terras, ortos, grangias, vineas, prata, paſcua, nemora, ſilvas, campos, molendina, Jura, Jurisdictiones alioque mobilia & immobilia bona ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſicuti ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis vobis & per nos eidem Monaſterio Authoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Salva in prædictis decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis & Communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto. Octavo Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Paulus PP. II.

Nota 1. Verba iſta: *Salva in prædictis decimis moderatione Concilii Generalis*, quæ in his Pauli litteris leguntur, intelligenda videntur de Decretis Concilii Conſtantienſis, ubi Seſſ. 43. de decimis & aliis oneribus Eccleſiaſticis Decretum legitur: *Præcipimus & mandamus, jura quæ prohibent inferioribus à Papâ decimas & alia onera Eccleſiis & Perſonis Eccleſiaſticis imponi, diſtrictius obſervari &c.* Vide tom. XVI. Concilior. Edit. Venetæ pag. 720. & 729.

Nota 2. Michaël Abbas ad S. Emmeramum ſupplicavit etiam Paulo II. Pontifici Maximo, ut Bullam Joannis XXII. de novo confirmaret. Præcipua enim ibi erant capita: *Exemptio. Libera Electio. Confirmatio* ab Epiſcopo Ratisbonenſi nomine Summæ Sedis, (ne Romam accedere oporteret) impertienda. His precibus annuens Paulus II. ſub Sigillo Plumbeo Decano Eccleſiæ Majoris Ratisbonenſ. (Nicolao de Kindſperg) præcepit, ut litteras Joannis XXII. inſpiceret, & Auctoritate Apoſtolica firmaret. Sub Dato. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto. Septimo Idus Octobris Pontificatûs anno ſecundo. Nicolaus de Kindſperg Decanus Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis commiſſo ſibi functus eſt officio. Bulla Pauli II, & Litteræ Nicolai de Kindſperg integræ cum illæſis Sigillis adſunt. Hiſce Confirmationum litteris Monachi S. Emmerami libertatem Electionis, & ne Romam pro Confirmatione accedere oporteret, ſibi ſtabilierunt. Neceſſum quoque judicabant Abbas & Monachi, ne Originales Joannis XXII. litteræ, continuò ob Privilegia defendenda exhibendæ, aut alio deferendæ, perirent, vel deſtruerentur, ut illæ transſumerentur & confirmarentur. Hinc tot in Archivo noſtro *vidimatæ* Copiæ (uti vocant,) horum Privilegiorum aſſervantur.

Num. CLXX.

Friderich der Dritte, Römiſcher Kayſer beſtättiget die Freyheiten und Privilegien des Cloſters S. Emmerami.

Wir Friderich von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten, Merer des Reichs, zu Hungarn, Dalmacien, Croacien Kunig. Hertzog zu Oeſterreich, zu Steir, zu Kern-

Kernden und zu Crain, Herre auf der Wündischen March und zu Pforttenaw, Grafe zu Habspurg, zu Tyroll, zu Pfurtt, und zu Kyburg, Marggraue zu Burgaw und Landgrave im Elsaß. Bekennen und tun kunt offentlich mit disem Brief allen, den die In sehen oder hören lesen. Wiewol wir von angeborner Gütte allezeit geneygt sein allen und yeglichen Vnsern und des heiligen Reichs Vntertanen und Getreuen zu fürdern und als wür besst megen zu bewaren. Yedoch so sein wür mer geneygt die Personen die dann die neue weltlicher Vppigkeit zuruckgelegt haben, vnd GOtt dem Allmechtigen Vnserem Schöpffer in einem geistlichen und lauteren Leben dienen bey Fride, Rue, vnd Gemach zubehalten, vnd von Keyserlicher Miltigkeit auch gnädiglich zu fürsehen. Wan nu für vns kommen ist der Ersamen Geistlichen vnd vnser lieben Andächtigen, Abbts vnd Convents des Closters zu Sant Haymram zu Regenspurg sant Benedickten-Ordens Erbere Bottschafft vnd hat vns demüticlich gebetten, daß wür demselben Abbt, Convent, vnd dem benanten Iren Closter alle vnd yeglich ire Gnade, Freiheit, Recht, Briefe, Priuilegia, Handuesten vnd Gerechtigkeit, so Sy von vns, vnsern Vorfarn am Reiche Römischen Keysern vnd Kunigen oder andern geistlichen vnd werltlichen Fürsten oder Herren erworben, vnd darzu Ire Gewonheit vnd Alt Herkommen, so Sy redlich herbracht, vnd gebraucht haben, als Römischer Keyser zu ernewen, zu confirmiren, vnd zu bestetten gnediglich gerechten. Des haben wir angesehen der vorgenanten Abbts vnd Conuents demüthig bette, auch den embsigen fleißigen GOttsdienst, der in dem gemelten Closter strengcklich vnd fleissiclich vollbracht würdet. Darumb mit wolbedachten Mute, gutem Rate, vnd Rechter wissen. So haben wir dem Egenannten Abbt Convent vnd Closter zu Sant Haymram zu Regenspurg alle und yeglich ire Gnade, Freiheit, Recht, Brief, Priuilegia, Handuesten, vnd Gerechtigkeit, die Sy von vns, vnsern Vorfarn am Reiche, Römischen Keysern vnd Kunigen, oder andern geistlichen vnd weltlichen Fürsten vnd Herren erworben, vnd darzu ir gut Gewonheit vnd Alt Herkommen, so Sy redlich herbracht, vnd gebracht haben, als Römischer Keyser gnediglich vernewet, confirmiret, vnd bestettiget. Vernewen, Confirmiren, vnd bestettign in die also. Nemen Sy auch vnd das benant Closter Sant Haymram zu Regenspurg mit allen vnd yeglichen Personen, Höfen, Güttern,

vnd iren Zugehörungen, in vnser vnd des heiligen Reichs besonder Gnad, Schutz vnd Scherm von Römischer Keyserlichen Macht Vollkommenheit wissentlich mit disem Brief, vnd meynen, setzen, vnd wellen, daß diselben ire Gnad Freiheit, Recht, Brief, Privilegia Handuesten vnd Gerechtigkeit auch Jr gut Gewonheit vnd Alt Herkommen in allen vnd yeglichen iren Clauseln, Punckten, Artickeln, Innhaltungen, Meynungen vnd Begreiffungen crefftig vnd mechtig sein dabey bleiben vnd gehalten werden zu gleicherweise, als ob die alle und yede besonder von Wort zu Wort in disem vnserm Brief begriffen vnd beschrieben stunden, vnd auch aller Eren, Würden, Gnaden, Rechten, vnd Freiheiten gebrauchen vnd der geniessen sollen vnd mögen, als andere Clöster vnd Personen die in solicher vnser sonder Gnad, Schutz, vnd Scherm sein, sich der gebrauchen vnd geniessen von Recht oder Gewonheit von aller männiclich vngehindert, und gebietten darum allen yeglichen Fürsten, Geistlichen, vnd Weltlichen, Grafen, Freyen, Ritteren, Knechten, Haubtleutten, Vitzthumen, Landrichtern, Vogten, Ambtleutten, Pflegern, Schultheissen, Burgermeistern, Richtern, Reten, Burgern vnd Gemeinden aller und yeglicher Schlösser, Stett, Merckt, vnd Dörffere, vnd Süst allen andern vnsern, vnd des Reichs-Untertanen vnd Getrewen, in was Wirden Stattes, oder Weesens Die sein, von Egemelter vnser Keyserlichen Macht ernstlich vnd uesticlich mit disem Briefe. Daß Sy die vorgenannten Abbt Conuent vnd Closter Sant Haymram zu Regenspurg an den vorgeschriben iren Gnaden, Freiheiten, Rechten, Brifen, Privilegien, Hantuesten, Gerechtigkeiten, guten Gewonheiten, alten Herkommen und diser vnser Keyserlichen Confirmation vnd Bestettigung, auch an den obgerürten Vnsern sondern Gnaden Schutz vnd Scherm nicht hindern, irren, betrüben, noch den Iren oder andern Zetun gestatten in deheinerley Weise, sondern Sy des alles geruliche gebrauchen, geniessen, vnd gentzlichen dabey bleiben lassen. Alsdann ein yeglicher vnser vnd des Reichs schwere Ungnade und die Denen in den gemelten iren Briefen vnd Privilegien begriffen, vnd darzu viertzig Marckh lötigs Goldes die ein yeder, der in ainen oder mer Stucken freuentlich darwider tette halb in vnser vnd des Reichs-Cammer vnd den andern halben Teil den Egenanten Abbt Conuent vnd Closter unableslich zu betzalten wellen vermeiden. Mit Urkunt dis Briefs mit vnser Keyserlichen

Maie-

Maiestatt anhangenden Insigel besigelt. Geben zu der Neuenstatt am Mittichen vor Sant Oswaltstag nach Christi Geburde Vierzehenhundert vnd im funf vnd sechtzigsten, vnser Reiche des Römischen im sechs vnd twantzigisten des Keyserthumbs im vierzehenten, vnd des Hungrischen im sibenden Jaren.

Ad Mandatum Dni Imperatoris
Udalricus Epifc. Pat. Cancellarius.

Sigillum Maximum & Illæsum.

Ex parte antica Fridericum in Throno sedentem, in parte postica duplicem Aquilam exhibens.

R. Rudolfus Chanitzinger.

Nota. 1. *Fridericus* Imperator dicit, Abbatem S. Emmerami & Conventum, mississe Legatum (Botschafft,) pro gratia Confirmationis Privilegiorum obtinendâ. Hac ipsa occasione *Michaëlem* Abbatem, Obsequia, & Fidelitatem, per legatum suum Friderico Imperatori præstitisse & sic investituram, ac Confirmationem Privilegiorum accepisse conjico. Imperatorem enim, Confirmationem ante præstitam Michaëlis Abbatis Fidelitatem, eidem dedisse haud mihi persuadeo.

Nota 2. *Fridericus* Imperator Monasterio S. Emmerami his litteris omnes dignitates honores, jura, & libertates confirmat (Ere, Würden, Guaden, Rechten, und Freyheiten,) quibus alia Monasteria sub SINGULARI. Imperatoris Protectione, & Gratia constituta fruuntur, (als andere Clöster, die in solchen vnser Sonder Gnad Schutz vnd Scherm sein.)

Nota 3. *Fridericus* Rex Romanorum electus fuit Anno 1440. Imperator autem Romæ à *Nicolao V.* Coronatus est Anno 1452. 10. Martii. Hinc Notæ Chronicæ in hisce litteris, REGNI ROMANORUM & IMPERII, benè positæ sunt. Servamus etiam in Archivo nostro litteras *Friderici Imperatoris*, à Joane Abbate scotorum ad S. Jacobum vidimatas, quas dictus Imperator ad Magistratum Ratisbonensem dedit, ut Monasterium S. Emmerami contra injuriatores defenderet. En Litterarum Tenorem.

Num.

Num. CLXXI.

WIr Friderich von GOttes Gnaden Römischer Keyser zu allen Zeiten, Merer des Reichs zu Hungern, Dalmacien, Croacien ꝛc. Kunig, Hertzog zu Oesterreich und zu Steir. Enbietten den Ersamen vnseren und des Reichs lieben getreuen Cammerer und Rate der Statt zu Regenspurg, vnser Gnad vnd alles gut. Ersamen, Lieben, Getreuen. Da Wir von dem Allmächtigen GOtt, als Römischer Kayser darzu geordnet, gesetzt, und geneigt sein, alle vnd jeglich vnser vnd des heiligen Reichs Vntertan, vnd Getreuen, besonder Geistlich Personen die eines Geistlichen geordneten Lebens sein, bey Iren Gewonheiten, Gnaden, Freyheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, vnd alten Herkommen zu handhaben, auch vor Gewalt vnd Vnrecht zu beschirmen, haben vns die Ersamen vnd vnser lieb- vnd andächtiger Abbt vnd Convent des Closters zu Sant Haymeram zu Regenspurg fürbringen lassen, wie Sie in Sorgen steen, daß Sie vnd das benant Ir Closter in meig wenig Weege an denselben iren Gnaden, Freiheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, auch ihren Gewonheiten, vnd alten Herkommen die wir In dan auch ietz als Römischer Keyser gnediglich verneuet, confirmirt, vnd bestettiget haben, vnbillichen beschwert, vnd vngetriben möchten werden, vnd vns demüticlich anruffen vnd bitten lassen Sy darine als Römischer Keyser gnediglich zu fürsehen. Darumb so gebietten wir euch von Römischer Keyserlicher Macht ernstlich, vnd vesticlich mit disem Briefe, daß Ir den obgenanten Abbt vnd Convent des Closters Sant Haymram zu Regenspurg bey den obgemelten ir Gnaden, Freiheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, vnd Iren guten Gewonheiten vnd alten Herkommen, auch vnsern Sondern Gnad Schutz vnd Schirmen, darein Wir Sy mit allen vnd yeglichen Personen, Höfen, Güttern, vnd Iren Zugeherungen genommen, vnd empfangen haben, an vnser Statt vnd des Reichs-wegen getreulichen handhabet, schützet, vnd schermet, vnd Sy keinen Fürsten, oder Herren, Er sey Geistlich oder Weltlich, noch sünst yemands andern, in welchen Wirden oder States die sein, yber die gemelten Ir Freyheiten, vnd alt Herkommen in euer Statt, in vnbilligen Wege nit beschweren,

daran

daran hindern, irren, betryben, noch vmbtreiben laſſet in keinerley Weiſe, daran tut Jr vns ernſtlich Meynung, auch als lieb euch ſey Vnſer vnd des Reichs Huld zu behalten, vnd ſchwere Vngnad zu verm.iden. Geben zu der Neuenſtatt am Pfintztag vor Sant Oswaldstag, nach Chriſti Geburde vierzehenhundert vnd im fünf vnd ſechtzigiſten vnſer Reiche, des Römiſchen in ſechs vnd zweintzigiſten, des Keyſertumbs in vierzehenten vnd des Hungriſchen in ſibenden Jaren ꝛc.

Nota 1. Autographum ad Magiſtratum Ratisbonenſem directum fuiſſe nullus dubito. *Joannes* Abbas ad Scotos hic Ratisbonæ Originale inſpexit, & Exemplum deſuper confecit, additô proprió Sigillo. Hoc Exemplum integrum ſervamus.

Nota 2. In his *Friderici* litteris dicitur, quòd Abbas & Conventus ſibi timeant, ne jura Monaſterii, & conſuetudines &c. à quibusdam turbentur, hancque ob cauſam *Fridericus* Imperator has litteras ad Magiſtratum dedit, ut Abbatem *contra Principes, & Dominos,* Eccleſiaſticos, vel Laicos defenderet. Suſpicor, *Sebaldum Guttkauff* Monachum S. Emmerami turbas jamjam Meditatum fuiſſe, quæ ſub ſequenti Abbate *Joanne* eruperunt, ùt mox videbimus, *Sebaldus Guttkauff* Monachus, Albertum Ducem Bavarum (*ſapientem* dictum) pro auxilio exoravit, qui hujus Monachi Patrocinium & Protectionem ſuſcepit. *Alberto* Duci hanc occaſionem acceptiſſimam fuiſſe ſuſpicor, cùm enim ipſam Civitatem Ratisbonam ſuæ poteſtati ſubdere rurſus ſtuduerit, ſuſpicari licet, illum de extendenda poteſtate ſua ſuper alios quoque meditatum fuiſſe. Ea mente, (declinante jamjam Abenſpergenſium ſtirpe) Vogteiam, ſive *Advocatiam* bonorum Monaſterii S. Emmerami, quam Abenſpergenſes in Feudum à Monaſterio tenebant, *Albertus* Dux à Monaſterio S. Emmerami obtinere plurimùm laboravit, uti dein dicetur &c.

NOTA.

Mortuo Anno 1471. 27. Septembris *Michaële* Abbate die 2. Octobris á Monachis electus eſt *Joannes* Tegernbeck Monachus ad S. Emmeramum. Cúmque *Reſervationes* Pontificiæ finem accepiſſent, ab Epiſcopo Ratisbonenſi Auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmatus fuit. Cujus Confirmationis Inſtrumentum illæſum in noſtro Archivo ſervatur. *Sebaldus Guttkauf* Monachus ad S. Emmeramum, Abbatis dignitatem ſitiens (ita acta teſtantur) plura contra Abbatem ac ſacram obedientiam perpetrare non formidavit. Suſpicor hunc *Sebaldum*

ſub *Michaële* Abbate ambitionis ſtimulo jam fuiſſe excitatum, erat unus ex illis qui tunc vota eligentium exquirebant, ipſeque *Sebaldus*, *Michaëlem* electum publicavit. *Sebaldus* iſte conſtitutus Præpoſitus in Lauterbach, contumax factus, domum vinctus abductus fuit. Tentabat is Monachus, à Summa Sede obtinere poteſtatem, Monaſterium S. Emmerami viſitandi, cui ambitioſo Monacho *Albertus* Dux Bavarie (*ſapiens* dictus) promptas & adjutrices porrigebat manus. At *Joannes* Abbas, *Alberto* Duci, & *Sebaldo* Monacho ſeſe murum oppoſuit. *Fridericus* Imperator ad Summum Pontificem litteras ſcripſit, contra Alberti Ducis, & Sebaldi Monachi conatus proteſtatus, Protectionémque Monaſterii S. Emmerami ſuſcepit, variis ad varios datis Imperialibus litteris. Hæc omnia ex Actis benè cuſtoditis deſumpta ſunt, ubi Copiæ litterarum integræ reſtant. Nullæ *Abbati Joanni* à *Friderico* Imperatore Feodalis Inveſtituræ litteræ adſunt. Facile tamen quisque ſibi perſuadebit, Joannem *Regalia* à Friderico Imperatore accepiſſe; cum *Fridericus* Auguſtus, apud Summam Sedem, contra *Albertum* Ducem Bavariæ, & *Sebaldum* Monachum, hujus Abbatis & Monaſterii S. Emmerami Protectionem ſuſceperit.

Num. CLXXII.

Joannes Abbas obtinet licentiam à Sixto IIII. cum quibusdam Monachis comedendi carnes.

PHilippus Miſeratione Divina Epiſcopus Portuenſis. Dilecto in Chriſto Fratri Joanni Tegernbek Abbati Monaſterii S. Emmerami Ord. S. Benedicti Ratisponenſ. Salutem in Domino. Ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quòd tam pro negotiis dicti tui Monaſterii multoties neceſſario ad diverſa loca unà cum tribus Monachis, ſeu Profeſſis Monaſterii vel ordinis prædictorum te transferre oporteat, ac in dictis locis, ſeu eorum aliquibus nonnunquam habeatur penuria, ſeu cariſtia piſcium, & lacticiniorum & ideo propter Tuum & prædictorum non eſum, ſeu uſum carnium negotia dicti tui Monaſterii comodè tractare non vales, incomodáque tibi & illis, cum quibus converſari habes,

bes, generantur. Atque etiam, cum ſicut eadem ſubjungebat petitio, cum diverſis nobilibus ſeu potentibus, & notabilibus viris in dicto tuo Monaſterio, quod aliquorum prædictorum virorum favore pro ſuorum jurium defenſione quandoque indiget, comedere aliquoties contingat, illos pro eorum qualitate charitativè recipere non vales, cùm eſus carnium ſecundùm ſtatuta, ordinationes, diffinitiones, & conſuetudines dicti Ordinis ſit tibi, & dictis Monachis ſeu profeſſis prohibitus. Quare ſupplicari feciſti humiliter, ut tibi & dictis tribus Religioſis præfatis tui Monaſterii vel alterius ejusdem Ordinis in tua Societate exiſtentibus ſuper his Sedes Apoſtolica de opportuno remedio dignaretur provideri. Nos igitur attendentes, quòd tu ex cupiditate esûs carnium id petere non videris, ſed ut efficacius negotia prædicta expedire, & utilitatem dicti tui Monaſterii, ac illius Jurium defenſionem procurare, ac incommoda hujuſmodi evitare valeas, Auctoritate Domini Papæ, cujus primariè curam gerimus, & de ejus ſpeciali & expreſſo Mandato ſuper hoc vivæ vocis Oraculo nobis facto, ut quandocunque extra dictum Monaſterium ad loca prædicta pro Negotiis ipſius Monaſterii te transferre contigerit, ut præfertur, cum tribus Religioſis ante dictis, & in ipſo Monaſterio, extrà tamen commune Refectorium in Foreſtaria videlicet, vel infirmaria, cum dictis Nobilibus, ſeu potentibus aut notabilibus viris prædictis, tecum comedentibus, carnibus, & aliis cibis, quibus illis diebus aliis Chriſti fidelibus uti permiſſum eſt, veſci, valeas, tibi & dictis Religioſis tenore preſentium licentiam impertimur. Conſtitutionibus Apoſtolicis ſtatutis, & ordinationibus, diffinitionibus, & conſuetudinibus prædictis & aliis contrariis non obſtantibus quibuscunque, proviſo, quod hujuſmodi carnium cibus cautius, quo poteris, utaris, ne ab aliis trahatur in Exemplum, & tuæ Religioni ſcandalum, ſive præjudicium generetur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Sigillo officii Primariæ XIII. Kalend. Septembr. Pontificatûs D. Sixti Papæ IIII. anno primo.

Sigillum.

Num. CLXXIII.

Henricus Episcopus Ratisbonensis Parochiam in Böhmischbruk Monasterio S. Emmerami unit &c.

HEnricus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Ratisbonensis Universis & singulis Christi fidelibus præsentibus & futuris ad quos præsentes nostras litteras contigerit pervenire. Salutem & sinceram in Domino Caritatem. Digna reddimur attentione solliciti, ut in admittendis eorum votis benevolum impertiamur assensum, qui mundanis abjectis illecebris Sacræ Religioni dediti sub illius honestate & habitu Regulari devotum & sedulum in humilitatis spiritu altissimo exhibent famulatum. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis ac Religiosorum nobis in Christo sincerè dilectorum Domini Johannis Abbatis totiúsque Conventus Monasterii S. Emmerami Ordinis S. Benedicti Ratisponens. petitio continebat, quod licet à longis retractis temporibus ipsi seu Abbatis & Conventus dicti Monasterii pro tempore existentes fuerint, in quieta & pacifica Possessione præposituram in ponte Bohemicali dictæ Ratisbon. Diœcesis cum Cura animarum ibidem per Fratres dicti sui Conventus ad nutum amovibiles, tenendi, regendi, & gubernandi, curamque animarum ac administrationem spiritualium & temporalium in & apud eamdem gerendi & exercendi, fructus quoque redditus & proventus ejusdem in utilitatem dicti Monasterii convertendi, nihilominus tamen per incuriam & negligentiam forsan Antecessorum suorum, Fratres suos in dicta præpositura forsitan propter inquietationes & perturbationes à Regni Bohemiæ incolis ibidem prope versantibus perpessus, seu verius diuturna hostilitate hussitarum, causante tenere, & continuare non curantium, certi seculares presbiteri de eadem præpositura se successive ex præsentatione antecessorum suorum, & ipsius pro tempore Monasterii Abbatum investiri, illamque cum Cura animarum ejusdem sibi conferri obtinuerunt, prout & novissime cuidam D'no Conrado Ehel-

dorff

dorff permutationis ex cauſa & ſui ad præſentationem collata ſit, illamque teneat de præſenti. Cum autem, ut ipſorum petitio ſubjungebat, dicta Præpoſitura ſeu verius poſſeſſiones ad eandem pertinentes quondam per recolendæ memoriæ Anteceſſorum noſtrum *Conradum* Epiſcopum Ratisbonenſem ipſorum Monaſterio pro quibus damatiis cenſibus & bonis permutationis ex cauſa Jure proprietatis perpetuò poſſidendæ liberæ, donatæ, & aſſignatæ fuerint. Eo reſpectu, ut apud eandem præpoſituram Fratres dicti Ordinis & Conventus poſſent liberiùs & devotius Altiſſimo famulari. Quare pro parte Abbatis & Conventus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eos dictumque Monaſterium in ſuis Juribus antiquis confovere ſeu ad ea reducere, dictámque præpoſituram cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis *Eidem* Monaſterio, de novo unire, ac pleno Jure in perpetuum annectere & incorporare atque ipſis & dicto Monaſterio ſuper his ordinaria noſtra Auctoritate opportunè providere dignaremur. Nos itaque de prænarratis, quantum opus fuit, fide dignorum teſtimoniis ac etiam litteris autenticis ſufficienter informati huſmodi eorum petitionibus favorabiliter annuere, de Venerabilium Confratrum noſtrorum Dominorum Franciſci Slickh Præpoſiti, Joannis Neunhauſer Decani ac totius Capituli noſtræ Eccleſiæ Ratisponenſis, voluntate, Conſilio, & aſſenſu ad gloriam & honorem omnipotentis DEI & ſuæ præcelſæ ac intemeratæ Glorioſiſſimæ Genitricis MARIÆ, nec non Sanctiſſimi Patroni noſtri S. Emmerami, ſub cujus nominis invocatione præfatum Monaſterium conſtructum & erectum eſt, ipſam præpoſituram in Ponte Bohemicali ſeu Behamiſchbruck nuncupatam præfato Monaſterio S. Emmerami, ejusque Abbati & Conventui pro tempore exiſtentibus, perpetuis temporibus futuris unà cum omnibus & ſingulis ſuis fructibus, redditibus, proventibus juribus, & obventionibus Univerſis Auctoritate noſtra ordinaria prædicta incorporavimus, annexímus, & univimus, prout tenore præſentium unimus, annectimus, & incorporamus eandem. Ita quidem liceat ex nunc & in antea cedente vel decedente præfato Domino Conrado Rectore dictæ præpoſituræ modernæ præfato Domino Abbati S. Emmerami per ſe vel alium ſeu alios Corporalem realem, & actualem poſſeſſionem præpoſituræ in Ponte Bohemi-

cali juriúmque & pertinentiarum omnium prædictorum Authoritate ſua propria liberè opprehendere ac hujuſmodi ejus fructus, & redditus & proventus in ſuos & dicti Monaſterii uſus convertere, & perpetuò retinere, reſervata tamen ſuper hujuſmodi fructibus redditibus & proventibus ejusdem præpoſituræ pro perpetuo Vicario nobis pro tempore præſentando & per in eadem inſtituendo congrua portione, ex qua idem Vicarius congruè ſuſtentari, Epiſcopalia Jura quæcunque ſolvere ac alia ipſi Præpoſituræ incumbentia onera valeat ſupportare, proviſo tamen quod dicta Præpoſitura debitis propterea non fraudetur obſequiis & animarum Cura circa eandem nullatenus negligatur cujus quidem Curæ animarum commiſſionem nobis & Succeſſoribus noſtris reſervatam eſſe volumus & præſentibus reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras exinde fieri, noſtrique Pontificalis juſſimus & fecimus, nec non dicti Capituli noſtri ſigillorum appenſionibus communiri. Datum & Actum Ratisbonæ in Curia noſtra Epiſcopali. Sub anno à Nativitate Domini Milleſimo, quadringenteſimo octuageſimo, Indictione tertia decima, die vero Veneris nona Menſis Junii. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D'ni noſtri Sixti Papæ Quarti anno nono.

Sigillum.

Nota. De Cella Monachorum in Böhmiſchbruck prope Mosbach. Vide Num. CXVII. pag. 240. Ipſe Epiſcopus *Henricus* cauſas hic inſinuat, cur forte Clerici ſæculares, Monachis Clericis ibi ſucceſſerint, qui ad hoc usque tempus præſentati fuerunt. Penſionem quamdam Abbati ad S. Emmeramum ſingulis annis præſtant Vicarii, cætera cuncta quietè ipſimet poſſidentes.

NOTA.

Joanni Tegernbeck Abbati ad S. Emmeramum die 1. Octobris 1493. mortuo per liberam Electionem à Monachis factam ſucceſſit *Eraſmus* Abbas. Cujus Confirmationis Inſtrumentum ab Epiſcopo Ratisbonenſi Auctoritate Apoſtolica acceptæ, illæſum cuſtoditur.

Num.

Num. CLXXIV.

Maximilianus Römischer König bestettiget alle Privilegien des Closters S. Emmerami.

Wir Maximilian von GOttes Gnaden Römischer Kunig zu allen Zeiten Merer des Reichs zu Hungern, Dalmatien, Croatien, Kunig, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund, zu Lotterigck, zu Braband, zu Steuer, zu Kerenden, zu Crain, zu Linburg, zu Lutzenburg, und zu Gheldern. Graue zu Flandern, zu Habspurg, zu Tyroll, zu Pfürtt, zu Kyburg, Arthags und zu Burgunde. Pfallentzgraue zu Hennegau, zu Holland, zu Seeland, zu Namur und zu Teflen. Margrau des heiligen Römischen Richs uyd zu Burgau, Landgraue in Elsaß, Herr zu Frießland auf der Windischen March zu Portnau zu Salices und zu Mecheln ꝛc. Bekennen offentlich mit disem Brief und tun kunt aller Meniglich. Wiewol wir aus angeborner Gütte und Kuniglicher Miltigkeit geneigt seyn, aller und yeglickher unser und des heiligen Reichs Unterthanen und Getreuen Ere, Nutzen, und Pessers zu fürdern und zu betrachten. So ist doch unser Kuniglich Gemütte sonderlich begirlich die Personen die der Welt Uppigkeit zuruck gelegt haben, und GOtt den Allmächtigen in einen Geistlichen lautern Leben dienen bey Fried, Rueh, und Gemach zu behalten und mit unsern Kuniglichen Gnaden zu fürsehen. Wann nun für uns kommen ist, der Ersam unser lieber andächtiger Erasmus Abbt des GOtts-Hauses zu Sandt Haymram zu Regenspurg Sant Benedicten-Ordens und batt uns demütiglich, daß wür Jme, seinen Convent, und Closter alle und yegliche Jre Gnade, Freyheit, Recht, Briefe, Privilegia, Handvest- und Gerechtigkeiten, so sie von Weyland unsern Vorfahrn am Reiche, Römischen Kunigen und Keysern oder andern geistlichen oder weltlichen Fürsten oder Herren redlich erworben, und darzue Jre gutt Gewonheit, alt Herkomen, die sie löblich hergebracht und gebraucht haben in allen Jren Clausulen, Artiglen, Innhaltungen, und Begreiffungen als Römischer Kunig zu erneurn, zu confirmiren und zu bestetten, und mit den hernach berührten Ge-

naden fürsehen genediglich geruheten. Des haben wir angesehen solich demietig bette, auch den fleißigen GOttsdienst, so täglichen in gemeltem Closter vollbracht würdet, und darum mit wohlbedachten Ruehte, guttem Rath und rechten wissen denselben Abbt, Convent und Closter alle und yeglich solich Jr Genad, Freyheit, Recht, Brief, Privilegia, Handvest und Gerechtigkeit, die sie von unsern Vorfarn am Reich Römischen Kunigen und Keysern, oder andern geistlichen und weltlichen Fürsten redlich erworben, und darzu Jr Gewohnheit und alt Herkommen die sie löblich hergebracht und gebraucht haben, in allen Iren Clausellen, Punckten, Artigklen, Innhaltungen und Begreiffuugen, als ob die alle und jede besonder von Wortt zu Wortt hierine geschriben stunten als Römischer Kunig genediglich erneuet, confirmiret und bestett. Auch sie und das berührt Jr Closter zu Sand Heymram mit allen und jeglichen Iren Zugehörungen, Leuthen, und Güttern in unser und des heiligen Reichs sonder Gnad, verspruch, Schutz, und Scherm genommen, erneuen, confirmiren bestättigen und nemmen sie, die Iren und Jre Gütter also in unsern und des Reichs sonder Gnad Schutz und Scherm alles von Römischer Kuniglicher Macht wissentlich in Krafft dises Briefs, und meynen, setzen, und wöllen, das die selben in, Genad, Freyheit, Recht, Brief, Privilegien, Handvest, Gerechtigkeit, alt Herkommen, und Guttgewohnheit, kräfftig und mächtig seind, und die jetztgemelten Abbt, Convent, Closter und Jr Nachkommen dabey beleiben und sich den, auch sie und Jr zuegehöret Leutt und Gütter, all Jre, Wirdt, Gnad, Recht und Freyheit haben gebrauchen und geniessen süllen und mügen, die ander Cläster und Personen so ja unser und des Reichs sondern Genad, Verspruch, Schutz und Schirm seyn, haben, gebrauchen und geniessen von Recht oder Gewohnheit von aller Meniglich unverhindert, und gebietten darauff allen und jeglichen Fürsten Geistlichen und Weltlichen, Grauen, Freuen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleutten, Vitzdomben, Landrichtern, Vogten, Ambtleutten, Pflegern, Schultheissen, Burgermeistern, Richtern, Stetten, Burgern und Gemeinden aller und jeglicher Schlösser, Stette, Märcht und Dörffer und sonst allen andern und des Reichs Unterthanen und Getreuen in was Würden Stattes oder Wesens die sein von Egemelder unser Kuniglichen Macht, ernstlich und vestiglich mit disen Brief, daß sie die vor-

vorgenanten Abbt Convent und Closter Sant Haymeram zu Regenspurg an dem vorgeschriben Iren Gnaden, Freyheiten, Rechten, Briefen, Privilegien, Handvesten, Gerechtigkeiten, gutten Gewohnheiten, alten Herkommen und diser unser Kuniglichen Confirmation und Bestettigung auch an dem obgerürten unsern sondern Gnaden Schutz und Schirm nit hindern, irren, betrüben, noch den Iren oder jemand andern zu tuen gestatten in Kainerley Weise, sonders jedes alles geruhlich gebrauchen, genieſſen und gäntzlichen dabey beleiben lassen, alsdann ein jeglicher unser und des Reichs schwere Ungnad und die Pennen in den gemelten Iren Brieuen und Privilegien begriffen, und darzu viertzig March lottiges Goldes, die ein jeder, der in einen oder mer Stucken freuentlich dawider thätte, halb in unser und des Reichs-Kammer, und den andern halben Theil den Eegenannten Abbt, Convent, und Closter unableslich zu bezallen wellen vermeyden. Mit Vrkund diſes Briefs. Besigelt mit unsern Kuniglichen anhangenden Insigl. Geben zu Wels am acht und zwaintzigisten Tag des Monaths Februarii nach Christi Geburthe vierzehen-hundert und in vier und neuntzigisten, unser Reiche des Römischen in neundten, und des Hungerischen in vierdten Jaren.

Sigillum.

Ad Mandatum Domini Regis proprium.

Com. . . . itzel d'Buchen Doctor,
& Miles Cancellarius.

Registrata: Leonardus Olhafen.

Num. CLXXV.

Maximilianus Römischer König verleyhet Erasmo Abbten die Regalien.

WIr Maximilian von GOttes Gnaden Römischer Kunig zu allen Zeitten Merer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundt, zu Loteric, zu Brabant, zu Steur, zu Kernnden, zu Crain, zu Lüneburg, zu Lützenburg, und in Ghelldern, Graue zu Flandern, zu Habspurg, zu Türol, zu Pfiert, zu Küburg, zu Arthoys und zu Burgund, Pfallentzgraue zu Heingau, zu Holland, zu Seeland, zu Namur und zu Zutphen, Marggraue des heiligen Römischen Reichs, und zu Burgau, Landgraue in Elsaß, Herr zu Frießland auf der Wündischen March, zu Porttenau zu Salms, zu Mecheln ꝛc. Bekhenen offentlich mit disen Briefe, und thun kunt aller Meniglich, daß uns der Ehrsam unser lieber andächtiger Erasem Abbt des GOttshaus zu Sandt Haymram unsern lieben andächtigen Wolffgang Egcker Thumbherrn des Hochstiffts zu Regenspurg mit vollmechtigen genugsamen verschriben und besigelten Gewalt, dem er darumb vor uns fürbracht, uns beweist diemühtiglich hat anruffen, und bitten lassen, daß wür Ihme alle und yegliche sein, und des jetzt-genannten sein GOttshaus und Closters zu Sandt Haymeram zu Regenspurg Regalia, Lehen, Weltlichkeit, mit allen und yeglichen Ihren Lehenschafften, Manschafften, Ern, Gerichten, Rechten, Nutzen, und Zugehörungen, wie die genannt, oder wo die gelegen seind zu Lehen zuuerleyhen genädiglich geruhten, des haben wir angesehen solich sein demühtig zimlich bette, auch den löblichen GOttsdienst, so in den gemelten GOttshaus täglichen verbracht, und für uns Vorfarn am Reiche Seele gebetten wirdet, und darum mit wohlbedachten Muthe und guttem Rathe demselben Abbt Erasem die Vorgenanten seine und seines GOttshaus zu Sant Haymram, Regalia, Lehen und Weltlichkeit mit allen und yeglichen Ihren Lehenschafften, Mannschafften, Ehren, Rechten, Nutzungen, Gerichten und Zugehörungen zu Lehen genädlich gericht und verlyhen, Reichen

chen und verleyhen Jhme die auch also von Römischer Kuniglicher Macht wissentlich in Krafft dits Briefs, was wir Jhm von Billichkeit und Rechtswegen daran verleyhen sollen und mügen, die mä hinfur, von uns und dem heiligen Reiche Lehenweise Inn zuhaben zu halten, zu besitzen, zu gebrauchen, und zu geniessen in aller der Maaß, die sein Vorfarn Abbts zu Sandt Haymeram und Er die bisher inngehabt, und genossen haben von aller Meniglich unuerhindert. Doch uns und dem Reiche an unserm Obberrechten, Herrlichaiten, und sonst Meniglich an seinen Rechten und Gerechtigkeitten unuergrifflich, und unschädlich. Der vorgenannt Wolffgang Egcker hat uns auch darauf in Crafft des Obbestimten seines Gewalts in Nahmen anstatt und in Seele des egenanten Abbts Erasem gewohntlich Glübd und Eyde gethan, und als Römischen König von solcher Regalia, Lehen, und Weltlichkeit wegen, getreu, gehorsamb und gewärtig zu seyn für seinen rechten natürlichen Herrn zu halten, zu dienen und zu tuund allen das ein Abbte zu Sand Haymeram zu Regenspurg einen Römischen König von recht oder Gewohnheit zuthuund schuldig und pflichtig ist ungeruerlich. Und gebietten darauf allen und jeglichen Grafen, Pannir-Herrn, Edlen, Richteren, Knechten, Lehemanen, Ambtleutten, Intersassen, und sonst allen andern der obgenannten Abbtey GOttshauß und Closters zu Sand Haymeram Unterthanen und Zugehörungen von Römischer Kuniglicher Macht ernstlich mit disen Brief, daß Sy dem obgenanten Abbt Erasem als Irem ordentlichen natürlichen Herren in allen und jeglichen Sachen sein und des berührten seines GOttshaus Regalia, Lehen, Gericht, und Herrlichkeit berüerund on all Irunge und Unterred gehorsamb und gewertig seyen, auch fürter andern unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen in was Würden Stattes oder Wesens die sein, daß Sy demselben Abbt Erasem an diser uns Küniglicher Verleyhung der gemelten Regalia, Lehen und Weltlichkeit nit hindern noch irren, sondern Jhne der, als ob steet, geruelich gebrauchen, geniessen und genutzlich dabey bleiben lassen und hiewider nit thun noch Jemanns andern zu thun gestatten in khein Weise, als lieb einen jeglichen sey unser und des Reichs schwere Ungnad, und Straffe und darzu eine Pöne nemblich dreyßig March lottiges Gold zuvermeyden, die ein jeder so offt er freuentlich hiewider thette, uns halb in unser und des Reichs-Cammer, und den andern halben Theil den

Egenanten Abbts Erasem und seinen Nachkhomen unabläslich zu bezahlen verfallen seyn soll. Mit Vrkund dieses Briefs besigelt mit unsern Küniglichen anhangenden Insigel. Geben in unser und des Heil. Reichs-Statt Worms den vierdten Tag des Monaths Aprilen. Nach Christi Geburde vierzehenhundert, und in fünff- und neuntzigisten unserer Reich des Römischen in zehenten, und des Hungarischen in Fünfften Jaren.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis proprium

Bertoldus Archi-Episcop. Moguntin.
Archi-Cancellarius.

Registrata: Sixtus Olhafen.

Nota 1. *Erasmus* Abbas per Dominum *Wolffgangum* Egger Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis, fidelitatem, & juramentum præstitit. *D. Wolffgangus* Egger tunc Parochus erat, Parochialis Ecclesiæ S. Emmerami, sive ad S. Rupertum.

Nota 2. Utrumque Maximiliani *Regis* Sigillum pendet ex Membranea Charta, filis sericîs rubri, albi & violacei coloris annexum, nec differt à Sigillo Maximiliani quod litteris postea afferendis annexum est, ubi Maximilianus vocatur Electus Imperator, fila tamen ibi sericea sunt nigri, & flavi coloris.

Nota 3. Ab hoc Imperatore, & omnibus ejus Successoribus concessæ adsunt litteræ, quas *Neo-Electi* Abbates tanquam Imperii vasalli, *Regalia Feuda* Accipientes, obtinuerunt. Eorumdem *Regalium* investituram à novis *Electis Imperatoribus*, Abbates quoque petierunt confectîs desuper litteris, quæ singulæ adsunt.

Num. CLXXVI.

Alexander VI. P. M. Monaſterio S. Emmerami, Parochialem Eccleſiam S. Ruperti, ita unit & annectit, ut vel Regularem vel Secularem Presbyterum Abbas eò exponere poſſit.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis deſuper, meritis quanquam inſufficientibus Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium neceſſitatibus valeat ſalubriter provideri, operam, & opem efficaces, quantum nobis ex alto conceditur, ſuper his ſollicite adhibendo, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes extremè irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodum perpetua Vicaria Parochialis Eccleſiæ S. Ruperti ſitæ infra ſepta Monaſterii S. Emmerami Ratisponenſ. Ord. S. Benedicti per liberam reſignationem dilecti Filii *Sigiſmundi Kreutzer* nuper ipſius Eccleſiæ perpetui Vicarii de illa, quam tunc obtinebat per dilectum Filium Georgium Schwab Clericum Eyſtettenſ. Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit, vacet ad præſens, nullúsque de illa præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis: & ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum *Eraſmi* Abbatis, & Conventûs dicti Monaſterii petitio continebat ſi ipſa vicaria, cujus, dum pro tempore vacat, collatio, & proviſio, ac commoda diſpoſitio ad Abbatem pro tempore exiſtentem dicti Monaſterii, ac ejusdem Conventum de antiqua & approbata, hactenusque obſervata conſuetudine pertinet, eidem Monaſterio, cui dicta Parochialis Eccleſia

ćleſia perpetuo Canonicè eſt annexa, & cujus decimarum ex tribus partibus Abbas, & Conventus prædicti duas partes percipiunt perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto Abbas & Conventus prædicti onera eis incumbentia, quæ non parva ſunt, ut facilius perferre poſſent, ac aliàs eorum commoditatibus non mediocriter provideretur: pro parte *Eraſmi* Abbatis & Conventus prædictorum aſſerentium, quòd fructus, redditus, & proventus dictæ vicariæ centum, & viginti Florenorum Renenſ. ſecundùm communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſuplicatum, ut dictam Vicariam eidem Monaſterio perpetuo unire annectere, & incorporare, ac alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere, verum valorem annuum ſecundùm exiſtimationem prædictam etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in Unionibus fieret commiſſio ad partes vocatas, quorum intereſſet, *Eraſmum* Abbatem, & Conventum præfatos, ac eorum ſingulos, à quibuscunque Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliíſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes nec non Monaſterii prædicti fructum, redditum, & proventum, verum annuum valorem præſentibus pro expreſſo habentes, ejuſmodi ſupplicationibus inclinati, Vicariam prædictam ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscunque Perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Sigiſmundi vel alicujus alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario Publico & teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem, felicis Recordationis Joannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri quæ incipit: *Execrabilis*: vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis Auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipſaque Vicaria diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtit, & ſuper ea inter

ter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi voluimus pro expreſſa, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita, quod liceat exinde *Eraſmo* Abbati & Conventui præfatis per ſe, vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem Vicariæ juriúmque, & pertinentiarum prædictorum propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illiúsque fructus, redditus, & proventus prædictos in ſuos ac dicti Monaſterii uſus, & utilitatem convertere, ac eidem Vicariæ per *Presbyterum ſæcularem*, vel *regularem* idoneum ad nutum eorundem Abbatis & Conventûs ponendum, & amovendum in divinis deſerviri ac illius Parochianorum animarum Curam exerceri favore Diœceſani loci, & cujusvis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita, non obſtantibus piæ memoriæ *Bonifacii* Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non voluntate noſtra prædicta, ac Monaſterii, & ordinis prædictorum Juramento Confirmatione Apoſtolica vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus literas impetrarunt, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quommodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras, & proceſſus habitos per easdem inde ſecuta quæcunque ad ipſam Vicariam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari & quibuslibet aliis Privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impedire valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo, ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Proviſo, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dicta Vicaria debitis non fraudetur obſequiis & animarum Cura in ea nullatenus negligatur, ſed ejus congruè ſupportentur onera conſueta. Nos enim, prout eſt,

irritum

irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel inpoſterum contingeret attemptari:

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis annexionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, quingenteſimo decimo Calendas Junii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sigillum.

Nota. Abbates Monaſterii S. Emmerami usque ad annum 1613. Presbyterum ſæcularem huic Parochiali Eccleſiæ præpoſuerunt. At anno 1613. Primus conſtitutus fuit Regularis, ſive Monachus ad S. Emmeramum P. Ambroſius Dondorffer, cui ſemper per Diſpoſitionem Abbatis, Profeſſi Religioſi ad S. Emmeramum ſucceſſerunt.

Num. CLXXVII.

Maximilianus I. tranſumi jubet Litteras *Conradi* Regis, quarum Originale autem apud ſe retinet.

MAximilianus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, & Gheldriæ, Landgravius Alſaciæ, Princeps Sueviæ, Palatinus in Habſpurg, & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goriciæ, Artheſiæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Ferretis: in Kyburg, Namur-

ci

ci & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii ſuper Anaſum, & Burgouiæ: Dominus Phriſiæ: Marchiæ: Sclauoniæ: Portus Naonis, & Salinarum. Recognoſcimus & notum facimus Univerſis, quum præclara majorum exempla quaſi fulgentiſſima lux poſteris ſuis illuceant, vel ad virtutem amplectendam, vel ad benè de immortali DEO, ac humano generi promerendum quorum memoriam non minus colere, & obſervare tenemur, quàm parentum noſtrorum ab his eo ad mortalitatem producimur, ab illis gloriam, & immortalitatem adipiſci docemur, & fel. mem. *Conradus* olim Romanorum Rex electus, egregium & Pietatis & Religionis, ac veræ Cæſareæ Clementiæ Exemplum ediderit, qui Summi rerum Opificis veſtigia ſecutus, non ſolum de conſpiratis perſecutoribus ſuis, ac nocturnis per Latrocinium corporis ſui aggreſſoribus, vindictam ullam non ſumpſit, ſed magis Summi DEI Clementiam veritus, hominum malignitatem extimeſcens, eos etiam impunitos dimiſit, perpetuo privilegio, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. *Conradus Divi Auguſti Imperatoris Frider: Filius &c.*

[*Hic litteræ Conradi Regis ſupra Num. LXXIX. pag. 176. exhibitæ, de verbo ad verbum inſertæ leguntur.*] *proſequitur Maximilianus Imperator*: Quod Nos privilegium originale ad æternam tantæ clementiæ memoriam, nobis reſervaverimus, Honorabilique ac Honeſtis Devotis, nobis Dilectis. n. Abbati & Conventui Monaſterii S. Emmerami in Ratispona, ad quos res hæc ſpectabat, præſens transſumptum de verbo ad verbum, ut præmittitur, in hoc noſtro inſerentes, in vicem ipſius originalis dimiſerimus, & tradiderimus, quemadmodum inpreſentiarum ipſis dimittimus, & tradimus, declarantes, etiam Nos idem privilegium in & vidiſſe & perlegiſſe, ac tantam in illo Principe clementiam grata memoria complexos eſſe. In cujus rei teſtimonium præſens transſumptum Sigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Datæ in oppido noſtro Insprug Die decima ſeptima Menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo, quin-

genteſimo decimo quarto, Regni noſtri Romani vigeſimo nono. Hungariæ verò vigeſimo quinto.

Sigillum penſile.

Monogramma.
Si benè lego
p̄ Regem.

Ad Mandatum Dni
Imperatoris proprium.

Si iterum rectè lego
D. E. Zurlem.

Nota 1. Sigillum iſtud idem eſt, ac præcedentium Maximiliani I. litterarum Sigillum, pendet autem in filis ſericeis nigri & flavi coloris.

Nota 2. Maximilianus Imperator (ut ipſe in litteris fatetur,) Autographum *Conradi* Regis, ſive Originale ſecum accepit, & hoc tranſumptumMonaſterio S. Emmerami in illius locum conceſſit.

Nota 3. Licet Maximilianus in his Litteris Imperatoris titulô utatur, Imperii tamen annos non numerat, ſed *Romanorum Regni & Hungariæ &c* Notis Chronicis utitur.

Nota ulterius.

Mortuô 9. Maji 1517. Eraſmo Abbate, die 11. ejusdem Menſis Electus eſt à Fratribus *Ambroſius* Münzer, confirmatus dein à Johanne Adminiſtratore Epiſcopatûs Ratisbonenſis. Confirmationis Auctoritate Apoſtolicâ factæ Inſtrumentum integrum ſervatur. Eodem adhuc Anno 1517. Maximilianus Imperator Ambroſio Abbati Feudum & Regalia concedit.

****

Num. CLXXVIII.

Wir Maximilian von GOttes Gnaden Erwölter Römiſcher Kayſer ꝛc.

Kayſer

Kayser Maximilian ertheilt *Ambrosio* Abbten die *Regalien*.

Geben zu Paden am drey vnd zwanzigisten Tag Septembris Anno Dni fünffzehenhunderisten vnd sibenzehenten. Vnsers Reichs des Römischen im zwey vnd dreyssigisten, vnd des Hungerischen im acht vnd zweinzigisten Jahr.

Monogramma

p̄ Regem.

Sigillum

pendulum, sericeîs filis Nigri & albi coloris.

Ad Mandatum Cæsareæ Majestatis Mppr.

H. Vinsterwald *Mppr.*

Nota. Tenor litterarum harum quasi idem est qualis sub Num. CLXXV. legitur.

Num. CLXXIX.

Wür Carl der Fünfft von GOttes Gnaden erwöhlter Römischer Keyser, zu allen Zeiten Merer des Reichs ꝛc. König in Germanien, zu Castilien, zu Arragon, zu Legion, beyder Sicilien, zu Jerusalem, zu Hungarn, zu Dalmatien, zu Navarra, zu Granaten, zu Toleten, zu Valentz, zu Gallicien, Majoricarum, zu Hispalis, Sardinia, Cordube, Corfice, Murie, Giemis, Algaron, Algerire, zu Giberaltaris, vnd der Insuln Canarie, auch der Insuln Indiarum, vnd Terræ firmæ des Meers Oceani &c. Erzherzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, zu Lothringen, zu Brabant, zu Steyer, Kärndten, Crain, Lümburg, Lutzemburg, Gehlderen, Calabrien, Athenarum, Neopatria &c.&c.

Graf zu Flandern, zu Habspurg, zu Tyroll, Rossilion, zu Arthois, vnd Burgundi, Pfaltzgraf zu Henigeu, zu Holland, zu Seeland, zu Pfirth vnd Kyburg, zu Nammur, zu Possilon, zu Toriton, vnd zu Zutphen, Landgraf in Elsas, Marggraf zu Burgau, zu Oristani, zu Gociani, vnd des heiligen Römischen Reichs Fürst zu Schwaben, zu Cathilonia, Asturia &c. Herr in Friesland auf der Wündischen Marck, zu Portenau, zu Bistaya, zu Molina, zu Salins, zu Trippoli, vnd zu Mechlen ꝛc. Bekennen offentlich mit disen Brief ꝛc. ꝛc.

Carl der Fünffte verleyhet *Ambrosio* Abbten die *Regalien* ꝛc.

Geben in Vnser vnd des Reichs Statt zu Wormbs am zwainzigisten Tag des Monaths Februarii. Nach Christi Geburt fünffzehenhundert vnd im ain vnd zwanzigisten, Vnserer Reiche des Römischen im andern, vnd aller anderer im sechsten Jaren.

Monogramma
Carolus.

Sigillum pendens
ex filis fericeis nigri & flavi coloris.

Ad Mandatum Dni Imperatoris proprium
Albertus Cardi. Mogun. Archi-Cancellarius Mppr.

Regiſtrata: Stockhammer.

Nota. Idem est tenor litterarum harum, ac præcedentium, quibus Regalia concessa fuerunt. Hoc tamen addito, quòd *Ambrosius* Abbas Johanni Epicopo Ratisbonensi pro hac vice, Imperatoris personam agenti juramentum Fidelitatis præstiterit.

* * * *
* * *
*

Num. CLXXX.

CArl der Fünffte, Römischer Kayser ꝛc. bestettiget alle Freyheiten dem Closter St. Emmerami. (Gleichwie oben sub Numero CLXXIV. zu lesen. Geben in vnser vnd des Reichs-Statt Wormbs am zween und zwaintzigisten Tag des Monats Februarii ꝛc.

Monogramma.

Carolus.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Imperatoris Proprium

Albertus Card. Mog. Archi-Cancellarius.

Registrata: Stockhammer.

Nota 1. *Albertus*, qui binis Caroli V. litteris hic exhibitis subscripsit, erat Marchio Brandeburgensis, Joannis Marchionis Electoris S. R. J. filius, Archi-Episcopus Moguntinus Anno 1514. Cardinalis Anno 1518. Hic ipse *Albertus*, Mortuo Maximiliano I. Imperatore, Germaniæ Principes, cùm eorum quidam ad Franciscum I. Galliæ Regem inclinarent, ad Caroli V. & Ferdinandi Fratris electionem excitabat, & urgebat. Lutheri libros publicè Moguntiæ comburi præcepit. Laborabat Lutherus, ut *Albertum* in suas traheret partes, sed frustrà. Obiit hic piissimus Princeps & Cardinalis Anno 1545. 8. Kal. Octobris. *Trithemius* magnis enomiis Piissimum hunc Archi-Episcopum celebrat.

Nota 2. Diu de hoc *Alberto* Archi-Episco Moguntino, *in Magno Historico Lexico Ludovici Moreri*, Basileæ Anno MDCCXXXI. edito, indagavi, sed neque sub Nomine: *Albertus*: vel *Adelbertus*, neque *Adalbertus* de hoc *Alberto* aliquid inveni. Lustravi dein Editionem *Parisiensem* Ludovici *Moreri*, Anno 1725. impressam, & statim obvium hunc *Albertum* habui, pag. 231. sub hac inscriptione: *Prelats & autres Grands Hommes de ce Nom* (*Albert.*) Edition *Basileensis*, Albertos singulos in editione Parisiensi (locô citatô) indigitatos exhibet. Sed hunc *Albertum* de Brandebourg Cardinalem &c. non commemorat, sed alium *Albertum Krammendicke* substituit. Quænam causa Editores *Basileensis* hujus (*Moreri*) Lexici moverit, ut *Albertum* hunc Zelosissimum Archi-Episcopum locô, quem eidem *Morerus* Parisiensis (sive Editio Parisiensis) assignavit, expulerint, Ego dicere nequeo.

Num. CLXXXI.

Laurentius Campegius Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus, auctoritate ejusdem Sedis, Abbati ad S. Emmeramum concedit, ut ad Parochiam in *Phöring* vel sæcularem vel regularem presbyterm exponere possit, utrumque pro nutu Abbatis amovibilem, Plenissimâ hujus Parochiæ ad Monasterium S. Emerami factâ incorporatione.

LAurentius Miseratione Divina &c. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis per Universam Germaniam ac Hungariæ, Bohemiæ Poloniæque Regna, quæcunque alia loca, ad quæ nos declinare Contigerit, Dñi nostri Papæ & Apostolicæ Sedis legatus, Dilecto nobis in Christo Ambrosio Abbati Monasterii Sancti Emmerami Ratisbonensis Romanæ Ecclesiæ immediatè subjecti salutem in Domino sempiternam. Ex debito Ministerii legationis à sede Apostolica nobis Commissi ad ea, per quæ Monasteriorum, & Religiosorum quorumlibet, ac in eis Divinis beneplacitis sub Regulari observantia, studio, piæ vitæ vacantium Personarum statui Consulitur, & quieti libenter intendimus, & ea, quæ propterea per sedem Apostolicam Concessa Comperimus, cùm à nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, & alia desuper Concedimus, prout Conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte tua nobis nuper exhibita Petitio continebat, quod olim per felicis Recordationis Clementem Papam sextum (*) accepto, quod bona dicti Monasterii propter querarum turbines, & alios siniſtros eventus, quibus Civitas Ratisbonensis, & illius districtus afflicti fuerunt, totaliter erant devastata, Ita quod Abbas & Conventus dicti Monasterii ad maximam inopiam devenerant, tunc dictus Clemens sextus ad supplicationem tunc Abbatis & Conventûs dicti Monasterii Parochialem Ecclesiam in Pförring Ratisbonensis Diœceseos, quæ ad præsentationem eorumdem Abbatis & Con-

(*) Vide Num. CXXXIV.

& Conventüs Exiſtebat, eidem Monaſterio perpetuò univit, annexit, & incorporavit, ita quod cedente vel decedente tunc Rectore dictæ Eccleſiæ liceret eisdem Abbati & Conventui Corporalem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ propria authoritate liberè apprehendere, illiusque fructus, Redditus & Proventus, in ſuos & Eccleſiæ ac Monaſterii prædictorum uſus, & utilitatem Convertere, Diœceſani loci vel Cujusvis alterius licentia minimè requiſitâ, reſervatâ tamen de ipſius Eccleſiæ proprietatibus pro perpetuo vicario ad præſentationem eorum Abbatis & Conventus in eodem Eccleſia inſtituendo Congrua portione, ex qua idem Vicarius Congruè ſuſtentari, Epiſcopalia Jura ſolvere, aliaque ſibi incumbentia onera ſupportare poſſet prout in litteris dicti *Clementis* deſuper confectis plenius continetur, cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, licet Eccleſia prædicta per Vicarium perpetuum hactenus recta & gubernata fuerit, prout de præſenti Regitur & Gubernatur, tamen cum frequenter inter Abbatem & Conventum prædictos, & vicarium dictæ Eccleſiæ pro tempore Exiſtente Occaſione ſervitii in eadem Eccleſia præſtandi, quam etiam jurium ſolvendorum eidem Monaſterio non parvæ ſuſcitari ſolent, & ſicut eadem Petitio ſubjungebat, ſi quod de cætero cedente vel decedente moderno Rectore dicta Eccleſia non perpetuum ſed ad tuum & pro tempore Exiſtentis Abbatis & Conventûs predictorum, nutum ponendum & amovendum vicarium ſufficientem, & idoneum regeretur & Gubernaretur, ex hoc profecto tu, & pro tempore Exiſtens Abbas & Conventûs prædicti ſublatis dictis diſcordiis circa animarum cura Parochianorum ejusdem Eccleſiæ diligentiam debitam adhibere ſtuderetis. Quare pro parte tui & Conventus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unionem, annexionem, & incorporationem prædictas approbare, confirmare, ac quod de cætero perpetuis futuris temporibus Eccleſia prædicta non per perpetuum, ſed ad tuum & pro tempore Exiſtentis Abbatis & Conventus prædictorum nutum ponendum, & amovendum, Regi & Gubernari debeat, concedere, aliàsque in præmiſſis oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad infra ſcripta per litteras Apoſtolicæ ſedis ſufficienti facultate muniti ac Conſideratione *Wilhelmi* & *Ludovici* Bavariæ Ducum Illuſtrium, qui

etiam

etiam ad nos ſuper hoc preces inſtantes propoſuerunt, te à quibusvis, Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliísque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris & Pænis, à Jure vel ab homine quavis occaſioe, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendam harum ſerie abſolventes & abſolutum fore Cenſentes, ac tenore litterarum prædictarum, nec non verum annuum valorem dicti Monaſterii præſentibus pro expenſis habentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinata, unionem, annexionem & incorporationem prædictas approbamus & Confirmamus, ac quod de cætero per petuis futuris temporibus eidem Eccleſiæ, cujus fructus redditus, & proventus ſexaginta florenorum auri Rhenenſium ſecundùm Communem Exiſtimationem valorem annuum, ut aſſeris, non excedunt, per idoneum *ſæcularem* vel dicti ordinis *Regularem* Vicarium ad tuum & pro tempore Exiſtentis Abbatis & Conventus prædictorum nutum ponendum & amovendum deſerviri facere valeas, Diœceſani loci, & cujusvis alterius licentia ſuper *hoc* minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore præſentium indulgemus, non obſtante Domini noſtri Clementis Papæ ſeptimi, per quam inter alia voluit, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus Commiſſio fieret ad partes, vocatis, quorum intereſſet, & idem obſervari voluit in Confirmationibus unionum, annexionum & incorporationum & aliis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, Cæterisque Contrariis quibuscunque. Datum Ratisbonæ Anno à Nativitate Domin Milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto. Pridie Non. Julii Pontificatûs ſanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ ſeptimi Anno Primo.

Sigillum.

Num.

Num. CLXXXII.

Joannes &c. Administrator Ecclesiæ Ratisbonensis ratum habet Privilegium Alexandri VI. & Præcedens Laurentii *Campegii* Cardinalis.

JOannes Dei Gratia Administrator Ecclesiæ Ratisbonensis, Comes Palatinus Rheni & Bavariæ Dux &c. ad perpetuam rei memoriam, Pastoralis officii sollicitudo nos inducit & admonet, ut Monasteriis & locis Religiosis, nec non Personis in illis Christi jugo mancipatis, ut eorum utilitati salubriter consulatur, quantum ab omnium bonorum largitore conceditur, libenter intendimus, & succurrimus. Sanè Venerabiles & Religiosi in Christo dilecti, devoti, Ambrosius Abbas, Dionysius Prior, totusque Conventus Monasterii S. Emmerami Ratisbonæ, Ordinis S. Benedicti, nobis sua petitione monstrârunt: quòd, cum Ecclesia Parochialis S. Ruperti, sita infra septa Monasterii prædicti, alias dudum per felicis Recordationis quondam Dominum Alexandrum Papam sextum, (*) & consequenter anno præsente & currente Ecclesia Parochialis S. Leonardi in Pförring nostræ Ratisbonensis Diœcesis. per Reverendissimum in Christo Patrem, Dominum Laurentium Campegium Apostolicæ Sedis per Universam Germaniam &c. legatum ipsis & eorum Monasterio ex rationabilibus causis Apostolica Auctoritate perpetuo unitæ, annexæ & incorporatæ essent, ita, ut quamprimum & quotiescunque dictas Ecclesias Parochiales, sive earumdem perpetuas Vicarias per recessum vel decessum vaccare contingat, liceat ipsis Abbati & Conventui easdem Parochiales Ecclesias per Presbyteros *sæculares* vel *regulares*, idoneos, ad eorumdem Abbatis & Conventûs nutum ponendos & amovendos in spiritualibus & temporalibus regere & providere, illisque in divinis laudabiliter deserviri facere, prout in litteris Summi Pontificis, & legati prædictorum Co-

ram

(*) Vide Num. CLXXVI.

ram nobis propterea exhibitis asserebant latius contineri, nobis idcircò, ne effectu litterarum Apostolicarum frustrarentur, debita cum instantia supplicantes, quatenus præmissa omnia & singula, rata, & grata habere dignaremur. Nos igitur visis & diligenter pensatis litteris & Concessionibus hujusmodi dictorum Abbatis & Conventûs supplicationibus favorabiliter inclinati, volentésque, ut ipsi sæpè dictarum litterarum Apostolicarum plenarium consequantur effectum, uniones, & incorporationes præmemoratas, aliaque inde secuta, rata & grata habuimus, ac habemus, nostrúmque ad hæc Præbuimus consensum & consentimus per præsentes, ita tamen, & taliter, quod quotiescunque Abbas & Conventus uni ex duabus Ecclesiis prædictis Vicarium, Presbyterum Sæcularem vel Ordinis sui Religiosum præfecerint, illum nobis, successoribusque nostris pro tempore Episcopis Ratisponensibus pro institutione, admissione seu animarum Cura, eidem ad tempus, per ipsos Abbatem & Conventum concessum committenda præsentare teneantur. Qui sic præsentatus loco & nomine mediorum fructuum & admissionis hujusmodi, sex Florenos Rhenenses nobis vel successoribus nostris persolvere, præterea etiam singulis annis tempore quadragesimæ ei pro se & suis in divinis Cooperatoribus Auctoritatem Episcopalem more solito, & hactenus observato, redimere, ac instar aliorum plebanorum, seu vicariorum sæcularium Diœcesis nostræ Ratisbonensis steuras, Cathedraticum, & impositiones quascunque de jure vel consuetudine debitas, ac omnia alia jura & onera Episcopalia sufferre debeat & teneatur dolo & fraude semotis. In quorum fidem præsentes litteras exinde fieri, sigillíque Vicariatûs nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum Ratisbonæ die tertia mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, quingentesimo, vigesimo quinto.

Sigillum.

NOTA.

Mortuo 1535. die 29. Januarii Ambrosio Abbate, 1. Februarii per Fratres Electus est *Leonardus* Abbas Monachus ad S. Emmeramum, Confir-

Confirmatus ab Illuſtriſſimo Principe *Joanne* Adminiſtratore Epiſcopatûs Ratisbonenſis, cujus Confirmationis, Auctoritate Apoſtolica factæ inſtrumentum illæſum conſervatur.

Num. CLXXXIII.

Petrus Paulus Vergerius Nuncius Apoſtolicæ Sedis Auctoritate Ejusdem eſum carnium Monachis S. Emmerami concedit.

PEtrus Paulus Vergerius Prothonotharius Apoſtolicus & ad Sereniſſimum Dominum Dominum Ferdinandum Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Regem, ac univerſa ejus Dominia & ſingulas ipſorum Regnorum provincias, civitates, terras, & loca etiam Germaniæ illi ſubjecta, in quibus ipſe Ferdinandus Rex Jurisdictionem ſuam exercere poteſt ſanctiſſimi noſtri Papæ & Apoſtolicæ Sedis Nuntius cum poteſtate legati de latere. Dilecto nobis in Chriſto Leonardo Venerab. Abbati Monaſterii S. Emmerami Ord. S. Benedicti civitatis & Diœceſ. Ratisponen: ſalutem in Domino ſempiternam. Commiſſum nobis legationis munus nos inducit, ut ea concedamus, per quæ Eccleſiaſticarum perſonarum præſertim ſub Religionis Jugo altiſſimo famulantium, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutarum ſtatui, conſervationi, commodis, continuæque tranquillitati, atque animarum ſaluti valeat ſalubriter provideri. Cum autem exhibita nobis nuper tuæ petitionis ſeries contineret, his temporibus ob hæreticæ perverſitatis malignitatem latè per germaniam invaleſcentem Religioſas, & Regulares perſonas non modo irriſionibus, & villipendiis à pluribus infeſtari, verùm omnia injuriis & contumeliis graviſſimis affici, quam ob cauſam atque etiam ob auſteritatem nimiam Regulæ & ordinis tui ante dicti factum eſſe aſſeris, ut Monachorum iſtius Monaſterii, Numerus maximè ſit diminutus, quandoquidem pauci admodum reperiantur, qui Religionem intrare,

Monachalemque habitum ſuſcipere, ſeque Regulari vitæ velit adſcribere, unde ne forte paulatim frigeſcente charitatis fervore ac Religionis zelo deficiente Iſtius ſacræ, & optimæ inſtitutæ Religionis ordo in totum ad nihilum redigatur nobis humiliter ſupplicâſti, ut vellemus ſuper præmiſſis Apoſtolicæ ſedis auctoritate de opportuno remedio providere & quoniam ex antiquo ejusdem ordinis & Religionis veſtræ inſtituto, tu & Monachi tui cunctis diebus & temporibus carnibus abſtinere conſueviſtis, cum ad præſens magna ſit piſcium, butiri, aliorumque lacticiniorum, & ovorum præſertim in his partibus penuria, ut omnino quotidiano & neceſſario victui Monachorum provideri commodè non poſſit, qua de cauſa plures (ut dictum eſt) ab ingreſſu Religionis & Monaſterii deterrentur, propterea te plurimum deſiderare ſignificabas, ut pro conſervatione, & commoditate Fratrum & Religionis ante dictæ atque etiam, quo cæteri ad ordinis prædicti habitum & Regulam ſuſcipiendam facilius allicientur, tribus diebus in hebdomada videlicet die Dominica, tertia ac quinta feria carnibus veſci liberè & licitè poſſitis vobiscum eadem auctoritate diſpenſare & concedere dignaremur. Nos autem, qui Eccleſias, & pia loca, Eccleſiaſticasque perſonas pro viribus conſervare, & fovere maximè cupimus ad infra ſcripta ſufficienti facultate muniti ſupplicationibus tuis benignè annuentes præmiſſis rationabilibus de cauſis pro ſervatione Religionis & ordinis ante ſcripti & quod plerique alii ad piæ Religionis cultum temporalibus etiam commoditatibus invitentur, ut tu & Abbates in poſterum ſucceſſuri Monachique ejusdem Monaſterii S. Emmerami præſentes & futuri tribus diebus in Ebdomada, videlicet die Dominica, feria 3tia, & quinta, dummodo alias in illis diebus Regulare aliquod jejunium de præcepto Eccleſiæ non inciderit, carnibus veſci liberè & licitè poſſitis, & valeatis. Qua ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ litteris Apoſtolica fulciti fungimur auctoritate tenore præſentium diſpenſamus, concedimus & indulgemus, volumus autem, ut ſi quando pia nos Dei Miſericordia reſpexerit, & hujusmodi hæreticæ malignitatis perverſitas ſedata, ac puræ & orthodoxæ fidei ſinceritas his fuerit in partibus reſtituta, ita ut divini cultus fervor & priſtina Religionis veneratio, & dignitas reviviſcat, ex tunc hujus gratiæ noſtræ conceſſionem

&

& indulgentiam desinere ac nullius exinde valoris & vigoris existere, sed ejusdem Monasterii Abbates, & Monachos rursus secundum veteris eorum instituti Regulam vivere & carnibus debeant abstinere, prout ante hujusmodi nostram concessionem, & indulgentiam consueverant, quam interim efficacem, & firmam in suo robore volumus permanere, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & Monasterii, Ordinisque prædicti Juramento Confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscunque. In quorum fidem has nostras litteras fieri, & Sigilli nostri consueti munimine jussimus roborari. Datum Ratisponæ. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo Trigesimo quinto. Tertio Kalend. Augusti. Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini Domini nostri Pauli divina Providentia Papæ Tertii. anno primo.

Petrus Paulus Vergerius Nuntius Apostolicus.

Othonellus.

Nota. Is ipse *Petrus Paulus Vergerius* tandem ad Protestantes defecit, factus apud grisones Minister Anno 1548. Tubingæ dein Anno 1565. obiit.

Num. CLXXXIV.

Idem Nuncius *Petrus Paulus Vergerius* Abbati *Leonhardo* concedit Privilegium dispensandi cum decem adolescentibus Monachis, circa annos ad Sacerdotium suscipiendum necessarios.

PEtrus Paulus Vergerius Prothonotarius Apostolicus & ad Sereniſſimum Dominum Dominum Ferdinandum Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Regem ac universa ejus Dominia, & singu-

ſingulas ipſorum Provincias, civitates, & loca etiam germaniæ illi ſubjecta in quibus ipſe Ferdinandus Rex Jurisdictionem ſuam exercere poteſt Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Apoſtolicæ Sedis Nuncius cum poteſtate legati de latere. Dilecto nobis in Chriſto Venerabili Leonhardo Abbati Monaſterii S. Emmerami Ordinis S. Benedicti Ratisponenſ. Civitatis & Diœceſ. Salutem in Domino ſempiternam. Cum pro commiſſæ nobis legationis munere maximè curare nobis conveniat, ut Chriſtianæ Religionis, ac divini cultus obſervantia inprimis conſervetur, & noſtris pro juribus augeatur, nuperque exhibita nobis tuæ petitionis ſeries contineret ob iniquas horum temporum conditiones, & perverſas hæreſes, quæ paſſim in iſtis Regionibus debachabantur, usque adeo devotionis & divini cultus fervorem ex animis hominum decidiſſe, ut pauci admodum reperiantur, qui ſacris ordinibus inſigniri, & ſacerdotali dignitate ſtudeant decorari, unde factum ſit, ut deficientibus ſacrorum Miniſtris, & aſſiduis divinorum officiorum operatoribus, pia etiam devotio in animis elanqueſcat. Quare cum in prefato Monaſterio tuo minimus, & inſufficiens ſacerdotum numerus ad præſens reperiatur, ita ut ſolitæ Miſſarum celebrationes, pro divini cultus dignitate, & piarum animarum deſiderio nequaquam ſufficiant. Ideo te plurimum deſiderare ſignificabas, ut, cum adoleſcentes Monachi prefati Monaſterii tui, qui ſub Regulari inſtitutione divino cultui pridem deſerviunt, ad vigeſimum primum, vel ad vigeſimum ſecundum, aut tertium eorum ætatis annum pervenerint, ne cum magno incomodo, & impenſa pro diſpenſationibus obtinendis ad Romanam Curiam vel Apoſtolicæ Sedis legatos mittere neceſſe ſit, cum illis, ut defectu ætatis non obſtante ad quoscunque ſacros, etiam Presbyteratus ordines à quocunque Catholico Antiſtite etiam extra tempora à jure ſtatuta promoveri, & ordinari poſſint, & valeant, Apoſtolicæ Sedis auctoritate diſpenſare dignaremur. Nos juſtis tuis petitionibus annuentes, quo divinus cultus augeatur, & Chriſtianæ Religionis pietas conſervetur, & ut ſine incommodis, & diſpendiis maturius dignos ad altaris miniſterium ſacerdotes adhibere valeas, ut cùm decem ex Adoleſcentibus Monachis ejusdem tui Monaſterii ad vigeſimum primum, vel vigeſimum ſecundum aut tertium, ætatis annum pervenerint,

rint,

rint, & aliàs idonei reperti fuerint, à quocunque Catholico Antiſtite gratiam Sedis Apoſtolicæ habente, ad quoscunque ſacros etiam Presbyteratus ordines etiam extra tempora à jure ſtatuta pariter, aut ſeparatim non obſtante prædictæ ætatis defectu promoveri & ordinari poſſint, & valeant. Qua ſanctiſſimi Domini noſtræ Papæ litteris Apoſtolica fulciti fungimur auctoritate, tenore præſentium concedimus & diſpenſamus, eidémque Antiſtiti per te ad id muneris eligendo ordines ſuperſcriptos eis conferendi licentiam concedimus, & facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Conciliis editis generalibus, & ſpecialibus, cœteríſque in contrarium quibuscunque. In quorum fidem has noſtras litteras fieri, & Sigilli noſtri conſueti munimine juſſimus roborari. Datum Ratisbonæ Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Quingenteſimo trigeſimo quinto. Tertio Kalend. Auguſti. Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini noſtri Pauli divina Providentia Papæ Tertii anno primo.

Sigillum.

Petrus Paulus Vergerius
Nuncius Ap'licus.
Othonellus.

Viſa

Georgius Haræter.

Num. CLXXXV.

Ferdinandus I. Römiſcher König ertheilet in Nahmen Caroli V. Römiſchen Kayſers die Regalien Leonardo dem Abbten zu S. Emmeram.

Wir Ferdinand von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Merer des Reichs, in Germanien zu Hungarn, Beheim, Dalmatien Croatien und Sclauouien ꝛc. König,

König, Infant in Hispanien, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund, zu Braband, zu Steur, zu Kerndten, zu Crain, Marggraue zu Merherrn, zu Lützelburg, in Ober- und Nider-Slesien, zu Wiertenberg und Teckh Hertzog, Fürst zu Schwaben, gefürster Grave zu Habspurg, zu Tyrol, zu Pfierd, zu Kyburg und zu Görtz ꝛc. Landgraue in Elses, Marggraue des heiligen Reichs, zu Burgaw, Ober- und Nider-Lausnitz, Herr auf der Windischen Mark zu Portenaw und zu Salins. . . . Bekennen offentlich mit disem Brief, und thun kund allermeniglich, daß uns der Ersam unser lieber Andächtiger Leonhard Abbt des GOttshaus zu Sand Haymeran zu Regenspurg diemütiglichen hat angeruffen, und gebetten, daß wir an statt und von wegen, der Römischen Kayserlichen Majestät unsers lieben Bruder, und Herren ꝛc. ꝛc.

Das übrige lauttet wie oben unter Carl den Fünfften.

Geben in unser Stadt Wienn den zehenten Tag des Monaths Octobris Anno &c. im fünff und dreyßigisten; unserer Reiche des Römischen im fünfften, und der andern im neunten.

Ferdinand.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni Regis proprium.

S. Ferenberger.

Registrata.

Nota. Sigillum pendet in filis fericis rubri & albi, non verò nigri & flavi coloris. *Leonardus* Abbas juramentum fidelitatis præstare debuit Joanni Administratori Episcopatûs Ratisbonensis, tanquam Cæsareo delegato. Annus Millesimus quingentesimus non exprimitur in his litteris, sed tantum trigesimus quintus hujus sæculi.

Num. CLXXXVI.

FErdinand. I. Römischer König bestettiget alle Privilegien des GOttshaus zu Sand Haimeran.

In allem gleichförmig der Bestättigung sub Num. CLXXIV.

Geben in unser Statt Wienn den zehenten Tag des Monaths Octobris im fünffzehenhundert und im fünff und dreyßigisten. Unserer Reich des Römischen in fünfften, und der anderen im neunsten Jahren.

Ferdinand.

Sigillum.

in filiis rubri & albi coloris.

Ad Mandatum Dni Regis proprium.

S. Ferenberger.

NOTA.

Leonardo Abbati 23. Martii anno 1540. defuncto, à Fratribus per liberam Electionem suffectus est *Erasmus* Abbas, à Pangrazio Episcopo Ratisbonensi Auctoritate Apostolicæ Sedis Confirmatus.

Num. CLXXXVII.

FErdinand. I. Römischer König verleyhet Erasmo Abbten die Regalien in Namen Caroli V, Römischen Kaysers.

In allem gleichlauttend dem Lehen-Brief sub Num. CLXXXV.

Geben in unser und des Reichs Statt Hagenaw den siben und zweintzigisten Tag des Monaths Junii nach Christi Geburt tausend, fünff-

fünffhundert und im viertzigisten, unserer Reiche des Römischen im zehenten, und der andern in vierzehenden Jaren.

Ferdinand. *Sigillum.*

in ligamine membraneo tantùm pendens.

B. Bienger d. Vice-Cantzler.

Regist. Wagner.

Nota. Juramentum fidelitatis ob accepta Regalia præstitum fuit ab Erasmo Abbate, *Pancratio* Episcopo Ratisbonensi ab Imperatore ad id constituto.

Num. CLXXXVIII.

Caspar Contarenus Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus concedit Monachis S. Emmerami esum Carnium.

CAspar Miseratione Divina tituli S. Apollinaris S. R. E. Presbyter Cardinalis Contarenus Sanctissimi D'ni nostri Papæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ in partibus Germaniæ de latere legatus. Venerabili in Christo Erasmo Nitenauer Abbati Monasterii S. Emmerami Ordinis S. Benedicti Ratisponens. Salutem in Domino sempiternam. Exposuisti nobis te ob malitiam temporum, sparsasque in hac Germaniæ Provincia novarum sectarum Zizania, maxima cum difficultate Monachos inveniri posse, qui Beati Benedicti Regulam exactè in Monasterio tuo prædicto servare valeant, præsertim ab esu Carnium perpetuò abstinendo unde dictum Monasterium ad eam Monachorum paucitatem devenit, ut ex numero triginta duorum, qui ab ipsius fundatione consueverant

verant ibidem altiſſimo famulari, vix ſexdecim nunc Monachi in eo eſſe reperiantur. Timeásque ne in dies ad pauciorem Numerum redigantur. Quod ſi aliquantulum de rigore Regulæ prædictæ præſertim in victûs ratione, ad tempus remitteretur, prout in aliis dicti Ordinis Monaſteriis in Germania remiſſum eſt, non deſperares, eos, qui nunc in Monaſterio tuo Monachalem vitam profitentur, permanſuros & alios facilius adventuros, quod maximè ad honorem Dei, ac Chriſti fidelium devotionem augendam pertineret, & licet ex antiqua conſuetudine Monachis tuis permiſſum ſit extra Refectorium carnibus veſci; tamen quia extra Refectorium in menſa nec ſcriptura divina legi, nec poſt refectionem gratiæ Deo omnipotenti in Eccleſia agi conſueverant, ſubjunxiſti nobis multo magis edificationi Monachorum tuorum conſultum iri, ſi eis certis diebus in Refectorio carnibus veſci liceret, ubi diſcumbentium animæ ſcripturæ ſacræ lectione refici poſſent & cibo ſumpto conſuetæ in Eccleſia gratiæ omnipotenti Deo agerentur. Quare humiliter nobis ſupplicaſti ſuper his tibi de Apoſtolica benignitate provideri. Nos igitur attentis præmiſſis & maligna temporum, ac loci conditione perpenſa cupientes, ut per Monachorum decentem Copiam divinus cultus augeatur, & in Eccleſiam tuam vetuſtate, ac multorum ſanctorum reliquiis Venerabilem creſcat devotio circumſpectioni tuæ, de qua multum confidimus, ut cum Monachis tuis diſpenſare valeas, quod ſingula hebdomada tribus diebus, quibus eſus Carnium non prohibetur durante vita tua in Refectorio carnibus veſci absque ullo conſcientiæ ſcrupulo poſſint, & valeant, Apoſtolica Auctoritate nobis conceſſa, & qua fungimur in hac parte, Tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, & indulgemus non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Regulæ & Ordinis, & Juramento & Confirmatione Apoſtolica roboratis cæteriſque contrariis quibuscunque. Nihilominus conſcientiam tuam oneramus, ut ſi aliquàndo videbitur tibi animarum Monachorum ſaluti expedire,

hac dispensatione non uti, vel numerum dierum restringere, ea utaris, vel non utaris, prout res, ac tempora, & personarum qualitas postulabunt, omnemque operam des, ut hæc dispensatio ex aliqua rationabili causa concessa non sit dispensatia, & dissolutionis materiam non præbeat. Dabit enim fortasse omnipotens Deus pro sua in nos Misericordia, ut in pristinam sanitatem restituta germaniâ etiam Monachi ad suam antiquam Regulam & vivendi normam revertantur. Datum Ratisponæ anno à Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, nonis Maij. Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D'ni Pauli divina Providentia Papæ Tertii anno septimo.

C. Card'lis Contarenus Legatus.

Sigillum.

Num. CLXXXIX.

Wir Ferdinand von GOttes Gnaden erwelter Römischer Kayser zu allen Zeiten, Merer des Reichs, in Germanien, Hungern, Beheimb, Dalmatien, Croatien und Sclavonien Kunig, Infant in Hispanien, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundi, Steur, Khärnden, Crain, und Würtemberg, Graue zu Tirol, bekennen ꝛc.

Lehen-Brief, Crafft dessen *Ferdinand. I.* nunmehro Römischer Kayser *Erasmo* Abbten zu Sand Haimeran die *Regalien*, Lehen ꝛc. verleyhet.

Geben in unser und des Reichs Statt Augspurg den dreyzehenten Tag May, nach Christi unsers lieben HErrn Geburt fünffzehen hundert, und im neun und fünffzigisten. Unserer Reiche des Römischen

schen in neun und zweinzigisten, und der anderen im drey und dreyssigisten Jaren.

Ferdinand.

Sigillum.

Ad Mandatum Dni. Electi Imperatoris proprium.

V. Held.

L. Kirchschlager.

Regist. Umgelter von Theisenhausen.

Nota. Ferdinandus Imperator, solos *Regni Romanorum*, non verò Imperatoris vel Imperii numerat annos. Sigillum pendet ex filis aureis & sericeis nigri coloris. Vide Sigillum ad hunc numerum, diversum à præcedente, *Ferdinandi* REGIS litteris adjuncto Sigillo. Abbas Erasmus Juramentum Fidelitatis Georgio Episcopo Ratisbonensi tanquam Imperatoris Delegato præstare debuit.

NOTA.

Erasmo Abbate 19. Martii 1561. Defuncto, Electus est à Fratribus *Blasius* Abbas, Confirmatus Auctoritate Apostolica à *Georgio* Episcopo Ratisbonensi. Confirmationis Instrumentum Illæsum servatur.

Num. CXC.

FErdinandus Römischer Kayser verlevhet Blasio Abbten die Regalien, welcher durch Joannem Hermann den Eyd geleistet.

Geben auf unserm Königlichen Schloß zu Prag, am achtzehenden Tag des Monaths Februarii nach Christi unsers lieben HErrn Geburt fünfftzehenhundert und im zwey und sechtzigisten, Unserer

Ferdinand.

Sigillum.

Vice ac Nomine R^mi Dni Archi-Cancellarii Moguntini.

V. Held.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Haller.

Regist. Mathias Paul Straßberger.

Nota. Sigillum maximum, diversum quoque à Priori, in filis Aureis, & sericeis Nigri Coloris pendet.

Num. CXCI.

WIr Maximilian der Ander von GOttes Gnaden erwelter Römischer Kayser zu allen Zeiten Merer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Beheimb, Dalmatien, Croatien vnd Sclavonien ꝛc. Kunig. Erzherzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, zu Brabant, zu Steyer, zu Karndten, zu Crain, zu Luxenburg, zu Wirtenberg, Ober- vnd Nider-Schlesien, Fürst zu Schwaben, Margraue des heiligen Remischen Reiches, zu Burgau, zu Merhern, Ober- vnd Nider-Lausniz, Gefürsteter Graue zu Habspurg, zu Tyrol, zu Pfierd, zu Kyburg, vnd zu Gerz. Landgraue in Elsaß, ꝛc. ꝛc.

Maximilian der Andere diß Nahmens Römischer Kayser ertheilet vermög dises Briefs die *Regalien* und Lehen, *Blasio* Abbten zu Regenspurg, welcher Gelübd vnd Eyde gethan.

Geben

Geben in Vnser vnd des Reichs Statt Augspurg den ain vnd zwainzigisten Tag des Monaths Februarii, nach Christi vnsers lieben Herrn Gepurdt, fünffzehenhundert, vnd im sechs- vnd sechzigisten, vnserem Reichs des Römischen im vierten, des Hungerischen im dritten, und des Behaimischen im achtzehenden Jaren.

Maximilian.

Sigillum
pendens in sericeis filis nigri & flavi coloris.

Vice- ac Nomine Rmi Dni
Archi Cancellarii Moguntini
Vt Joannes Baptist. Weber.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Registrata: Braun.

Haller.

Num. CXCII.

MAximilian II. Römischer Kayser bestättiget dem GOttshauß S. Emmerami alle Freyheitten.

Geben ꝛc. zu Augspurg. Wie oben.

Maximilian.

Sigillum
pendens in filis sericis nigri & flavi coloris.

Vice & Nomine Rdmi Dni Archi-
Cancellarii Moguntini.
Vt J. V. . . . .

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Registrata: Braun.

L. Kirchschlager.

Nota.

Nota. Obiit *Blasius* Abbas 19. Julii 1575. succeſſit Ambroſius Abbas.

Num. CXCIII.

MAximilianus II. Römiſcher Kayſer verleyhet Ambroſio Abbten die Regalien vnd Lehen, nachdeme diſer durch ſeinen Secretarium Joannem Heindl den Eyde abgelegt.

Geben in Vnſer vnd des Reichs Statt Regenſpurg den fünff vnd zweinzigiſten Tag des Monaths Octobris, nach Chriſti Vnſers lieben HErren Geburt fünffzehenhundert vnd im fünf vnd ſibenzigiſten. Vnſerer Reiche des Römiſchen vnd Hungeriſchen im dreyzehenden, vnd des Behaimiſchen im ſiben vnd zwainzigiſten Jaren.

Maximilian.

Sigillum ut ſupra.

Vice ac nomine Rmi Dni
Danielis Archi Cancellarii
Moguntini.

Vt J. B. Weber.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

P. Obernburger.

Regiſtrata: Braun.

Num. CXCIV.

RUdolff der Andere. Römiſcher Kayſer ꝛc. ertheilt Abbt Ambroſio die Regalien und Lehen.

Geben

Geben in Vnser Statt Lintz, dem ain vnd zweinzigisten Tag des Monaths December. Nach Christi Vnsers lieben HErrn Geburdt fünffzehenhundert vnd im sechs vnd sibenzigisten. Vnserer Reiche des Römischen im andern, des Hungerischen in fünfften, vnd des Behaimischen im andern Jaren.

Rudolff.

Sigillum

in sericeis filis ut supra.

Vice & Nomine Rmi Dni Danielis Archi Cancellarii Moguntini.

V. Jo. Bapt. Weber.

Ad Mandatum &c.

P. Obernburger.

Registrata: Braun.

Nota. Juramentum fidelitatis Ambrosius præstitit *Davidi* Episcopo Ratisbonensi ab Imperatore ad hoc constituto.

Num. CXCV.

RUdolff Römischer Keyser bestettiget alle Freyheiten des GOtthauß zu Sanct Haimeram.

Geben auf vnsern Königlichen Schloß zu Prag: den sechs vnd zwainzigisten Tag des Monaths Mertz, nach Christi vnsers lieben HErrn Geburd fünffzehen hundert, vnd im siben vnd sibenzigisten.

sten. Vnserer Reiche des Römischen im andern, des Hungerischen im fünfften, vnd des Behaimischen im andern Jaren.

Rudolff.

Sigillum
iisdem filis pendens.

Vice & Nomine &c.
uti supra.

Ad Mandatum &c.
A. Erstenberger.

Registrata: Braun.

Nota. *Hieronymus* Weiss in Coadjutorem *Ambrosii* Abbatis die 8. Junii 1581. electus, Eidem Ambrosio die 21. Augusti 1583. defuncto succeſſit, confirmatus Nomine summæ sedis &c.

*******************?*?****************

Num. CXCVI.

RUdolff der Andere diß Namens, Römischer Keyser verleyhet Abbten Hieronymo die Regalien vnd Lehen.

Geben in vnser Statt Wienn den fünffzehenden Tag des Monaths Junii, nach Christi vnsers lieben HErrn Geburde fünffzehenhundert vnd im drey vnd achzigisten, vnserer Reiche des Römischen im achten, des Hungarischen in eilfften, vnd des Beheimischen auch im achten Jaren.

Rudolff.

Sigillum ut supra.

Vice & Nomine Rmi Dni D. Wolfgangi
Archi Epi, Archi-Cancellarii,
& Electoris Moguntini,

V. Svieheuser D.

Ad Mandatum &c.
A. Erstenberger.

Registrata B. Pichl.

Num.

Num. CXCVII.

RUdolff Römischer Kayser bestettigt die Privilegien dem GOtts-hauß zu Sanct Heimeram.

Geben ꝛc. unterschriben ꝛc. wie im vorhergehenten.

Num. CXCVIII.

Clemens VIII. Hieronymum Abbatem excitat ad opem ferendam contra Turcam.

CLemens PP. VIII. Dilecte fili Salutem & Apostolicam Benedictionem. Qui zelum divini honoris habent & patriæ caritate afficiuntur, qualem te esse non dubitamus, ii certè cohortatione non indigent, ut præclara aliqua oblata occasione ad DEI gloriam, & patriæ utilitatem procurandam, omni studio incumbant. Quare nihil necesse arbitramur, te vehementius à nobis excitari, ut in isto Ratisbonensi Conventu in gravi illa deliberatione de bello contra turcas decernendo, & DEO & patriæ pro tua virili parte egregie inservias. Facit tamen, & pastoralis officii nostri ratio, & periculorum magnitudo, quæ germaniæ potissimum imminere advertimus, ut in negotio tanti momenti etiam sponte currentibus stimulos auctoritatis nostræ libenter admoveamus, iis præsertim, qui insigni loco in Ecclesia DEI positi, religiosæ vitæ præstantiorem formam secuti, omni virtutis & pietatis Exemplo prælucere debent. Quod igitur à te, & vocationis Istius munus, & patriæ amor postulat, id nos quoque à te requirimus, cures omni opera & diligentia quantum poteris ut Catholicorum Principum animi summa inter se consensione cohæreant, & ut hoc tam pium, tam necessarium bellum, magno animo suscipiatur, magna constantia administretur, omni bellico

apparatu instruatur, nulli labori nullis denique impensis parcatur ut semel aliquando se perpetuò germania liberet, ne à Dracone illo inexplebili dominandi cupiditate devoretur. Quod ille jam pridem meditatur, & molitur, nam quamvis Christianos omnes oderit, præcipuè tamen Romanum Imperium & germaniam Imperii Domicilium Jugo suo subjicere concupiscit, quod Imperii Jus sibi assumat, atque ad se pertinere jactet Tyranus intolerabili audacia, & quod facilè intelligat, germania perdomitâ, cujus vires non ignorat, nihil jam esse, quod ejus potentiæ atque immanitati possit obsistere. Ergo sic bellandum contra hostem infensissimum, ut, Deo auctore, debelletur. Adjuva igitur fili, quantum potes, causam patriæ, & causam Dei, & quia multiplices satanæ insidias non ignoramus, si fortè contra Catholicam Religionem in isto Conventu aliquid conflare auderet, idem malorum omnium Architectus. Age pro tua pietate, & zelo, & ad evertendas machinas impietati occurre, communicatis studiis & Conciliis cum ceteris Catholicis Principibus, & præsertim cum nostro Apostolico legato, dilecto filio nostro Ludovico Cardinale Madrutio, quem mittimus ad charissimum nostrum filium Rudolphum, electum Imperatorem, & Conventum ipsum, ut sua virtute, prudentia, & rerum magnarum usu, legati munere obeundo nostram & Apostolicæ sedis sollicitudinem representet. Is tecum de his omnibus nostro Nomine, uberius aget, & nostram erga te propensionem & paternam voluntatem testificabitur. Quare illi omnem à te fidem haberi volumus, ac si nos ipsi tecum loqueremur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris Die XIX. Martii MDLXXXXIIII. Pontificatûs nostri anno tertio.

Silvius Antonianus.

Nota. *Hieronymus Weiss* Abbas ad S. Emmeramum, Seniculus, & corporis infirmatibus circumdatus, Coadjutorem susceptit, à fratribus die 19. Maji 1607. electum, *Hieronymum Feury*, ex *Gröningen* in Ducatu Witembergiæ Parentibus Lutheranis natum. Res delata fuit ad Pontificem PAULUM V. qui *Hieronymum Feury* ab omnibus censuris Ecclesiasticis (si illis obstrictus fuisset) absolvit, ut in Coadjutorem eligi posset. Datis desuper litteris sub Plumbeo Sigil-

lo. Datum Romæ apud S. Petrum 1607. Tertio nonas Decemb is. Pontificatûs anno tertio. Idem Summus Pontifex aliis litteris *Hieronymum Feury* Coadjutorem & futurum (decedente *Hieronymo Weiss*) Abbatem confirmat. Sub eodem dato: & sigillo. Ad Conventum etiam misit sub Sigillo Plumbeo litteras, ut *confirmatum* revereantur hortatus. Sub eodem dato. Item litteras ad omnes vasallos, ut obediant Neoelecto. Concessit etiam Paulus V. *Hieronymo* Coadjutori, ut mortuo Abbate *Hieronymo Weiss*, munus Benedictionis à quocumque ut ei placuerit, Catholicæ communionis Antistite, accipere possit, præstito juramento & facta fidei Professione &c. Datum Romæ apud S. Petrum 1607. Pridie Nonas Decembris Anno Pontificatûs tertio. Hæ PAULI V. litteræ omnes adhuc in Archivo nostro conservantur.

Num. CXCIX.

RUdolff Römischer Keyser verleyhet Hieronymo Coadjutori, noch bey Lebzeiten *Hieronymi Weis* wirklichen Abbtens, die Regalien vnd Lehen.

Geben auf vnsern Kuniglichen Schloß zu Prag den sibenzehenten Tag des Monaths Martii, nach Christi vnsers lieben HErrn vnd Seeligmachers Geburde sechzehen hundert, vnd im neunten, vnserer Reiche des Römischen in vier- vnd dreyßigisten, des Hungerischen im sieben vnd dreyßigisten, vnd des Behmischen auch im vier vnd dreyßigisten Jahren.

Rudolff.

Sigillum.

Vt L. v. Strallendorff. V. C.

Ad Mandatum &c.

God. Hertell.

Registrata: Sartor.

Nota. Abbas *Hieronymus Weiss* Seniculus, obiit Anno 1609. cui *Hieronymus Feury Coadjutor*, successit Abbas.

Num. CC.

MAthias Römischer Kayser verleihet Hieronymo Abbten zu St. Emmeram die Regalien vnd Lehen.

Item bestettiget Er alle Privilegien des GOttshauß zu Sanct Haymeram. Beyde Brief seynd vnter gleichem dato.

Geben in vnserer Statt Wienn, dem sechsten Tag des Monaths May . . . . . sechzehenhundert vnd im dreyzehenden, vnserer Reiche des Römischen im ersten, des Hungerischen im fünfften, vnd des Beheimischen im anderen Jaren.

Mathias.

Sigillum.

Vice Rmi Dni Swicardi
Archi Cancellarii Moguntini

Vt L. v. Ulm.

Ad Mandatum &c.

R. Lucher.

Registrata: Sartor.

Num. CCI.

FErdinand der Ander Römischer Kayser verleyhet Abbt Hieronymo die Regalien und Lehen. Bestättiget auch dem GOtts-Haus zu S. nd Haymeram alle Privilegien. Beyde Brief seind

Geben zu Wienn . . . den neunzehenten und hernach den ain und zwainzigisten Tag des Monaths May sechzehenhundert und im zwain-

zwaintzigisten, unserer Reiche des Römischen im ersten, des Hungarischen im anderen, und des Böhmischen in dritten Jaren.

Ferdinand. *Sigillum*

Vice Rmi Dni Joa. Swicardi Archi-Cancell. & Elect. Moguntini.

V. v. Ulm.

Ad Mandatum &c.

R. Lucher Mppr.

Registrator: Freyssinger.

NOTA.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Hartwicus divina favente Clementia Ratisponenſis Epiſcopus. Quoniam in Eccleſia Dei noſtris intimis non tantum præeſſe quantum etiam prodeſſe querimus. Idcirco notum facimus omnibus Xſti fidelibus tam futuris, quàm preſentibus, qualiter Dilectis Filiis noſtris in Cœnobio Beati Heimerami regulariter converſantibus Commonitione Venerabilis Abbatis Adalberti juſtitia ſua in loco poſſeſſionis eorum, quæ *Herbrantesdorf* dicitur recognovimus. Sicut enim in antiquis illius Eccleſiæ Privilegiis inveniмus eadem poſſeſſio fuerat ipſis primùm contradita, & nihilominus à nris Prædeceſſoribus per multa jam tempora potenter uſurpata nec non in manus laicorum beneficialiter alienata: ipſo videlicet eruente, qui voluntatem timentium ſe facit, & deprecationem eorum exaudit, temporibus nris de manibus illorum eruta, & noſtræ fuit poteſtati reſtituta. Nos illico prædictis eam fratribus tanquam bene meritis juſtitia dictante reſignavimus non tam temporalis lucri comoda, quàm æternæ vitæ ſperaturi gaudia. Et ut hæc noſtræ recognitionis auctoritas firmior habeatur, preſentem Kartam exinde conſcribi juſſimus, quam nri Sigilli impreſſione, Fratrum noſtrorum ſubſcriptione, Teſtium quoque qui preſentes aderant, annotatione roborari præcepimus. Si qua verò noſtri Ordinis, ſecularisve perſona, eandem nre reſtitutionis & recognitionis auctoritatem adnullare temptaverit, aut Eccleſie jam dicte violentiam ſub inde inferre præſumpſerit, à Corpore Xſti & ſanquine ſciat ſe ſeparandam, & æterna cum impiis & peccatoribus ultione dampnandam. Pax autem Xſti & Eccleſiæ omnibus eam debita benignitate obſervare volentibus in perpetuum Amen. Ego Godefridus Ratisp. Eccl'e pp'oſitus ſſ. Ego Henricus Matricis Eccle Decanus ſſ. Ego Werinherus Majoris Eccle Archi-Diaconus ſſ.

Ego

Ego Bernhardus Archi-Diacon: & Cuſtos Eccle S. Petri ſſ. Ego Dietmarus Plebanus & Canonicus Eccle S. Petri ſſ. Ego Merboto Canonicus S. Petri ſſ. Ego Lantfridus Canonicus S. Petri ff.

Teſtes ſunt Ortlieb Chæspizze. Nizo de Ratinbuch. Wirnt de Buhſe. Odalrich Chergel. Ditrich de Haſſinakker. Hartwich de Sunichingen. Wernhard de Erlingen. Karolus Fratuelis ejus. Hainrich de Burbach. Gothſchalch de Ovgendorf. Zacharias de Umbilſtorf. Odalrich de Pentelingen. Heinrich, Odalrich Filii ejus. Sighard de Rote. Landoldus de Harmutesdorf. Chunrad Filius Baldwini, Gotfrid & Filius ejus Godfrid Pochil. Arbo Filius Sculteti. Gozwinus ante Urbem & Filius ejus Gozwin. Hartwich in porta, & Frater ejus Odalrich. Hainrich de Cholinbach. Hainrich de Egilolfeshaim. Bernoldus de Wolfirchouin. Merboto de Swæbilwis. Walther Pictor. Ernpold.

Sigillum Magnum impreſſum Kartæ.

Anno Dnice Incarnationis MCLXI. Imperante invictiſſimo Romanorum Imperatore Friderico ſemper Auguſto. Anno Epatus Dni Hartwici Ratisponenſ. Epi Secundi, VII. Actum Ratispone in Dni nomine Amen.

Nota. Sigillum iſtud magnæ (ex cera) molis, non pendet, ſed membranæ impreſſum eſt. Litteras has exhibere volui, ut ea, quæ in diſſertatione *de Advocatia S. Emmerami*, ad finem, *de judicio* in *Hebranſtorff* dicentur, facilè intelligantur; Bona enim in *Hebranſtorff* ſub *Ludovico* Rege, dicto, GERMANICO (Vide Num. XX. pag. 57.) Sancto Emmeramo jam tradita fuerant. Poſtea (ut in Citata Diſſertatione videbimus,) Monaſterio Poteſtas ab Imperatoribus facta eſt, *omnium hominum ad S. Emmeramum ſpectantium cauſas judicandi*; hinc JUDICIUM in *Hebranſtorff* Monaſterio S. Emmerami competebat.

Num. CCXXIV.

Gebehardus Comes de *Sulcipach* ADVOCATUS Eccleſiæ Ratisbonenſ. litem inter communitatem in *Frieſsheim*, & Monaſterium *S. Emmerami* componit.

IN Nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego *Gebehardus* Comes *de Sulcipach* & Advocatus Ratisponenſ. Eccleſiæ, notam facio omnium univerſitati tam preſentium quàm futurorum. Quod *Peringerus* Abbas S. Emmerami emit VII. Solidis à quodam Engilperto *de Friesham* aream in eadem uilla ſitam, in qua mollendinum ſatis vemuſtum edificari inſtituit. Verùm habitatores præfati vici adeuntes preſentiam meam interpellauerunt me pro conſtructione ejusdem molendini dicentes, partem areæ in qua conſtructum erat ipſum Molendinum ad Communitatem ipſorum, quod teutonice dicitur *Gmenen.*, pertinere. Mediante itaque me & ceteris boni teſtimonii viris ab omni querimonia ejusdem cauſe deciderunt, & pro honore Dni & Sci Emmerami ſe de omni impeticione ejusdem proprietatis vel communitatis in preſentia mea abdicauerunt & Sco Emmeramo tradiderunt. Acta ſunt in loco *Werde* dicto, in pago *Tuncvove* anno Donice incarnat. Milleſimo C. LXXVIIII. Friderico Imperatore. Preſidente Ratisponenſi Eccleſiæ Epiſcopo Chvonone ſub prefato S. Emmerami Peringero Abbate. Et pro cautela futurorum easdem res vel proprietates in Tuitionem meam ſuſcepi, & cartam hanc conſcribi, & Sigilli mei impreſſione roboraui. Teſtes qui preſentes fuerunt, hi ſunt. Gebehardus Comes de Erhegelin. Odalricus de Haſilpach. Frideric. d. Lucehinpg. Chvono. de Wichenlinrvote. Karl d. Weterinfeld. Alram de Houedorf. Chvonrado Stein. Arnold de Wahſſinſtein. Heinric. de Weterinfeld. Adlpth d. Grovbe. Gotefrid Dapifer Mſ. Otto Chovner. Chovono de Houedorf. Gotepolt d. Tiufendal. Chvnrad de Froenawe. Egilolf. d. Wichenrovts. Erchinpth. d. Vrepach. Odalric tañle'. Odalric. Eggih. Redig'. Dietwin. Woffo. Willih. Arnold. Liopold. Engilmar. Sigefrid Otto.

Adlpth.

Adlpth. Chvonrad. & ceteri de Friesham Engilpth. de Chiephenholzen. Wolfemovt.

Sigillum Illæſum.

Nota 1. Sigillum iſtud Membranæ in *Poſtica* Chartæ parte impreſſum eſt, in *Antica* verò, ubi mox recitata leguntur, altera Cera per Membranæ ſectionem, Sigillo cereo in Poſtica parte appreſſo connexa eſt.

Nota 2. *Gebehardus* iſte à *Hundio* Tom. I. Genealog. pag. 145. indigitatur, ubi de his *Gebehardi* litteris mentio fit. *Gebehardi* uxorem Hundius ſcribit, *Mathildam Henrici* Ducis Bavariæ filiam. *Annaliſta Saxo* apud Eccardum Tom. I. Scriptorum Germaniæ, medii ævi. pag. 615. *Mathildin Henrici* Ducis Bavari ex *Wifhilde* uxore filiam, *Gebehardo* comiti de Sulzpach nupſiſſe notat.

Nota 3. *Gebehardus* res iſtas (de quibus in litteris ſermo,) in ſuam *tuitionem* recepit, hinc & *Advocatus* Eccleſiæ S. Emmerami dici poteſt, & ideo has litteras exhibendas duxi.

Num. CCXXV.

Lodwicus Dux Bawie (dictus *Severus*) commendat *Albertum* quemdam ad Parochiam in Pfhöring.

LOdwicus Dei Gra. Comes Palat. Reni Dux Baw. Venerabili, Abbati, & Conventui Sancti Emmerami Ratispone, ſalutem & bone voluntatis Officium. Cum de veſtra Diſcretione tantam habeamus confidentiam quod in honeſtis & racionabilibus petitionibus preces noſtras favorabiliter admittere debeatis. ℔. Alberto Ppto. Ilminſtrenſi protonotario noſtro vobis porigimus preces nras. petentes intimo cum affectu, ut ad permutationem, quam de Eccleſia ſua Swarza cum plebano de Pferin (*Pfhöring*) facere intendit de ipſa Eccleſia, cujus Jus Patronatus vos reſpicit

vrum

vrum velitis adhibere conſenſum pariter & fauorem, promittimus enim firmiter, quod Dietricum de Haechſinakker in poſſeſſionibus Eccleſie vre. occaſione dicte permutationis nullam vobis inferri violentiam permittimus, imo ab injuriis ſuis, quas ob hanc cauſam vobis forſan vellet inferre vos gratioſe volumus defenſare. In cujus rei Teſtimonium Sigillo nro. munitas vobis dirigimus litteras has patentes: Datum Monaci VI. N. Marcii. Anno Dni MCCLXX. Secundo.

Sigillum Cereum.

Nota. *Hachſenachkerarius Advocatiam* bonorum quorumdam S. Emmerami prope *Pfhöring* (uti inferius de Advocatis Eccleſiæ S. Emerami patebit) titulo Feodi Directi tenuit. Cùm ergo *Advocati* conſenſus, & interventus in bonis & rebus Eccleſiæ alienandis, vel permutandis adhiberi conſuevit, hinc Dux *Ludovicus* promiſit, ſe non paſſurum ut ab *Hachſenachkerario* Eccleſiæ noſtræ violentia fieret.

Num. CCXXVI.

Litteræ de *Advocatia* quadam *Wernhardi* Comitis de *Leonberch*.

NOs Wernhardus Dei Gratia Comes de Leonberch, uniuerſis preſentem litteram inſpecturis volumus eſſe notum, quod nos *Jus Advocatiæ*, quod in tribus quartalibus cujusdam hube in Aiterhouen, quam à nobis poſſidet Heinricus Praentel, ad nos dinoſcitur pertinere, damus Eccleſiæ Sancti Emmerami libere omni jure, ita tamen, ut dictus *Praentel* & ſui hæredes à poſſeſſione trium quartalium predictorum, ab Eccleſia Sancti Emmerami non excludantur titulo Feodali, ut autem talis donatio apud nos permaneat in convulſa, fecimus preſens inſtrumentum nri Sigilli munimine roborari. Datum in Leonſperg Anno Dni MCCLXXX. primo. XVI. Kalend. April. Hujus rei teſtes ſunt

Fri-

Fridericus de Raevzzing. Gozzwinus Ppt⁹. Chunrad Auus. Woppelinus. . . . & alii quam plures. *Sigillum.*

Nota. Statim videbimus. *Comites de Leonſperch* invito Monaſterio S. Emmerami ſeſe *Advocatos* bonorum S. Emmerami dixiſſe, & geſſiſſe.

Num. CCXXVII.

Wernherus Abbas ad S. Emmeramum, ad Poſtulationem *Henrici* Ducis Bawariæ, cujus Sigillum hîc additum eſt, confert Munitionem *Ukenpiunt* (Lukenpeunt) hæredibus defuncti *Clabſchinki.*

NOs Wernherus Dei Gratia Abbas Eccleſiæ Sancti Emmerami Ratisbon. Univerſis ac ſingulis declaramus, quòd cum Municio in *Ukenpiunt* cum omnibus prædiis ſibi adtinentibus ex antiquo vacare cæpiſſet ad nram Eccleſiam libere deuoluta ex morte Henrici Clabſchinkii, qui dictam Municionem cum prædiis ſupradictis à nra. Eccleſia tantum jure poſſederat perſonali, deliberauimus animo circumſpecto, qualiter cum prælibatis poſſeſſionibus Eccleſiæ noſtræ vacantibus ſalubriter, pro fructuoſo Eccleſiæ noſtræ comodo ageremus. Demum poſt multos ſalubres circuitus cogitationum, poſtulationibus Cariſſimi Dni noſtri Glorioſi & Magnifici nobilis Heinrici, Principis, Comitis Palatini Reni Ducis Bawarie inclinati, dictam municionem cum ſuis prædiis adtinentibus & obuencionibus ipſorum, *Offemie* prænominati *Clabſchinki* relictæ, nec non heredibus ſuis promiſcui ſexus, Eberhardo, Ottoni, Alberto Fratribus, & Elizabeth, Ceciliæ Sororibus de uno Patre jam defuncto, & de una adhuc ſuperſtite Matre *Offemia* prædicta, legitime procreatis, Eccleſiæ noſtræ *Miniſterialibus*, tum ob preces tanti Principis nominati, tum ob fauorem ipſorum noſtrorum *Miniſterialium*, quos volumus preſentis promocionis gratia præ aliis Eccleſiæ noſtræ fidelibus promovere, contulimus nomine locationis Emphiteoticæ, ſive in

Emphiteoſim ſub hac forma, quatuor annis Singulis, in omnem eventum, de prædiis prælibatis, pro cenſu annuo, unam Scapham tritici, quatuor Scaphas ſiliginis, unam Scapham ordei, quatuor Scaphas avene, Ratisponenſis Menſuræ in propriis vecturis, & unam libram denariorum Ratisponenſis monetæ infra ejusdem menia civitatis, in tempore autem meſſis præfixum bladum, libram utique denariorum in die S. Martini hoſpitali noſtro ad uſus pauperum illuc crebro confluentium ſoluere non omittent, quod ſi forſan ſoluere obmiſerint, ſub ſilencio tranſeuntes, Idem anno proximo ſubſequente ſtatutum cenſum tam in blado, quam in denariis impermutabiliter duplicabunt, quem cenſum ſi contradixerint duplicare, aut ſi vendiderint, alienauerint, commutarint, vel ſi aliquid cum dictis prædiis collatis ſine nra. vel alterius Abbatis noſtri Succeſſoris voluntate fecerint captioſe. Ex tunc Municio præhabita cum omnibus prædiis adtinentibus, ad nram. Eccleſiam ſine omnis exceptionis obſtaculo libere deuolvetur. Si verò ibidem ſterilitas, grando, aut guerra juxta communem aſſertionem vicinorum dampnum intulerit oculatum, nos eisdem noſtris Fidelibus faciemus gratiam oportunam, qui, ſi forſan eadem prædia collata inter ſe in diſtribucionis funiculo parcientur, unusquisque ipſorum juxta priorem formam ſolùtionis, dupplicationis, deuolùtionis cum aliis exceptionihus ſupradictis partem predicti cenſus tam in blado, quàm in denariis de ſua portione, noſtro ſoluet ſpecialiter hoſpitali, ita duntaxat, ut per hujusmodi particularem ſolutionem numerus totalis ſumma pleniter impleatur. Inſuper prædicti, Eberhardus, Otto, Albertus. Matrimonium contrahere cupientes, feminas Eccleſiæ noſtræ *Miniſteriales* ſibi, juxta noſtrum aut alterius noſtri Succeſſoris Abbatis Conſilium copulabunt. Alioquin hujus ſtatuti transgreſſorem, ex tunc volumus juxta priorem formam deuolutionis, eſſe à perceptione preſentis gratiæ penitus alienum. Ceterum declaramus ſub forma prehabitæ deuolutionis, quod quando vendetur ſilva in *Tinberch*, duæ partes ejusdem ſilvæ venditæ noſtro cedent liberè hoſpitali. Tertia verò pars noſtris Fidelibus remanebit. Cùm igitur geſta hominum lubrica, quamvis prius examine diſcretorum rationabiliter confirmata, & poſtmodum obliuionis vicio, ſeu favore hominum mutabili ſecus allegantium, aut aliis adinvencionibus deficiant frequen-

quencius, & arescant, & cum querant certitudinem negotii stabiliti, non inveniant decentis memorie firmitatem. Nos formidantes similibus illusionibus presentem tractatum aliqualiter imposterum irritari, duximus incitamento hujusmodi Zizanie ne modicum fermentum maliciæ totam massam discretionis corrumpat, suffragio cautæ deliberacionis sagaciter & fideliter obuiandum. Unde presens instrumentum dedimus, assignavimus nostris fidelibus supradictis evidenti & durativo testimonio Sigillorum, videlicet Carissimi Dni nri *Heinrici* Principis Memorati, nec non nostri, Conventus quoque nri firmiter in evidenciam plenioris certitudinis firmiter roboratum. Testes equidem hujus rei sancitæ sunt Preclarus Ludewicus Dni Ducis Ludewici Filius. Dnus Albertus Comes de Hals. Dns Ulricus liber de Amsberch. Alhardus de Frowenhoven. Magister Gundakkarus Protho-Notarius Magnifici Principis Heinrici. Albertus Vice - Dns de Strobing. Karolus Miles de Rein. M. CCLXXX. Septimo. Datum Ratis. in die Sci Leonardi.

Sigillum Heinrici Principis. *Sigillum* Abbatis. *Sigillum* Conventûs.

Nota 1. *Wernherus* Abbas ad initium harum litterarum, *Henricum*, vocat PRINCIPEM, licet etiam *Bavvarie Ducem* appellet. Ad finem, iterum *Principem* nominat. Dum autem Testes adducit, inter eos *Præclarum Ludevvicum*, Domni DUCIS LUDEWICI filium recenset. Nescio, an causa quædam assignari posset, cur *Henricus*, PRINCEPS, *Ludevvicus* autem DUX vocatus fuerit. *Ludevvicus*, & *Henricus* fratres erant, *Ottonis Illustris* Filii, ille Senior, hic junior. *Ludevvicus* SUPERIORIS, *Henricus* INFERIORIS BAWIE Dux.

Nota 2. *Eberhardus*, *Otto*, *Albertus* à Wernhero Abbate in his litteris, Ecclesiæ S. Emmerami MINISTERIALES nominantur, quos ob *preces tanti Principis* (*Henrici*,) tum ad favorem ipsorum MINISTERIALIUM *promovet*, ac Munitionem (*Ukenpiunt*) confert. Præcipit etiam, ut singuli, (*Eberhardus*, *Otto*, & *Albertus*,) matrimonium contrahere cupientes, juxta Consilium Abbatis, *feminas Ecclesiæ S. Emmerami Ministeriales* sibi copulent, sub certa pœna in transgressores statutâ. Mos erat, ut *Ministerialis* cujusdam Ecclesiæ Matrimonium initurus, *Ministerialem* quoque, sive alterius *Ministerialis* ejusdem Ecclesiæ filiam sibi Matrimonio jungeret.

Num. CCXXVIII.

Lodwicus &c. donat S. Emmeramo quosdam jure servitutis sibi actinentes &c.

NOs Lodwicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawie, notum facimus presentium inspectoribus Universis, quod Ahleidem & Gerbirgem de Greæute cum pueris *suis* nobis jure servitutis attinentes Venerabili Abbati & Monasterio S. Emmerami Ratispon: Civitatis pro remedio animæ nostræ, & progenitorum nostrorum dedimus, & damus, donavimus & donamus, tradidimus & tradimus per eos jure proprietatis perpetuo possidendas. Dantes in testimonium super eo has nras litteras Sigilli nri robore communitas. Dat. in Swabach. Anno Dni MCCLXXX. septimo. XII. Kaln. Decembris.

Sigillum.

Nota. Iste *Lodvvicus* est Filius *Ludovici* (dicti *Severi*) ex conjuge ejusdem secunda, *Anna natus.* Occubuit Ludo equestri, ipso factæ hujus Traditionis anno 1287. Litteræ istæ superius pag. 215. jam exhibitæ fuerunt; sed, cùm in ipsa coordinatione litterarum, mentem mutassem, ut Bavaricas litteras *unitas*, juxta *Ordinem*, & *Successionem* Comitum Palatin. & Ducum Bawarie unà cum *Sigillis* ederem, hinc eas repetere volui.

Num. CCXXIX.

Duces Bavariæ *Otto, Ludovicus, Stephanus* Abbati ad S. Emmeramum concedunt cujusdam silvæ extirpationem.

NOs Otto, Lodwicus, & Stephanus Dei Gratia, Palatini Comites Reni, Duces Bawarie per presentia recognoscimus, & notum facimus Universis, quod cum Monasterium Beati

ti Emmerami Ratispone præ ceteris Eccleſiis patriæ noſtræ in ſpiritualibus & temporalibus florere dilucide dinoſcatur, ut flos Religionis in eodem loco nris temporibus non deficiat, ſed ſwauitate ſui odoris, roburque vigoris obſeruet, intendimus Eccleſiam iſtam piis auxiliis & ſolidis defenſionibus ſublevare. Quare cum Venerab. Vir Dns Karolus Abbas illius loci pro Eccleſia ſua petiverit, ut ſilvam quamdam juxta Geltolving in loco, qui *Lintah* dicitur, ſitam, & ipſi Eccleſie attinentem ex antiquo extirpare deſideret, ſperans prædia utilitati ſuæ congrua ibidem facere, terram illam ad culturam frugiferam redigendo. Nos ob reverentiam Dei, & ſanctorum merita, quorum ibi multitudo numeroſa quieſcit, & ipſius Abbatis amorem, admittimus extirpationem ſilvæ, quæ excreuit ibidem, ſic ut nec ipſa Eccleſia juxta hujuſmodi extirpationem, nec laborantes in eadem per nos aut poſteros noſtros, ac Principatus Succeſſores impedimentum aliquod ſuſtineant, aut oporteat formidare. In cujus rei teſtimonium atque robur præſens Inſtrumentum ipſi Eccleſiæ dedimus noſtrorum ſigillorum robore communitum. Datum & Actum Ratispone anno Dni M. CC. Nonageſimo quinto. In die Beatorum Joannis & Pauli Martyrum.

Sigillum Majus Ottonis ex cera flava.

Sigillum Ludovici confractum cereum rubrum.

Sigillum Stephani illæſum cereum rubri coloris.

Nota. Sequentes *Ottonis*, *Lodvvici*, & *Stephani* Ducum Bawie litteræ ſupra Num. CIX. pag. 227. jam exhibitæ ſunt, quas tamen ob unionem litterarum à Ducibus Bawarie Monaſterio S. Emmerami conceſſarum, unà cum eorum Sigillis poſtea exhibendis, repetere volui.

Num.

Num. CCXXX.

Otto, Ludovicus, Stephanus, Duces Bawie &c. *Arbitri* contra Comites de *Leonberg*, quoad *jus Advocatiæ* bonorum S. Emmerami.

IN Nomine Domini Amen. Nos Otto, Ludovicus, & Stephanus Dei Gratia Comites Palatini Rheni, Duces Bavarie, per præsentia notum facimus Universis, quòd cum Ecclesia Sti Emmerami Ratisbonæ ex Prærogativa virtutum Religionis sublevata laudibus, & sanctitatis præconio multiplici floreat venustate, ipsaque progenitoribus nostris, & nobis ferventibus obsequiis fideliter & indesinenter adhæserit, propter quod illum locum ex sui honestate, tanquam honorabilius Membrum nostri Principatus singulari favore prosequimur, dignaque reverentia merito veneramur. Et cum viri nobiles nostri fideles, Perngerus, Wernhardus, & Henricus Germani Comites de *Leonberg* asseruerunt, se debere esse *Advocatos Granarii Ecclesiæ* memoratæ, quod vulgò dicitur **Casten-Vogt**, quamvis à tempore, cujus non extat memoria, nunquam fuerint in possessione juris ejusdem Advocatitii, sed nitentes eam sibi per violentiam usurpare, gravia propter hoc eidem Ecclesiæ damna in suis possessionibus intulerunt, super quo nos compatientes ipsi Ecclesiæ communicato salubri Consilio Reverendi in Christo Patris Domini Henrici Venerabilis Episcopi Ratisbonensis ac aliorum Ecclesiasticarum Personarum, nec non Magnatorum, & Baronum nostrorum provida deliberatione præhabita, pro bono pacis, & ut Servi Dei à talibus vexationibus quieti remaneant, quo facilius divinis inhæreant cultibus, taliter interposuimus diligentiæ nostræ partes, quod ex compromissione utriúsque partis, videlicet Abbatis Ecclesiæ supradictæ, ac sui Conventûs ex parte una, & Comitum prædictorum ex altera, facta in Nos tanquam in arbitros, arbitratores, seu amicabiles Compositores arbitrati sumus, quod iidem Comites in nostri præsentia constituti cesserunt, & renunciaverunt simpliciter, & præcisè, pro se, suisque hæredibus,

&

& omni parentela eorum, & ſucceſſoribus quibuscunque, omni Juri, ſi quod habebant, vel habere ſe dicebant, in advocatia ſupradicta, imo potius vexationi, quam prætextu ejusdem Advocatiæ ipſi Eccleſiæ inferebant, & ad obſervandum inviolabiliter hujuſmodi arbitrium memorati Comites pro ſe, ſuisque hæredibus, & ſucceſſoribus ſe præſentibus obligarunt, ſolemni ſtipulatione adhibita, ſub pœna ſcilicet Trecentarum Marcarum argenti ponderis Ratisbonenſis, quarum Centum Cameræ noſtræ, & ducentas ſolvent Eccleſiæ ſæpè fatæ, ſi fortè, quod non credimus, ipſi, vel hæredes, aut Succeſſores eorum in aliqua parte fuerint transgreſſores arbitrii promulgati, repetendo videlicet in judicio, vel extra, aut per vim, ſive metum, ſeu alium quemcunque colorem exquiſitam dictam advocatiam, quæ *Caſten-Vogtey* dicitur, aut eam ſibi quomodolibet uſurpando, vel ratione ipſius gravando in aliquo Eccleſiam ſæpedictam ex tunc, ut præmiſſum eſt, ſine contradictione qualibet ſolvent pœnam, ſeu pecuniam, ſuperius annotatam, arbitrio in ſua firmitate nihilominus perdurante. Salvis etiam pœnis Imperialibus contra quoslibet offenſores & injuriatores ipſius Eccleſiæ ab antiquo editis, & ſtatutis, quæ in Privilegiis Imperatorum & Regum Romanorum ipſi Eccleſiæ ſuper immunitate ſua conceſſis plenius continentur, quas ipſis Imperatoribus Romanis & Regibus reſervamus. Ut autem hæc omnia ſalva, integra, & illæſa juxta formam præſcriptam modis omnibus conſerventur, præſentes litteras Sigillis videlicet prædicti Reverendi in Chriſto Patris Domini Henrici Venerab. Epiſcopi Ratisbon: & noſtris, ac prædictorum Comitum, nec non Fidelis Noſtri Ulrici Nobilis de Abenſperg placuit communiri. Actum & Datum Ratisbonæ Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo, Nonageſimo quinto. III. Idus Auguſti. Nos verò Perngerus, Wernhardus, & Heinricus Comites de Leonberg recognoſcentes nos Eccleſiæ S. Emmerami ſæpius dictæ injuriam irrogaſſe, uſurpando, ſeu volendo nobis uſurpare *Advocatiam* prænominatam, & ratione ipſius damna eidem gravia inferendo, præſentibus confitemur, nos ceſſiſſe, & renunciaſſe ſimpliciter, & præciſe, pro Nobis & Hæredibus Noſtris nunc exiſtentibus, & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris, omni juri, ſi quod in Advocatia præmiſſa habere videbamur, vel potiùs ad

habendum injuriosè conabamur; obligantes Nos ac hæredes ac Succeſſores noſtros præſenti ſcripto ad ſolvendam pœnam trecentarum Marcarum argenti ponderis Ratisbonenſis ſolvendam ſecundùm arbitrium præſcriptum, ſi forte ipſum transgreſſi fuerimus in aliquo præmiſſorum, quæ in ipſo arbitrio ſuperius exprimuntur, eodem arbitrio in ſua firmitate nihilominus permanſuro. In cujus Ceſſionis, Renunciationis, & Obligationis per Nos factæ teſtimonium & obſervantiam inviolabilem præſentibus litteris Sigilla noſtra duximus appendenda. Actum & Datum loco, anno, & die ſuperius annotatis.

Sigillum.

NB. Vide quæ ſùprà pag. 230. &c. dicta ſunt.

Num. CCXXXI.

Rudolfus Comes Palatinus Reni Dux Bawarie unà cum Fratre ſuo *Ludovico*, Monaſterio S. Emmerami, jus Patronatûs in *Mospach* donat.

NOs *Rudolfus* Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux *Bawariæ*, notum facimus preſentium inſpectoribus Univerſis, quod nos una cum Kariſſimo Fratre noſtro Ludovico ad inſtantiam Venerabilis Dni *Karoli* Abbatis Eccle *Sancti Emmerami* Ratispone, precipue tamen in remedium anime nre, ac progenitorum noſtrorum Jus patronatus parrochie in *Mosbach* cum attinentibus filiabus ſite prope Caſtrum nrum Dræswitz, quod ad nos & progenitores nros usque ad hæc tempora pertinebat, donamus, & donavimus, tradimus, & tradidimus, aſſignamus & aſſignavimus eidem Dno Abbati, ſuisque Succeſſoribus Univerſis transferentes in eos & Eccliam S. Emmerami præfatum ipſm̃ jus Patronatûs parochie memorate, ac renuntiantes pro nobis & heredibus nris eidem Juri Patronat. quod nobis in ipſa Parochia Mospach hactenùs

nus competiit, vel competere videbatur, in cujus rei teſtimonium atque robur preſentes litteras conſcribi, & Sigillo nro fecimus roborari. Actum & Datum Ratispone anno Dni Milleſimo, Ducenteſimo Nonageſimo ſeptimo. VIII. Kalend. Junii.

Sigillum.

Nota. Singula Sigilla hucusque indigitata, Ceræ flavæ, ſed ob vetuſtatem iam nigreſcenti impreſſa ſunt.

Num. CCXXXII.

OTTO Hertzog in Bayrn, König ze Ungern ordnet, wie die Erben des Clabſchincks zu Ukenpeint/ wegen diſen Gut, gegen S. Emmeram ſich zu verhalten haben.

WIr Ott von GOts Genaden Chunch (König) ze Ungern, Pfallentzgraf ze Ryn und Herzog ze Bairen. Veriehen offenwar an diſem Brif, daz wir den Chrich (Krieg) der zwiſchen dem Gotshaus von Sand Haimeran ze Regenſpurch und Eberhardes des Chloſſchinchen lang geweſen iſt, umb datz Gut, datz Ukhenpeint, e datz wir Chunich wurden, alſo verſchaiden haben, und auch dieſelben Schidung an diſem Brif ſtaetigen, daz Eberhart der Claſſchinch, vnd ſin zwo Schweſter Cecilia, vnd Elsbet ſuelen Ukhenpeunt, beſucht vnd vnbeſucht wan zu ir dreien Leiben haben, vnd nach Leibgedinges Recht beſizen: mit der Beſchaidenhait, daz ſi hinz Sand Haimeram dem Spitalaer auf Sinem Chaſten alle Jar, biz Sand Gallen Tag, ſulen ein Schaf Weitzes, vier Schaf Rokhens, ein Schaf Gerſten, und vier Schaf Haberen Regenſpurger Mazze gewert, und gedinet haben, vnd auf Sand Martines Tag ein Pfunt Regenſpurger Pfening, die danne Gib und Gab ſind, vnd ſulen daz tun jarlich, ſwie iz chuemt an allen

Abganch, vnd swenne die drei Leib nicht mer sind, so ist Vkhenpeunt Sand Haimeram ledich, daz dchein (kein) ir Erbe, noch Freunt, noch ander ieman, ez sei Weib oder man, dem si villeicht ir Leip einen oder mer, an dem Gut, verchauft hieten, oder noch verchauften, nach den vorgenanten dreien Leiben fuerbaz daran nicht Rechtes haben suelen, wan sie daz an dez Aptes Hand, und an seines Conventes Vrlaub nicht mochten getuen. Ez sol auch Eberhart der Chlofschinch an Ukhenpeunt der erste Leib sin, der ander Leib ist Cecilia, der dritte Leib soll Elsbet sin, vnd swelches Jares Eberhart, den obgeschribenen Dingt nicht gab, so sol er dez anderen Jares denselben Dinst mit dzwi Gült geben, oder er ist gevallen von seinem Recht, daz er an Vkhenpeunt haben solt. Vnd sol danne Cecilia an sein statt sten vnd sol auch den versezzen Dienst von ir Bruder geben, oder si ist auch von ir Recht gevallen gaentzlich. Darnach sol Elsbet darsten, vnd sol denselben versezzen Dienst gar geben, und swa si dez nicht tut, so ist si von ir Recht auch gevallen, daz an Vkhenpeunt si noch dchein (kein) ir Freunt sol noch enmag fuerbaz dchein (kein) Recht gehaben. Ez ist auch mit der vorgenanten Schidung gestaetigt, swenne das Holtz ze Tunberch verchaufft wirt, so gevellent dez selben verchauften Holtzes zwai Tail an den Spitalaer, vnd daz dritte Tail die vorgenanten drei Leib. Daz daz also staet beliebe, geben wir disen Brif dem Gotshaus von Sand Haimeram ze Regenspurch, versigelt mit Vnsern Insigel vnd ist daz geschehen datz Lantzhut M. CCC. Vndecimo, an Sand Laurencii Tag.

Sigillum Cereum rubri coloris.

Num. CCXXXIII.

Wir Heinreich, Ott, und Heinreich von GOttes Gnaden Pfallentz-Grauen ze Rein vnd Herzogen in Baiern. Veriehen offenbar an disem Brief. Wan vns der Ersam

Abbt

Abbt Paldwein vnd daz Convent von Sand Haymeram beweist habent mit ir Hanvesten, die si gehabt habent, von Vnsern Vetern und Vatern Chunig Otten, vnd Herzog Stephan, den GOtt genad ꝛc.

[In disem Brief überlassen die Herzogen Closter S. Emmeram 3. Höf, zu Allcchouen: Mözing: und Lengveldt: wegen 3. hundert und sechzig Pfund Regenspurger Pfening ꝛc.]

Geben wir disen Brief mit Vnsern Insigeln versigelten. Daz ist geschehen ze Strubing, Millesimo CCC. Octavo decimo, an Sand Elsbetten Tag.

Sigillum	*Sigillum*	*Sigillum*
Henrici.	Ottonis.	Henrici.

Ex Cera flava sed obscura.

Num. CCXXXIV.

Schutz-Brief Ludovici Römischen Königs, wegen der Hofmarch Lauterbach, und den alten Vogt-Recht allda.

Wür Ludwich von GOttes Gnaden Römischer Chunich ze allen Zeiten, Merer des Riches. Enbietten allen den, die sehent disen Brief, Edeln, und Unedeln, wie sie genannt sunt, in Vnserem Lande ze Bairn. Vnser Huldte vnd alles Gut. Wan Wür von Vnsern Kunichlichen Ampt, vnd von angeborner Gütte aller Closster Schaden bewahrn solln. Vnd Iren Gemach und Frümen fördern und meren. Wellen wir und gebietten euch allen gemäniglich vnd jedem Manne besunderlich, vestiglich bey Vnsern Hulden, daß Ew dchainer über das alte Vogt-Recht ze Lauterbach, vnd über alle die Hoffmarch daselbst, daß mit Eigenschafft

gehört hanitzo St. Emmeram ze Regenspurg, phendte, vnd wollen auch das jeder Vogt, dem Wür die Vogtey uersetzen oder emphillen, die Stüfft stett habe, die der Abbt und das Closster ze St. Haimeram von alter Gewonheit vnd Rechten auf den vorgenanten Gütern hat zetun. Vnd In daran, als lieb Im Vnser Huld seye, nicht irre noch hünder. Der Brüf ist geben ze Ingolstatt des Pfinztags vor Lætare, da man zalt von Christs Geburt dreyzehenhundert Jar. Darnach in dem neunzehenten Jar. In den fünfften Jare Vnseres Riches.

Sigillum cereum rubri coloris.

Nota, De *Advocatia*, *Vogtey*, & *Iudicio* in *Lauterbach*, vide infra dissertationem de *Advocatia* Ecclesiæ S. Emmerami. Alia Ludovici Imperatoris Privilegia vide supra pag. 245. 246. 260. 265.

Num. CCXXXV.

Ludwig Römischer Kayser schützet das Closter S: Emmerami, wegen der Vogtey zu Eylsprun.

Wir Ludwich von GOttes Gnaden Römischer Cheyser ze allen Zitten, Merer des Richs veriehen offenbar an disen Brief und thun Chunt allen den die in sehent oder herent lesen, daß Wir einen Brief, den Vlrich und Wernhart Freien von Abensperch, dem Gottshaus, datz Sanct Haimeram ze Regensurg geben hett n, mit ir beder Insigl allerding gantz und unzerbrochen gesehen haben, der Brief stett von Wort ze Wort also. Ich Vlrich von Abensperch, vnd mein Bruder Wernhart veriehen an disen Brief, daß die Vogtey datz Eylsbrun hintz dem Gottshaus von Sand Haymeran datz Regenspurg lediglich gehöret, vnd datz si Vnserem Vatter Herrn Vlrich dem GOtt gnad, von desselben Gottshaus Herrn Abbt Wernhern, dem auch GOtt gnad, auf sein Trew empfoh-

empfohlen ward, samb der Brief wol saget, den er darüber demselben Herrn Abbt Wernhern vnd seinem Gottshaus geben muß, vnd daran auch veriehen, wie sie im empfolchen war, also veriehen auch Wir, daß Vns die vorgenannt Vogtey auf Vnser Trew empfolchen ist, mit der Bescheidenheit, daß Wir sollen vnd auch wollen lauterlich durch GOtt, Leut, vnd Gut, datz Eylsbrune in Vnsern Schirm und Fride haben, vnd sullen, darum nichts mütte, dan was von dem Gericht Wandel geuellet, so soll ie von denselben Wandlen der dritte Pfening vnd dem Gottshaus die zwen geuallen, nichts mer sillen wir müten, noch dchain ander Recht, noch an Holtz, noch an andern Sachen nit heben an als vil daß man Vns dieweil wür Leut, Gut, und Holtz wol befriden so sol man Vns alle Jahr, am Sandt Haymerams Abend oder an den Tag von dem Gotzhaus ze Sand Haymeran der Werchmaister mit zweyen geuiltzten Schuhen, und der Pfarer datz Eylsbrun mit einen halben Pfund Regensurger Pfening ze lib werden. Wen auch wir des vorgenanten Guts nicht beschermen mechten, oder ob wir fürbas grifen, dan oben geschriben ist, so sol, wer dan Herr vnd Abbt datz Sand Haymeran ist, die Vogtey empfelhen, wem er will, oder so si selber seinen Gottshaus behalten, vnd müg wir in dem des nicht vor noch wider gesein. Wir veriehen auch, daß wir die vorgenanten Vogtey sullen, noch mügen gen niemand an werden, es würd Vns dann von dem Gottshaus erlaubet, darzu gehaiß wir dem vorgenannten Herrn Abbt Heinrich vnd seinen Gottshaus bey Vnseren Trewen, daß wür aber all Sand Haymerams Vogtey nit mehr Vogtrechts nemen, dan vor Vnsen her Vnser Vatter genomen hat, vnd wollen daß ee ringern ee wir es hohen, vnd daß das also von Vns vnd von Vnsern Erben stett vnd unzerbrochen imermer ewiglich beleib. Geben wir Im vnd seinen Gottshaus disen Brif, mit Vnserem Insigel versigelt, des ist Zuich Herr Paldwin von Parwing, Burgermeister zu Regenspurg, Herr Albrecht von Lerchenveld Herr Hainrich der Alenstorffer, Herr Bernh't von Ofenstetten, Heinrich von Awe, vnd sein Bruder Herweich, Werent der Probst und andere getreue Leut, das ist geschehen, da man zalt von Christes Geburt dreyzehenhundert Jar, darnach an den sechsten Jar des Freytags nach Sand Erharts-Tag. Wir haben auch von der vorgenanten Vlrichs und Wernharts von Abensperg Vatter,

ter, der auch Vlrich hieß, einen Briet gesehen, der geschriben was in der Latin, daran derselbe Vlrich dem Gottshaus ze Sand Haymeran ze Regenspurg erchant an den Guten vnd an der Vogty ze Eylsbrun alle die Recht die voran seiner zweyer Sun Vlrich und Wernhards Brief geschriben sind ꝛc. Vnd wan Wir dem Gotshaus datz Sand Haymeran daß Vnser vnd Vnser Brüder Römischen Chayser Stifft ist, schuldig seyn, die wir es bey seinen Rechten vnd Gueten behalten, welen Wir vnd gebieten vesticlich bey Vnsern Chayserlicken Gewalt, daß Purchart der Reysacher, der die vorgenante Vogty ze Eylsbrun ze disen Zeiten inne hat, in des Vatter Hand, die egenante Vogty ze Eylsbrune, von dem vorgeschribenen Vlrichen von Abensperch dem alten chomen ist, oder wer dieselben Vogty fürbas inne habe, nicht mer vorder oder neme von denselben Gute, vnd Leuten ze Eylsbrune vnd was darzu gehert, Holtz vnd Veldt, dan eben geschriben ist ein halbes Pfundt Pfening von dem Pfarer zu Eylsbrune, vnd zwen geuiltzter Schuhe von dem Gottshaus datz Sand Haymeram, vnd den dritten Pfening von dem Gericht daselben, Ob der vorgent Purchard der Reysacher oder wer die Vogty fürbas inne hat, daß mit cheinen Sachen überfüren, wer dann Abbt ist datz Sand Haymeram, der solle vollen Gewalt haben, dieselbe Vogty lassen wem er will, oder dieselben Vogty Im und seinen Gottshaus zebehalten, vnd soll In daran nieman irren, oder chrenchen, Wir wollen auch daß die vorgeschriben Recht an der Vogty ze Elsbrune vnd an allen due vnd vorgeschriben ist, steet vnd unzerbrochen ewichlich beleibe, also daß nieman dawider weder Nutz oder Gewer oder chainerley Fürzoch fürbas helffen soll noch möch, und darüber ze Vrkund geben wir In disen Brief mit Vnserm Chayserlichen Insigel versigelten, der geben ist ze München an den sechsten Sontag vor Sand Michals-Tag, da man zalt von Christes Geburt dreyzehenhundert Jahr, darnach in dem dreyßigisten Jar. In dem sechzehenden Jar Vnsers Reichs, vnd in dem dritten des Cheyserthums . . . .

Sigillum.

Nota. De Advocatia in *Eylsprun* vide infra Dissertationem de *Advocatia Ecclesiæ S. Emmerami.*

Num.

Num. CCXXXVI.

Ulrich von Abensperg gibt die Vogtey so er zu Uchkenpiunt (Luckenpeint) von St. Emmeram zu Lehen gehabt, dem Closter wieder zuruck, aber ohne Anlassung des Gerichts alda, so er sich vorbehalten.

Ich Vlrich von Abensperg, vergich vnd tun chunt offenbar an disem Briefe, allen den die in sehent oder hörent lesen, daz für mich cham Ruprecht von Haydaw, Offmey sein Haus-Fraw, vnd Karl Ir peider Sun, vnd mich mit allen Fleizze paten, daz ich von in aufnam die Vogttay ze Uckenpeunt, die si von mir vnd von meinen Voruodern ze Lehen gehabt habent, die ich von dem Gotzhause datz Sand Haymeram ze Regenspurch ze Lehen han, do dieselben Gut mit der Aigenschafft hingehörent, vnd poten mich auch fleizzictaich, daz ich die egenanten Vogttay dem Gotzhause datz Sand Haymeram ze Regenspurg, ze Durchschlacht aufgab, vnd ledich sagtt. Nu han ich durch fleizzige Pet willen des egenanten Ruprechts Offmeyn seiner Haus-Fraun vnd Karls Ir paider Sün, vnd besunderlich durch des Ersamen Herrn Herrn Albrechts des Abbtes datz Sand Haymeram ze Regenspurg, vnd seines Gotzhauses willen, die offt geschriben Vogttay ze Uchenpeunt von dem vorgenanten Ruprechten seiner Haus-Fraun Offmeyn vnd von Ir Sun Karln, swaz si da selben von mir gehabt habent an daz Gericht (ohne das Gericht) daselben, aufgenomen, vnd han si dem Gotzhause datz Sand Haymeram ze Regens: aufgeben freylich vnd ledig gesagtt, für mich vnd mein Erben, vnd gib si auf demselben Gotzhause offentlich an disem Briefe, also datz weder Ich, noch Mein Erben, noch der egenant Ruprecht, Offmey sein Haus-Fraw noch Karl ir paider Sun noch Nieman von Meinen, oder von iren wegen auf dieselben Vogttay fürbatz ewicleich, nichts mer zesprechen habent, weder wenich oder vil. Ich setz auch datz vorgenant Gotzhause der vorgeschriben Vogttay ze Uchenpeunt an disen Briefe in Nutz vnd in Gewer. Also datz der Ersam Herr Abtt Albrecht der ze disen Zeiten Abtt ist, oder sein Nachchomen mit derselben

Vogttay ze disen Zeiten, vnd fürbatz ires Gotzhauses Frum schaffen mögen, swie si wollent. Vnd datz alles datz vorgeschriben ist, stat vnd unzerbrochen beleibe, dorüber ze einen Urchunde gib ich disen Briefe, mit meinen Insigel besigelten, Des sint gezuigen Ludwig mein Schreiber, Ulrich der Wymer, Reymbot von Smidmillen, Heinrich der Tanlober, vnd ander frume Läut ein Michel tail. Datz ist geschehen ze Regenspurg do man zalt von Christes Gepurt dreuzehen hundert Jar, darnach in den einem vnd dreizzigisten Jar, an Sant Thomas Abent.

Sigillum.

Nota. *Ulricus* Abenspergensis *Vogteiam* quidem Monasterio S. Emmerami resignavit, *Judicium* autem sibi reservavit, quod æque à Monasterio S. Emmerami prius acceperat; Nisi enim accepisset, non diceret, *se judicium sibi reservare.* Itaque *Vogteiam* unà cum *Jurisdictione* quidem accepit, prius resignavit, alterum sibi retinuit. En *Vogteiam* distinctam à *Judicio* sive *Jurisdictione!* vide infra Dissertat. de *Advocatia S. Emmerami &c.*

Num. CCXXXVII.

Ludwich Römischer Kayser nihmet in seinen besonderen Schutz die Hoffmarch ze Lautterbach, und ze Vogtareith.

Wür Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Chayser ze allen Zitten Merer des Richs. Enbietten Heinrich von Gumpenberg unserm Vitztumb, oder wer fürbas nach ihm Vitztumb ist, und allen unseren Amtleuthen, Richtern, und Vogten und Schergen die jetzo sint oder hernach werdent, unser Hulde und alles Gut. Wann wür die Hoffmarch ze Lautterbach und ze Vogtareith die daz Gottshaus daz Sand Heymram angehörent in unser besundere Gnade und Scherme genomen haben, von Gunst wegen

gen, die wür denselben Gottshause daz St. Heymeram tragen, also daß wür nicht wollen, daß jeman in den vorgenanten Hoffmarchen über Leut oder über Gutt ze richten habe, umbe keinerley Sache, wie die genanndt ist, denne die Pröbst, oder die Pfleger, die da sint von des Gottshaus wegen, ausgenommen der dreyer haupt Sache die zu dem Tode gehörent, das ist umbe Todschlage, umbe Deuf und Notnunfft, da solt ihr vorgenant Amptleutte umbe richten, und zu den Todtschlagen mayn wür nicht vliezzende Wunden, die zu den Todt nit gehörent, und ander so getan Sache. Davon wellen wür, und gebietten euch vestichlichen, daß ihr in die Gnade mit nichtin übervaret, sunder daß ihr sie daran scherment, wo in des Not sey. Und darüber ze einen Urkunde geben wir in disen Briefe versigelten mit unseren Insigel. Der geben ist ze Regenspurg an der Mittwochen vor dem Palmtag, daß man zalt von Christes Geburt dreyzehenhundert Jahr, darnach in dem einen und dreyßigisten Jar in dem sibenzehenden Jahr unsers Richs: und in dem vierden des Cheyserthums.

Sigillum

De Præpositura *Lauterbach* & *Vogteyreut* vide infra Dissertationem de *Advocatia* Eccleſiæ S. Emmerami.

Num. CCXXXVIII.

Ludwig Römischer Kayser befilcht seinen Viztumen, Richtern, alle Unterthanen des GOttshauß zu St. Emeram, zu Inning zu schützen, und dem Closter keinen Einhalt zu thuen.

Wür Ludowig von GOttes Gnaden Römischer Cheyser ze allen Zeitten Merer des Riches. Verichen offentlich an disem Brief. daß wir dem Geistlichen Mann dem Probst von In-

ning Pfleger des Gotzhuſes von Sandt Heimbram ze Regenſpurg die Gnad getan haben, daß Wir nicht wellen, daß Jeman Sein, vnd Seines GOttshauß Leut oder Ander, die auf Sein vnd Seines GOttshauß Gütter geſetzen ſind, icht pfende noch gepfenden mag, dan vmb die Gült vnd Dünſt, die Sie demſelben Probſt vnd dem GOttshuſe von dem Gutten durch recht tun vnd geben ſollen. Vnd wellen vnd gebüetten allen Unſern Amptleuten, Viztumen, Richtern, die itzu Sünd oder Fürbaß werdent veſticlich. daß Si den vorgemelten Probſt vnd auch ſeines GOttshuſes Leuth von Vnſern wegen an den Vnſern Gnaden ſchürmen gen aller Mänclich, bey Vnſern Hulden. Ze Vrchund diſes Briefs, der geben iſt ze München an St. Stephans Tag in den Weynachten. do man zalt von Criſſtes Gepurt dreyzehen hundert Jar, darnach in dem zwey vnd dreyſſigiſten Jar. in dem neunzehenten Jar Vnſeres Richs, vnd in dem fünfften des Cheyſertumbs.

Sigillum.

Nota. Bona in *Inning* ſive *Yſininga* (propè *Arting* in ſuperiori Bavaria) *Percthoidus* de Orientali Francia Comes, una cum conjuge ſua *Helicſuinda* S. Emmeramo donavit, circa finem Sæculi X, in manum ſcil. *Ramvoldi* Abbatis ad S. Emmeramum. Hæc ex Noſtro Codice Traditionum exhibet R. P. Bernardus Pez. Tom. I. Theſaur: Anecdot. Parte III. pag. 92. Cap. XX. At idem R. P. Pezius citato Tom. I. Parte III. pag. 130. Cap. CXI. aliam quoque traditionem ex Codice noſtro deſcripſit, ubi hæc verba leguntur, [*quidam homo, nomine Gozrat . . . unus de familia Isningenſi* (Inning) *quam* Comes PERTHOLDUS, PATER DUCIS OTTONIS *S. Emmeramo tradidit &c.*] Quis iſte *Pertholdus* fuerit? qua Ratione *Pater Ducis Ottonis* dici poſſit? aliis inveſtigandum relinquo.

Vide infra pag 557, ubi quae hîc dicuntur, revocantur, ac de Yſininga ſeu Yſelinga longe Ratisbonam interlabente aſſeruntur.

Num. CCXXXIX.

Ludwig Römischer Kayser ertheilet Alberto Fürst- und Abbten zu Sandt Haimram das Privilegium, daß, wann derselbe ausserhalb Regenspurg auf die Bayrische Gericht geladen wird, der Cläger aber nit erscheint, noch claget, der Abbt nicht mehr, oder ein ander an sein statt erscheinen dörffe.

Wir Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Cheyser ze allen Zitten Merer des Richs. Veriehen offentlich an disen Brief, das wir unsern lieben Fürsten Albrechten Abbt daz Sandt Heimram ze Regenspurg die besunderen Genadte gethan haben und tun auch mit disen Brief. daz wir wellen füran er von yemann her auz von Regenspurg geladen wirt auff unser Gerichte, und die oder der die In geladen haben auf demselben Tag, nicht klagent, noch erscheinent, daz er fürbas ledig seye derselben Ansprach auch keines Rechts gebunden seye fürann, daz ist, das er oder jemann von seinen wegen auf dem Tag und Gericht erscheinet, und Jener nicht da clagent die In für das Gericht geladen haben, und wollen auch nicht, das ihm dise unser Gnade jemann überfahre bey unsern Hulden. Ze Urkund dises Brieffes, der geben ist zu München an dem Erctag vor dem Palmtag. Da mann zelt vor Christes Geburt, drinzehen hundert Jar. Darnach in den zwey und dreysigisten Jar. in dem achtzehenden Jar unseres Richs, und in dem fünfften des Cheyserthums.

Sigillum.

Nota. Ludovicus Imperator vocat *Albertum* Abbatem, DILECTUM SUUM PRINCIPEM.

Num. CCXL.

WIr Heinrich der Elter von GOttes Gnaden Pfallentz-Grafe bey dem Rejn, vnd Herzog in Bayern. Veriehen offenbar an disen Brief.

[Henricus bestettiget den Vertrag zwischen Abbt Albrechten zu Sand Haymeran, vnd zwischen Ruprechten von Haydau, Offmyn seiner Haußfrauen vnd Karls ir peder Sun.]

Geben wir den offtgenanten GOttshause disen Brieff besigelt mit vnsern Insigel, der gegeben ist ze Landshute, do man zalt von Christes Gepurt dreuzehen hundert Jar, darnach in dem zway vnd dreizigisten Jar. des nächsten Tags, nach der heiligen zwelf Poten Tag Symonis & Jude.

Sigillum.

Num. CCXLI.

WIr Hunrich von GOttes Gnaden Pfallentz-Graf ze Reyn vnd Herzog in Bayern. Veriehen ꝛc.

[Herzog Heinrich beschüzet das Closster S. Emmerami wider die Burger zu Strubing, vnd ordnet, daß das Closster Sand Haymeran von dessen Hauß zu Strubing denen Burgern vnd der Statt daselben jarlich nit mer, dan ain Pfund Pfennig Regenspurger ze Stewr geben solle.]

Gegeben ze Lantshueth, do man zalt von Christes Gepurt dreutzehen hundert Jar, darnach in dem vier vnd dreyssigisten Jar an dem Palmtag.

Sigillum.

An idem Henricus, qui Prior? nescio.

Num. CCXLII.

Ludwig Römischer Kayser befreyet das Closter S. Emmerami von allen Zoll, in Abführung des Getraids.

Wür Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeitten Mehrer des Reichs, veriehen offentlich an disem Brief und thuen kunt allen den die ihn sehent hörnt oder lesent, das wür den Ehrbaren Geistlichen Mannen dem Abbt und dem Convent des GOttshauß zu St. Haymeram in Regenspurg, unsern lieben demüthigen, zuvorderist durch GOtt, und durch unser und unserer Vorderen Seell willen die Gnad getan haben und thuen auch mit disen Brief, das sie alles ihr Korn und Getraid das Sye zu Lautterbach, und auch anderthalb in unserm Land zu Bayrn habent, Zohlfrey und ohn allem Zohl jährlich führen sollen und mögen für unserm Zohl zu der Neustatt, und für alle andere unsere Zöhl die Donau ab gen Regenspurg, wann Sye uns gelobt und geheissen haben daß Sie alle Jahr unsern und unserer Vordern Jahrtag mit einer Meß begehen sollen, und davon wollen und gebietten wür allen unsern Zollneren die iezo sint, oder fürbas werdent, das Sie Ihn dis unsere Gnad stett halten und die mit keiner Sach übervahren, noch sie daran nit angreiffen, laydigen oder beschwären in kein Weis bey unseren Hulden. Wer aber darüber einerley Mautt oder Zohl vorderen oder nehmen, der soll wissen das der schwerhlichen in unser Ungnad darum gefallen wär. Und darüber zu einen Urchund geben wür Ihnen disen Brief besiglet mit unsern Kayserl. Insigel, der geben ist zu Landshuett an unser Frauen Abend als sie geboren ward, nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jahr darnach in dem neun und dreysigisten Jahr, in dem fünff und zwanzigisten Jahr unsers Reichs, und in dem zwölfften Jahr des Cheyserthumbs.

Sigillum.

Num. CCXLIII.

Ludwig Herzog in Bayrn, Margraue zu Brandenburg nimmet in seinen besonderen Schutz die Hoffmarchen ze Lautterbach, vnd ze Vogtareut.

Wir Ludwig von GOttes Genaden, Margraue zu Brandenburg vnd ze Lusitz Pfallentzgraue bi Ryn, Herzog in Beyrn und in Kerenden, des heiligen Römischen Reich Obrister Kamerer Graf ze Tyroll und ze Görtz. Vogt der GOttshüser Aglay, Trient und Brüchsen, Enbietten allen unsern Ambtleuthen, Viztumen, Pflegern, Richtern, Schörgen, und anderen wie die genanndt sind, die iezund sünd, oder fürbazz werdent in unsern Land ze Beyrn unser Huld und alles Guett. Wann wir die Hoffmarch ze Lautterbach und ze Vogteyrut, die das GOttshauß ze Sand Haimram angehörent in uns besunder Gnad und Schirmen genommen haben, von besunder Gunst wegen, die wir demselben GOttshauß tragen, also daz wir nicht wollen, daz iemand in den vorgenanten Hoffmarchen über Lutt oder Gutt icht ze richten hat, umb chainerley Sach, wie die genanndt ist, dann die Pröbst oder die Pfleger die da von des vorgen. GOttshauß wegen sund, vzgenomen dan dreyer Sach, die zu dem Todt gehören, das ist umb Tottschlag, Deuf, und Nottnunfft, die süllent ir selber richten, und zu den Todtschlegen maynen wir nicht, vliessend Wunden, die zu den Todt nicht gehören, und andere so Sach, davon wollen wir und gebietten wir vestiglich bi unsern Huld. Daz ir in die selben Genad stett halt, und mit nichten übervart, noch sie daran bekränckt, in kein Wise, sunder wollen wür das ihr das egenant GOttshaus darauf schirmt, wa in das Noth beschah, als in das unser lieben Vatter und Herr Seelig Kais. Ludwig mit Sinen Briefen verschriben hatt. Zu Vrkundt dises Briefs, der geben ist ze Landshuett an Erctag nach Agnetis nach Christus Geburt drinzehen hundert Jahr, vnd darnach in den acht- und vierzigisten Jare.

Sigillum cereum rubrum.

Nota.

Nota. Hîc incipiunt Sigilla ceræ rubræ impreſſa. Excepto ſuperiùs parvo Sigillo *Stephani* Ducis ad Num. CCXXIX. Item Sigillô *ſecretô* Ludovici Regis ad Num. CCXXXIV. quæ Sigilla etiam rubræ ceræ impreſſa ſunt.

Num. CCXLIV.

Ludwig Herzog in Bayrn, Margraue zu Brandenburg, beſtättiget dem Cloſter die Zohl-Befreyung in Abführung des Getraids.

Wür Ludwig von GOttes Genaden Margraue ze Brandenburg und ze Luſitz, Pfallentzgraff bi Rin Herzog in Beyrn, und in Kerndn, des heiligen Römiſchen Richt obereſter Kamerer, Graff ze Tyrol, und ze Görtz, und Vogt der GOttshüſer Aglay, Trient, und Brichſen, veryehen offentlich mit diſen Brief, das für uns chomen iſt, der Erber Geyſtlich Mann Abbt .., von Sandt Heimram ze Regenſpurg unſer demüthiger lieber: und hat uns vlizlichen gebetten, das wür im und ſeinem Convent wulten beſtettigen die Handveſte, die ſie von unſern lieben Herrn und Vatter Kayſer Ludwig von Rom ſeeligen hettin. Die von Wort ze Wort behaltent als hienach geſchriben ſtett. Wir Ludwig von GOttes Genaden Römiſcher Keyſer ze allen Zitten Merer des Richs, veryehen offentlichen an diſen Brief, und tun chund alln den, die in ſehent, leſent, oder herent leſen, das wir den erb'n geiſtlichen Mannen ... dem Abbt und ... dem Convent des GOttzhuſes daz Sand Haimeram ze Regenſpurg unſern lieben demüehtigen ze vorderiſt durch GOtt und unſer und unſer Vorderen Sel willen, die Gnad getan haben, und tun auch mit diſen Brief, das ſie alles ir Khorn und Trayde, das ſie ze Lautterbach und anderhalb, überal in unſerem Land ze Beyrn habend, Zollfrey, und ohn allen Zoll järlichen fuhren ſüllen, und mügen für unſeren Zoll ze der Newenſtatt, und für alle andere unſere Zölle die Tunaw ab gen Regenſpurg, wann Sie uns gelobt und gehaiſſen haben, das ſie alle Jare

VOn GOttes Genaden. Wir Ferdinand Maria in Ober- und Nider-Bayrn, auch der Obern Pfaltz Hertzog, Pfaltz-Graf bey Rhein, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truckseß, und Churfürst, Land-Graf zu Leichtenberg. Bekhennen als der Zeit ainig regierender Chur- und Lands-Fürst für Uns, Unsere Erben, und Nachkomen mit disem Brief offentlich, und thuen kund meniglichen, daß Wür den Würdigen in GOtt Unsern Lieben und Getreuen Cœlestinum Abbten des Gottshaus zu S. Emmeram in Regenspurg sein Convent und Nachkomen, auch Ir Hoffmarch, Probst- und Vogt-Gericht zu Lautterbach und Vogtareit mit sambt allen Güttern, Gülten, Leuthen, und Hindersassen, so in dieselbe Probst- und Vogt-Gericht gehörig seind, auch all andere die Iren, in Vnseren Hertzogthumb Bayrn seßhafft aus sonderbaren genedigisten Willen, so Weyland Vnsere geehrte Vorfahrer löblicher Gedächtnuß, wie nit weniger des Durchleuchtigisten Fürsten und Herrn Herrn Maximilianus in Ober- und Nider-Bayrns, auch der Oberen Pfaltz Hertzogens, Pfaltz-Grauens bey Rhein, des Heil. Römischen Reichs Ertz-Truckssessens, und Churfürstens; Land-Grafens zu Leichtenberg Vnseres genedigist geliebsten Herrn Vatters Durchläucht zu gedachten Gottshaus gehabt, und Wür jetzo auch zu denselben tragen, in Unsern sondern Schutz, Schürmb, und Gnad zu aller Billigkeit genomen, und Innen darzu all Ir Privilegia, Handveste, Recht, Genad, Freyheit, Gericht, gut Gewonheit, und alt löblich Herkomen, wie Sye die von Römischen Kayfern, und Königen, auch andern Fürsten von Bayrn, Unseren Vorfahren seeligisten Angedenckens erlangt, und in Gebrauch hergebracht, bestettiget, und verneuert haben. Besteten und verneuern Innen auch dieselben hiemit wissentlich und im Crafft dis Briefs in allen Iren Puncten und Articln, als wären die von Wort zu Wort hierin begrüffen, und beschriben, also daß Sye und alle Ire Nachkomen,

komen, darbey bleiben, und dero fürbas genieſſen, auch die gebrauchen, und haben ſollen, und mögen, ohne Unſer, Unſer Erben und meniglichs von unſertwegen Irrung und Hindernuß, treulich ohne Geuerde. Gebietten darauf allen und jeden Unſeren Statthaltern, Hoff-Raths-Præſidenten, Vitzthumen, Haubtleutten, Pflegern, Jägermeiſtern, Zollnern, Mauttnern, und all anderen gegenwärtig, und könfftigen Ober- und Unter-Ambtleuthen, Unterthanen, und Getreuen, dem obvermelten Abbt und Convent zu St. Haymeran Ir Gottshaus und Nachkomen bey ſolch ihren Privilegien, Freyheiten, Genaden, Rechten, Gerichten, Hofmarchen, Leutten, Gülten, Güttern, und guten Gewonheiten wie Sye die hergebracht haben, ungehindert bleiben zlaſſen, darin nit zugreiffen, noch darwider zu thuen, auch niemand andern geſtatten in kein weg. Des zu wahren Urkund haben wir diſen Brief mit aigner Hand unterſchriben, und Unſer Secret Inſigl hieran zu hangen beuolchen. Geſchehen in Unſer Haubt- und Reſidentz-Statt München den acht und zwainzigiſten Monaths-Tag Novembris, als man nach unſers lieben HErrn und Seeligmachers JEſu Chriſti Gnadenreichen Geburt zelt im aintauſent ſechshundert zwey und ſechzigiſten Jahr.

Ferdinand Maria Churfürſt.

Num. CCLXXXV.

Schutz-Brief und Beſtättigung aller Privilegien, ertheilt von Maximiliano Emmanuel &c.

Wir von GOttes Genaden. MAXIMILIAN EMANUEL &c. (Beſtättiget alle Privilegien ꝛc. dem GOtts-Haus S. Emmeram mit einem offentlichen, dem vorigen gleichlaut-

tenden Brief.) Geschehen in Unserer Haupt- und Residentz-Statt München, den sechs und zwantzigisten Monaths-Tag Octobris, im aintausent sibenhundert, und sechzehenten Jahr.

Max. Emmanuel. Churfürst.

Sigillum.

DE

DE ADVOCATIS ECCLESIARUM ET MONASTERII S. EMMERAMI.

NOn ingratum lectori fore judico, si post exhibitas veteres chartas, brevem de *Advocatis Ecclesiarum*, notitiam hîc adjungam, quam ex *Thomassino* de veteri & nova Disciplina, Parte III. Lib. II. Cap. LV. Item ex *Ludovici Antonii Muratorii* Dissertatione sexagesima tertia. pag. 275. Tom. V. *Antiquitat. Italic. Medii Ævi*: denique ex *Glossario Infimæ Latinitatis*, Du Cangii, verbô: *Advocatus &c.* collegi. Prius de *Advocatis Ecclesiarum* in communi, dein *de Advocatis Monasterii S. Emmerami* differam.

§. I. ADVOCATI, DEFENSORES Ecclesiarum, ad tuendas Ecclesiarum res, jura, bona, prædia defendenda instituti erant, scilicet, ut in publicis Judiciis contra perturbatores, agerent, & Ecclesiarum bona defenderent; *Causidici*; cùm enim legum civilium scientiam haberent, juxta scientiæ principia, Res Ecclesiarum & Monasteriorum tueri poterant. Ex Laicorum statu assumpti erant; Licet Clerici subin in Judiciis comparuissent, Negotia tamen Ecclesiarum per hos Advocatos tunc præsentes tractata fuerant. *Arnoldus* noster, Monachus ad S. Emmeramum, illos, DEFENSORES vocat, quod nomen eis initio proprium erat, scribit Laudatus noster Arnoldus Sæculi XI. Scriptor, Lib. I. de Miraculis S. Emmerami, Cap. XIII. pag. 113.

Advocati Ecclesiarum

Earum erant Defensores.

Antiq. Lection. Henrici Canisii apud Basnage. Tom. III. *Michaelem* Episcopum Ratisbonensem ad tuendas res S. Emmerami assumpsisse DEFENSORES [*Is* ergo *(Michael) pro rebus Martyris DEFENSORIBUS assumptis &c.*] Item Libro II. de Miraculis, sive in Dialogo suo, citato locô apud Basnage pag. 147. [*Unde & à DEFENSORE nostro publicè Mendacii & falsitatis notatus.*] Præter hos *Defensores*, seu Advocatos, qui linquâ tantùm res Ecclesiarum tuebantur, alii erant *Defensores*, *Advocati*, qui Armîs defendebant. De his postea. Ipsi Reges, & Principes Advocatos, & Defensores Ecclesiarum sese dici, honori sibi ducebant, hinc

Advocati Honorarii.

Advocati Honorarii, *Advocatia Honoraria*, absque reditibus. Immò Reges, Principes, Duces, multa bona Ecclesiis contulerunt, nedum ab illis mercedem pro tutela petierunt. Anno 813. in Concilio Moguntino Canone 50. Episcopi & Abbates jussi sunt, (Antiquioribus temporibus *Advocati* Ecclesiarum jam constituti fuerant)

Advocati Ordinarii eligebantur.

ut sibi eligerent, *Advocatos bonos*, *non crudeles*, *non cupidos*, *non perjuros*, *non falsitatem amantes*, *sed Deum timentes & in omnibus justitiam diligentes.* Advocatos quosdam etiam, primis temporibus, officiô suo malè functos esse coniicere licet, cùm hæc Regula à Concilio Moguntino pro Electione Advocatorum statuta fuerit. Eligebantur autem in præsentia Comitis vel Magistratûs Regii. An semper id factum fuerit? affirmare nequeo. Quòd autem in præsentia Comitis, vel Magistratûs Regii ista Electio præscripta fuerit, Ei causæ tribuendum videtur, scilicet, ut BONI coram comitibus, testibus, approbatoribus assumerentur. Plurimis Ecclesiis & Monasteriis (quòd Reges & Comites semper adire incommodum esset) licentia facta est, pro *Arbitrio* suos eligendi

Subin à Regibus constituti.

Advocatos, quos prius, Ipsi Reges subinde constituerant. Jubent Capitularia Caroli Magni, ut pro Ecclesiarum causis, ac necessitatibus earum, atque servorum Dei, Executores vel Advocati, seu Defensores, quoties necessitas ingruerit, à Principe postulentur, & ab eo fideliter atque libenter juxta Canonicas sanctiones fidelissimi dentur. Lib. 5. Cap. 31. Lib. 7. Cap. 308. *Thomassinus* de veteri & nova Disciplina Parte III. Lib. II. Cap. LV. Num. I. *Advocatos*, *Defensores* hîc præscriptos, à Prioribus (vi Canon. 50. Concilii Moguntini) instituendis, & eligendis distinctos, nec Ecclesiis, nisi ad expediendam, diffiniendamque graviorem aliquam causam,

cauſam, datos: Priores verò electos, *perpetuos* & ad *cauſas omnes* ordinatos: vel Decretum iſtud à Francicis Regibus poſtea abrogatum, & Eccleſiis eligendi ſuos Advocatos privilegium conceſſum fuiſſe putat. Et ſanè verba Capitularis citati, *pro Eccleſiarum neceſſitatibus* „ *Quoties neceſſitas ingruerit* „ id indigitare & præcipere videntur, ſcil. ut *Advocati* à Principe in NECESSITATE tantùm poſtulentur. In Bullis & Diplomatibus Monaſterio S. Emmerami conceſſis (vide pag. 91. in Diplomate *Ludovici* Regis, *Arnulfi* Imperatoris filii] hæc leguntur: *niſi forte Abbas Advocatum ſuum, vel Judices noſtros vocare DELIBERAVERIT, AD ALIQUA ARDUA COMPLANANDA.* Num. LVI. pag. 141. à *Lucio II.* P. M. Monachis S. Emmerami libertas conceditur, utiliorem Advocatum, *ſi eis viſum fuerit*, inutili remotô, inſtituendi. *Fridericus I.* Imperator (vide Num. LVII. pag. 147.) decernit ut LIBERUM ſit *Abbati S. Emmerami vocare Judices Regios ad perplexa determinanda.* Reliqua cuncta, peragebant Advocati, Cauſidici, legis periti, Ordinarii, judicium etiam ferebant in ſubditos Eccleſiarum, poſtquam Monaſteriis privilegium Judicii in ſuos ſubditos ab Imperatoribus conceſſum fuerat; Antea autem Advocati tantùm defendebant res Monaſterii in Judicio Comitum, nullum verò judicium ipſimet exercebant. Quòd vero hi tales *Advocati*, UBIQUE, & SEMPER à Regibus conſtituti fuerint, vix affirmari poſſe videtur, cùm Canon. 50. Concilii Moguntini jubeat Epiſcopos & Abbares, ſibi ELIGERE Advocatos bonos. At, quidquid in aliis Eccleſiis vel Monaſteriis Reges circa *Advocatos* ordinaverint. Ego in noſtris chartis (poſtquam Monaſterium tempore S. Wolfgangi proprium denuo Abbatem accepit,) non invenio, à Rege, vel Imperatore Monachis S. Emmerami *Advocatum* quemdam datum fuiſſe. *Advocati*, Laici erant, (ut ſupra dixi,) Ideo enim Epiſcopi, Abbates, Sacerdotes, *Advocatos* ſibi eligere juſſi ſunt, ne in ſæcularium judiciis agere, & juramentum præſtare deberent.

§. II. Una Eccleſia plures ſubin habuit *Advocatos*, ob res ſuas in variis locis & Comitatibus ſitas. Plures Advocatos, Cauſidicos, Uni Eccleſiæ addictos fuiſſe multîs exemplîs Thomaſſinus, & Muratorius oſtendunt. Colligitur id quoque ex noſtris Diplomatibus *Caroli Craſſi* Num. XXLV. pag. 66. *Arnulfi* Imperatoris Num. Una Eccleſia etiam Plures habuit Advocatos.

Num. XXVIII. pag. 78. multísque poſtea (de Advocatia S. Emmerami) adducendis teſtimoniis. Aliquos Nobiles ſeſe ipſos, Monachîs invitîs, tanquam Advocatos, *à Nemine alio conſtitutos* geſſiſſe patet ex Numero CIX. pag. 227. & Numero CX. pag. 230.

Eorum Munus

Advocatorum Munus erat, ut Comitum *placitis*, (Judiciis) intereſſent, & Eccleſiarum ſuarum jura tuerentur. In alienationibus, permutationibus rerum ad Eccleſias ſpectantium eorum conſenſus vel ſaltem interventus requirebantur, ſcilicet, ut eorum conſilio cuncta ad utilitatem perficerentur. Eruditiſſimus Muratorius Diſſertatione 63. pag. 276. Tom. V. *Antiquitatum Italicarum medii Ævi* Chartam quamdam exhibet, ut ex ea, quæ in *Placitis* ſive Judiciis, antiquis temporibus Advocatorum partes fuiſſent, intelligi queant. Du-Cangius in ſuo Gloſſario, *verbô*: ADVOCATUS, ſimilem Chartam ex Ludewig affert, in qua Advocatorum officia & Jura declarantur. Donationes, Reſtitutiones Eccleſiis factas Advocati ratas habebant, præſente tamen Epiſcopo, vel Abbate. Illorum Conſiliis in majoris Momenti negotiis Abbates &c. utebantur. Aliud quoque quorumdam Advocatorum officium erat, ſcilicet, ut res Eccleſiarum armîs defenderent, (de his poſtea.) Hinc diſtinquendi ſunt *Advocati* Eccleſiarum *Civiles* & *Forenſes*, ad cauſas Eccleſiarum in Judiciis defendendas, ab *Advocatis Armatis*, Militibus, qui jura Eccleſiarum armîs tuerentur. Succedente tempore Advocati Civiles, Forenſes, Cauſidici, qui prius in Judiciis, cauſas Eccleſiarum tanquam Patroni defendebant, ipſimet Judicia in ſuarum Eccleſiarum Vaſallos exercebant; cùm enim Reges & Imperatores, Epiſcopis, Abbatibusque privilegia conceſſerint, omnes, & proprios ſuæ Eccleſiæ homines diſtringendi, judicandi, hinc iſti Advocati nomine Epiſcoporum, ac Abbatum judicium ſupra homines ad Eccleſias ſpectantes exercuerunt, aliaque Judicis officia perfecerunt, quemadmodum Officiales Eccleſiarum (die Richter) nunc peragunt. Judicium ter in anno habebant, quod *Malum*, *Placitum* nominabatur; Tale autem Judicium, *Placitum*, vel *Malum* non pro libitu, ſed ab Eccleſia, (cujus Advocati erant,) *invitati* tenebant. Neque id absque mercede præſtiterunt; cùm enim *Placita* tenerent, cibaria congrua eis ab Eccleſia miniſtrabantur; Tertia *Bannorum* Pars (Mulctæ pecuniariæ) in eorum utilitatem cedebat,

Etiam Judicium exercebant

Ex Privilegio

Advocatorum ſtipendia

cedebat, *Duæ alteræ* ad Ecclesiam spectabant. Solebant etiam præter Tertiam *Bannorum* partem, de singulis mansis, prædiis, (non tamen iis, quæ fratribus Alendis *specialiter* destinata erant,) annuam mercedis præstationem exigere, quæ pro locorum varietate diversa erat. Vocabatur ista annua merces, *Vogteia*, Vogtey-Gült, ob Advocatiam (wegen des Vogten seinen Schutz.) Cùm autem humana cupiditas nunquam satietur, præter stipendia mox memorata, non Pauci Advocatorum, ubera Ecclesiarum exsugere studebant, ita, ut ab Episcopis, & Abbatibus, plurima beneficia, Decimas, prædia, jure *clientelari* possidenda expeterent, & impetrarent, quæ tamen à Noviselectis Episcopis vel Abbatibus semper sibi concedi volebant. Hinc Ecclesiarum, sive virorum Ecclesiasticorum apud Summum Pontificem, & Imperatorem ortæ sunt querellæ. Summi Pontifices, Reges, omnem curam adhibuerunt, ut Advocati intra suos limites, injunctum munus exercerent, juraque & præmia legibus statuta perciperent. Ex postea dicendis manifestum fiet, quomodo Monasterium S. Emmerami variis Nobilibus, Advocatiam bonorum S. Emmerami (die Vogtey, den Schutz) titulo feodi, una cum certa annua mercede contulerit.

Illorum rapacitas non tamen omnium.

§. III. Cùm succedente tempore ipsi Ecclesiastici Viri, invalescente iniquitate, pro tuendis Ecclesiarum suarum bonis, ad arma capessenda compulsi fuerint, (aliter enim res suas tueri, aut recuperare non poterant,) Ipsis verò arma ferre vetitum fuerit, hinc *Advocatos* sibi eligebant *Armatos*, *Milites*, *Proceres*, *Potentes* qui vasallos suos in prælium ducerent, ac res Ecclesiarum armis contra aggressores defenderent. Hi *Armati Advocati*, si Imperator ad Bellum milites peteret, Vasallos Cleri, & Ecclesiæ ad aciem ducere, illis præesse debebant. Vexillum Ecclesiæ ferebant. Hinc Mercedem non levem ab Ecclesiis pro suo officio exigebant, ab Episcopis & Abbatibus bona quædam, jure clientelari in feodum accipientes. At brevi hujusmodi *Advocatia*, speciem *dominationis* assumpsit. Ipsi Advocati Potentes, (quidam) in res Monasteriorum involarunt, plura sibi indebita usurparunt, maxima Ecclesiis & Monasteriis inferentes damna. Hinc querellæ, Gemitus Virorum Ecclesiasticorum. Imperatorum Præsidium

Advocati Armati

Illorum officium.

& Merces

Advocati Armati quidam in Ecclesias injurioſi

ſidium implorandum fuit, cùm & ipſi Imperatores quidam Titulum, ac Munus Advocati Eccleſiarum, Laicis viris feodi Nomine dederint. Solebant Hi Advocati, jus ſuum *Advocatitium*, aliis iterum in beneficium ſeu feudum concedere. Hi Minores Advocati, *Sub-Advocati* paſſim nominabantur. Horum multitudo Eccleſiis ſumme oneroſa accidit, propter Exactiones graves, & eorum Rapacitatem. Ideo Eccleſiæ, cùm ſibi Advocatos deligerent, hâc appoſitâ conditione id fecerunt, ne *Advocatis* liceret inſtituere *Sub-Advocatos*, niſi de Eccleſiarum conſenſu. Abrogati denique ſunt hi *Sub-Advocati* in Concilio Rhemenſi Anno 1148. C. 6.

Sub-Advocati

Pœnæ Advocatis malis irrogatæ

§. IV. Dum Epiſcopi, aut Abbates *Advocatos* ſibi aſſumpſerunt, certa pacta cum iſtis inierunt, poſitîs conditionibûs, Pœnisque in transgreſſores ſtatutis. Conceſſum etiam Eccleſiis fuerat, ut, ſi *Advocati* Eccleſias turbarent, & gravarent, ii ab officio repellerentur, aliique utiliores ſubſtituerentur. Sic *Lucius II.* P. M. (vide pag. 141.) & Fridericus I. Imperator pag. 146. Monaſterio S. Emmerami liberam poteſtatem dederunt, Advocatos mutandi, rejiciendi, & meliores ſubſtituendi. Mutatio Advocatorum à Monaſterio S. Emmerami facta eſt, in *Vogtareuth*, *ut* infrà videbimus. Liberum etiam fuit, ut Eccleſia vel Monaſterium Advocato exauctorato, *utile* illud, quod Advocatus perceperat, ſibi reſervare poſſet, nullumque alium Advocatum inſtituere teneretur, ſed ſolus Abbas Jus Advocatiæ exercere valeret. *Ludovicus IV.* Rex Romanorum (vide Num. CCXXXV. pag. 448.) expreſſis verbis ſtatuit: [ut, ſi Advocatus in *Eylsprun* Monaſterium S. Emmerami vexaret, plura, quam quæ promiſſa fuiſſent, exigeret, Abbati liberum eſſet, vel alios ſibi aſſummere Advocatos, vel Advocatiam ſoli Monaſterio reſervare.] [Der Abbt ſolle vollen Gewalt haben dieſelbe Vogty laſſen, wem Er will, oder diſelben Vogty Im, und Seinen Gottshaus zebehalten, und ſoll In daran niemand irren oder crenchen.] Cùm per mortem *Nicolai*, Ultimi de Nobili Abenſpergenſium proſapia, Advocatia ſatis pinguis, quam Abenſpergenſes à Monaſterio S. Emmerami titulo feodi tenuerunt, vaccaſſet, ea vero ad inſtantiam Sereniſſimi Alberti Bavariæ Ducis, Eidem Alberto,

Eccleſiarum libertas circa Advocatos

ad

ad dies vitæ (ut poſtea ex litteris jam exhibitis deducetur,) conceſſa fuiſſet, quæ dein ſubſequentibus Ducibus, Eorumque Hæredibus *Maſculis* à Monaſterio S. Emmerami confirmata fuerat; Ipſi Sereniſſimi Duces ſuis litteris profeſſi ſunt, Monaſterio S. Emmerami liberum fuiſſe, *pro libitu* de Advocatia iſta diſponere, vel Monaſterio reſervare, (dan Sie das zu thuen nit ſchuldig wären.) vide infrà de Advocatia Abenſpergenſi. Neque Advocatiæ ſemel alicui conceſſæ, Eidem, & hæredibus ejus perpetuò addictæ erant. Sic *Lucius II.* Papa, & *Fridericus I.* Imperator, (pag. 139. & 146.) ſtatuerunt, ut nulli omnino hominum liceat in Monaſterio S. Emmerami HÆREDITARIO JURE ADVOCATIONEM SIBI VENDICARE. *Advocatus, qui utilior eſſe videtur, ab Abbate & Fratribus inſtituatur, & ſi inutilis factus fuerit, removeatur &c.*

§. V. Ad clariorem hujus materiæ notitiam hîc afferre lubet, quæ Thomaſſinus Parte III. *de veteri Diſciplina*, lib. II. Cap. LV. num. V. advertit, ſcilicet, imò, cùm omnes propemodum Abbatiæ tunc temporis (Caroli M. & Regum Carolinorum &c.) in Tuitione Regum eſſent, ADVOCATOS, quaſi Regum Vicarios fuiſſe, (non tamen, ut pro libitu dominarentur, ſed ut defenderent.) 2. Omnes cauſas & lites Regiarum Abbatiarum ad Judicia Palatina, quæ nomine Regum à Comitibus publicè habebantur, fuiſſe referendas, niſi locorum diſtantia prohiberet nimia. 3. Cùm tempore labentis Familiæ *Carolinæ* undique bella urgerent, nullaque legum obſervantia vigeret, Armîs ſæpius, quàm litibus coram Judice, Eccleſias fuiſſe impetitas, hinc Advocati *Armati* inſtitui erant. 4. Ipſos Duces, & Comites officia *Advocatorum*, cùm ob emolumenta, tum ob honorem ambiiſſe. 5. Cùm tamen in foro leges non omnino ſilerent, Nobiles, *Armatos Advocatos* ſibi *Sub-Advocatos*, qui in Judiciis linguâ & ſcientiâ res Eccleſiarum defenderent, ſubſtituiſſe. 6. Uni Cœnobio unum tantùm Sub-Advocatum fuiſſe deſtinandum. Idem Thomaſſinus citato loco, Num. VIII. notat, ſibi videri, cùm Ipſi Judices, (qui vel Principum vel Dominorum Peculiarium (Advocatorum Armatorum) nomine judicia exercebant,) homines autem & terras ſuæ jurisdictionis pluribus exactionibus vexarent,

Brevis Notitia ex Thomaſſino

& Eccleſiis damna inferrent, à Regibus, Imperatoribus non meliorem & pleniorem Immunitatem Eccleſiis, & Monaſteriis concedi potuiſſe, qùàm ut ipſis Eccleſiis & Monaſteriis jurisdictio exercenda committeretur &c. & hæc fundamenta dici poſſe *Jurisdictionis* ſuperioris, infimæque, qua plures Eccleſiæ & Monaſteria in ſuo Territorio in Laicos potiuntur. Ita Thomaſſinus.

Abuſus Nominis *Vogteiæ*

§. VI. Advocatia Vogtey. Der Schutz und Scherm, Protectio, Tutela, in feodum conceſſæ, NON SEMPER OMNEM JURISDICTIONEM, & JUDICIUM ſupra homines Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, (quorum DEFENSORES, ADVOCATI, tantùm erant) contulerunt. Videbimus Advocatiam à Judicio ſeparatam fuiſſe, quando poſtea de Advocatia in *Lauterbach*, & *Vogtareith* ſermo occurret, &c. &c. Itaque multi decipiuntur, ſi ex eo, quòd aliquam *Vogteiam*, uti vocant, (UTILE Advocatis prius conceſſum) ex quibusdam *locis*, & bonis percipiant, *Jurisdictionem* etiam in hæc bona, & homines ſibi ſemper competere judicent. Contingere enim potuit, (contigiſſe, dicere poſſem,) ut Vogteia talis, (penſio, reditus) ſervitium aliquod ex hoc vel illo loco, prædio, præſtari ſolitum, cùm ob incuriam Domini *Feudalis* tum ob aliorum rapacitates, vel Poſſeſſorum frequentes mutationes, ad alios, ad quos tamen non pertinuiſſet, turbatîs temporibûs tranſierit. Non verò *neceſſariò* ſequitur, eo ipſo Jurisdictionem SEMPERiis competere, qui talem *Vogteiam* obtinent. Protectio enim, Advocatia, Vogteia, Tutela, non omnem JURISDICTIONEM, & SUPERIORITATEM Advocatis tribuit, quippe, dum ad vaſallos aliarum Eccleſiarum protegendos, defendendos, non verò tanquam ad ſuos ſubditos tractandos, inſtituti ſunt. Experientia Multa docuit, Titulô *Advocatiæ* Urbes, Monaſteria &c. ſua libertate excidiſſe & ſub jugum veniſſe.

Verba Goldaſti

§. VII. Lubet huc exſcribere, quæ *Goldaſtus* tom. 1. *Scriptorum rerum Alemanicarum*, Edit. Francofurt. & Lipſienſ. 1730. pag. m. 135. ad librum *Burchardi Monachi S. Galli de caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. VII. ſcribit. ibi enim ita loquitur : [*Advocatus*, **Schirm oder Caſten-Vögt.** *Vel invitis Epiſcopis & Abbatibus Regum*

gum Franciæ, & postibi Imperatorum Germanorum Cura & vigilantia ÆCONOMI dabantur, & ut vulgo vocantur, VICE DOMINI, qui earum rerum quæ ad vitæ alimoniam, & reditus Ecclesiasticos pertinebant, sedulam curam gererent. Ea ætas Advocatos appellavit, nostri Alamanni Vögt, *ex latino deducta voce* κατ' ἀφαίρεσιν, *ut ad Tyrolem à nobis demonstratum.*] Nescio, an *Goldastus* hæc verba de singulis Episcopis & Abbatibus intelligenda esse velit? Adverto etiam 1. quòd Goldastus citatô mox locô nullum sui asserti aptum testimonium adducat. 2. Affert quidem verba alicujus Instrumenti *Bertholdi Ducis* Zaringiæ: [*Thuregini loci legitimus Advocatus, quod Kastenvoget dicitur.* Item: Sic ECCLESIÆ ADVOCATUS *dicitur Imperator Romanus etiam hodie. His etiam verbis in auguratione Electionibus suam fidem obstringit.* **Daß Wir in Zeit solcher Kayserlichen Würden, Ampts und Regierung der Christenheit und den Stuel zu Rom, auch Päbstliche Heiligkeit, und die Christliche Kirchen, als derselben *Advocat* zu gutten Beuelch, Schutz, und Schirm haben.**] Ita *Goldastus*. Nescio, an Goldastus hîsce verbis tanquam testimoniîs assertum suum, quòd *Vice-Domini*, *Æconomi*, quos etiam ea ætas *Advocatos* ut ille scribit, nominaverat, invitis Episcopis & Abbatibus dati fuerint, probare intenderit? Persuadere mihi nequeo, Goldastum sensisse, Imperatorem esse *Vice-Dominum*, *Æcononum*, Ecclesiæ Catholicæ, *invitis Episcopis* positum, & quòd ejus *Advocatia* de *Administratione rerum temporalium* Ecclesiæ intelligi debeat. Sed de his Prudens Lector judicet. 3. Percepimus suprà §. I, Episcopos & Abbates jussos esse in Concilio Moguntino anno 813, *ut sibi ELIGERENT Advocatos bonos, non cupidos &c.* quomodo ergo Goldastus dicit: *Invitis Episcopis datos fuisse Advocatos, sive Æconomos, ac Vice-Dominos?* Si ipsi Episcopi & Abbates eos ELIGERE tenerentur? Etsi Reges subin Episcopis & Abbatibus Advocatos dederint, unde Goldastus probabit, id *Invitis* Episcopis &c. contigisse? 4. Neque consentio *Goldasto*, dum scribit, Episcopis & Abbatibus datos fuisse *Vice-Dominos*, & *Æconomos* temporalium rerum Administros, & si id de singulis Monasteriis &c. intelligendum esse velit. Fallitur Goldastus, & cum eo omnes Ecclesiarum, Cleri, & Monachorum hostes. Si enim *Æconomos*, *Vice-Dominos*, eosdem ac *Advocatos* fuisse sentit? contrarius Goldasto

De Vice-Dominis & Advocatis expenduntur.

eſt Canon. 50. Concilii Moguntini, ſupra citati, ubi præcipitur, ut Advocati boni ELIGANTUR ab Epiſcopis & Abbatibus. Si verò *Vice-Domini*, & *Æconomi*, ab *Advocatis* diſtinquendi ſunt, uti illos Eruditiſſimus Muratorius citata diſſertatione 63. expreſsè diſtinquit (vide etiam Thomaſſinum de *Vice Dominis*,) tunc Goldaſtus rurſus fallitur, ſi defendat, *Æconomos*, *vice Dominos Invitis Epiſcopis & Abbatibus à Regibus Francicis*, & Germanorum Imperatoribus datos eſſe. *Vice Dominos*, ex Cleri Ordine, Epiſcopi ſibi ipſis elegerunt, ùt multis teſtimoniis *Thomaſſinus* probat. Abbates ſuos *Præpoſitos*, & Monachos ad Adminiſtrationem rerum temporalium Monaſterii ordinabant, ſed de hac, bona temporalia adminiſtrandi, Monachis facta poteſtate, ſtatim plura dicentur. Patet etiam ex hiſtoria Monaſterii noſtri, quòd *Arnoldus* noſter, Comes *Vohburgenſis*, Monachus ad S. Emmeramum ſtatim poſt initium Sæculi XI. ſub *Burchardo* Abbate, anno 1031, Præpoſitum Monaſterii S, Emmerami egerit, qui jubente Abbate, in res Cœnobii S. Emmerami inquiſivit, eas ſolicite deſcripſit, ac curam illarum egit. En *Arnoldum Præpoſitum*, qui Curam rerum temporalium Monaſterii geſſit. Deſcriptio ab *Arnoldo* facta legitur ex Codice noſtro Diplomatico deſumpta tom. 1. Theſauri Anecdot. P. Pezii, parte III. pag. 67. *Advocatos* habuit Eccleſia S. Emmerami, ut infrà videbimus, *ad defendendum*, inſtitutos, non autem ad Adminiſtrationem rerum temporalium gerendam. Si *Advocati* quidam tanta mala Monaſteriis intulerunt, qui Monaſteriorum bona defendere debuiſſent, quid non timendum fuiſſet illis temporibus ab *Adminiſtris* Rerum temporalium ex laicorum ordine conſtitutis? at, Ideo *Advocatorum* officium inſtitutum erat, ut illi res Eccleſiarum defenderent, ac Epiſcopos Clericos, & Abbates, rerum Temporalium ad Eccleſias ſpectantium Adminiſtratores, Conſilio, & ope juvarent. Hinc in plurimis veteribus chartis legitur Epiſcopos, Abbates bona, *in præſentia*, *cum Conſilio* (*per manum Advocati ſui*) mutaſſe, aliis in beneficium præſtitiſſe, donationes accepiſſe &c. nuſpiam verò legi, quòd *Advocati* ad Adminiſtrationem bonorum ab Imperatoribus Invitis Epiſcopis & Abbatibus poſiti fuerint. Sed hæc omnia ex ſubſequentibus magis elucidabuntur.

DE

DE ADVOCATIS ECCLESIÆ S. EMMERAMI.

§. VIII. Carolus M. (vide Num. II. pag. 5.) omnia bona à Pipino Rege (Caroli Patre) & ab Antecessoribus suis, ubicunque locorum Sancto Emmeramo tradita & collata, ita confirmat, ut neque *Dux*, neque *Episcopus* in ea bona potestatem aliquam habeat, sed *Rector loci, ejusque successores habeant potestatem, quidquid eis placuerit, faciendi ad utilitatem tantummodo Monachorum sub sancto ordine Consistentium.* Nulla hic mentio fit alicujus ADVOCATI Ecclesiæ S. Emmerami, qui temporalium bonorum administrationem ex ordinatione *Carolt Regis* suscepisset, sed RECTOR LOCI, QUIDQUId PLACUERIT, AD UTILITATEM MONACHORUM, cuncta administrandi potestatem accepit. Non nego quòd *Rector* loci (Abbas) & Monachi, in permutatione, alienatione bonorum S. Emmerami, consensum & licentiam Regis expetere debuerint, ùt mox videbimus. *Ludovicus Pius, Caroli M.* Filius, Patris Privilegium Monachis S. Emmerami concessum, confirmavit (vide Num. IV. pag. 16.) statuens, ut neque DUX . . . *ullam* POTESTATEM habeat INTUS & FORIS, (in Ecclesiam S. Emmerami & ejus Ecclesiæ bonis) sed omnia *in jus & dominationem S. Emmerami Martyris, provisorumque ejus transfundit;* ergo Monachi, sive Provisor loci, temporalium bonorum Administrationem INTUS ET FORIS habebant; cùm neque Dux huic Administrationi sese ingerere potuerit. Nulla *Advocati* mentio in hoc diplomate facta est. *Appolonius* sub *Carolo Magno, Primus* ad S. Emmeramum Constitutus Abbas, *Ludovico Pio, Caroli* filio, regnante, *per licentiam Domni Ludovici Regis*, commutationem quamdam cum *Erchanfrido* Diacono fecit (vide num. V. pag. 19.) Nullum ibi verbum de *Advocato* vel ejus præsentia legitur, neque etiam *Episcopi* mentio fit. Sed cuncta per *licentiam Domni Hludouuici Regis, unà cum consensu & conbibentia Monachorum* peracta sunt.

Carolus M. Carolique Successores

Rectori loci ad S. Emmeramum

potestatem Administrationis rerum temporalium concedunt

Ludovicus Caroli M. filius

id ipsum concedit

Nulla facta de Advocato Mentione.

§. IX. *Richpaldus Appolonii* Successor, Abbas ad S. Emmeramum, eundo ad aulam *Ludovici Pii*, (Filii *Caroli M.*) hæreditatem

tatem ſuam *Sezpah & Niuninhuſen* (Neuhauſen,) in manus ſex hominum (vide Num. V. pag. 21.) tradidit, ut, ſi in itinere iſto mortuus fuiſſet, omnia iſta bona ad S. Emmeramum traderentur, petiitque ab *Adaluuino* Epiſcopo, ne in beneficium alicui concederentur. Suſpicari licet, quòd defuncto *Carolo M.* vivens adhuc *Adaluuinus* Epiſcopus Ratisbonenſis, (qui Monaſterium *Sancti Emmerami* priùs tenuerat, at auctoritate *Leonis III. Caroli M.* & SS. Canonum, hoc Monaſterium abdicaverat,) ejusdem Monaſterii Poſſeſſionis deſideriô denuo ſtimulatus fuerit. Hinc *Richpaldus* Abbas, de *Libertatis* Privilegio ſollicitus, Aulam *Ludovici Regis* adiit, ab *Adaluuino* Epiſcopo ante obitum petens, ne hæreditas ſua, quam in manus ſex hominum interea depoſuerat, alicui concederetur, ſed ſoli Eccleſiæ S. Emmerami traderetur. Hîs bonîs denique veſtitus fuit IMMO ADVOCATUS Epiſcopi *Adaluuini*, non ab ipſo Epiſcopo, ſed ab *Abbone*, *Paldrih*, *Ratolf* & *Anno*, in quorum manus Abbas *Richpaldus*, hæc bona interim depoſuerat. *Ratolf* erat Monachus, ut ex Charta traditionis patet; an cæteri etiam Monachi fuerint, neſcio. Ex quo colligitur, *Veſtituram* hanc, factam fuiſſe à Monacho *Ratolf*, cæterisque ſuis ſodalibus. Nulla hìc *Advocati* mentio fit, neque *Adaluuinus* huic veſtituræ authoritate quadam interfuiſſe dicitur; liberum ergo erat Monaſterio S. Emmerami, de re temporali *cum licentia Regis*, absque *Advocato* tamen, diſponere. *Bathuricus*, qui anno 816. *Adaluuino* in Epiſcopatu ſucceſſerat, majorem poteſtatem in bona Monaſterii *S. Emmerami* ſibi aſſumpſit, (tacente, diſſimulante, bello cum filiis involuto Rege *Ludovico Pio*) *vide quæ in Hiſtoria pag.* 190. *&* 195. *dicta ſunt.* Hic (Bathuricus) de altera *Richpaldi* Abbatis facta donatione ad S. Emmeramum, ſeu bonîs, S. Emmeramo à *Richpaldo* donatis, poſt mortem *Richpaldi*, *Engilmonem* & *Iſandeonem* inveſtiit, unà cum *Advocato* ſuo *Immone*, coram *Cotafrido Comite*, *in mallo publico* (Judicio) *ad Pheterah.* (vide Num. VII. pag. 23.) Hanc tamen inveſtituram *Bathuricus* & *Advocatus* ejus fecerunt, *unà cum conſenſu Congregationis S. Emmerami.* Ex quibus patet *Baturicum* quidem poteſtatem de rebus S. Emmerami ſibi arrogâſſe, *Conſenſum tamen Congregationis* S. Emmerami (quæ voluntati *Bathurici* Epiſcopi, *tacente Ludovico Rege*, indulgere debuit) fuiſſe adhibitum;

Monachus ad S. Emmeramum dat inveſtituram

Nulla de Advocato mentio.

Conſenſus Monachorum ad S. Emmeramum

Ergo

Ergo Congregatio Monachorum ad S. Emmeramum Administrationem bonorum temporalium habuit; licet eam *Bathuricus* sibi usurpaverit. Simile quid legitur in concambio *Batburici* Episcopi & *Maurentii* (vide num. X. pag. 34.) NB. *Bathuricus* Episcopus jam habuit *Advocatum* suum *Immonem.* ad faciendam investituram quam Bathuricus Episcopus Ratisbon. fecit

§. X. *Bathurico* in Episcopatu Ratisbonensi succedentes Episcopi, tanquam Abbates Monasterii sese gesserunt, & bona hujus Ecclesiæ administrârunt (vide historiam pag. 195.) Idque assecuti sunt injuria temporum, bellorum, quibus Reges involuti, Episcopis quibusdam, hanc potestatem sibi arrogantibus indulgebant, gementibûs quidem Monachîs, & ad evagandum, ut sibi de victu & vestimentis providerent, coactîs. Ex Diplomatibus autem Regiis, suprà allatis patet, Episcopos, permutationes bonorum S. Emmerami, cum *licentia Regum* fecisse, & in præsentia SUORUM ADVOCATORUM. Notandum venit, quòd ipse *Ludovicus* Rex (Germanicus) *Ludovici Pii* filius, *à Baturico Episcopo*, unà *cum consensu Monachorum S. Emmerami*, quædam beneficia acceperit (vide Num. XVI. pag. 48. Item Num. XV. pag. 45.) *Ecce Consensum Monachorum S. Emmerami*, ut bona Ecclesiæ hujus, *vel ipsi Regi* in beneficium concedi potuerint, qui (Rex) illa omnia bona post decessum suum Monasterio S. Emmerami ita donavit, ut *neque Filius ipsius* (Regis *Ludovici*) *Successoresque ejus, ullam potestatem habeant, ea bona invadendi vel in* QUOQUAM DOMINANDI, *sed in potestate ac* DOMINATIONE *Monasterii absque alicujus* (neque filii Regis, neque successorum) *Contrarietate, maneant.* En *Dominium* Monasterii S. Emmerami, ut *neque Filius Regis & successores ejus* in bonis *à Karolo* Magno, *Ludovici* Regis Avo, S. Emmeramo donatis dominari valeant. Neque quis ita somniet, ut hæc verba ita interpretetur, & dicat: *Temporalem bonorum Ecclesiæ S. Emmerami administrationem non Monasterio, sed Advocato fuisse commissam, qui potestate Regia in illis bonis dominaretur;* Contraria enim, voluntati Regis (ut legenti patet) diceret. *Liberam* quoque *dominii potestatem*, in alia prædia Monasterio S. Emmerami Idem *Ludovicus* Rex (Germanicus) altero suo Diplomate Num. XIX. pag. 56. dedit

Ludovicus Rex Germaniæ accipit quædam beneficia unà cum consensu Monachorum ad S. Emmeramum. Quæ post mortem redeant ad Monasterium. Nullus ibi Dominandi habeat potestatem, Neque filius Regis Neque Successores Regni.

§. XI.

Ludovicus Arnulfi Imperatoris Filius

§. XI. *Ludovicus* Rex, *Arnolfi Imperatoris* filius, curtim quamdam *(velda)* Ecclesiæ S. Emmerami CUM REGIMINE ET BANNO concessit. (vide Num. XXXIII. pag. 88.) Multiplex equidem, *Banni*, apud scriptores est notio. *Du-Cangius* autem, *Verbô*: *Bannum &c.* in suo Glossario, trino potissimùm significatu id explicat: *Primò*, pro *Edicto Publico*. *Secundò*: pro *Mulcta Judiciaria*. *Tertiò*. denique pro *districtu*, *ac Jurisdictione*; quô ultimo sensu, præcipuè hìc, intelligi poterit; Ergo tempore *Ludovici*, ante *Ottones* Imperatores, *Regimen* & *Bannum*, Monasterio S. Emmerami concessum fuerat. Idem *Ludovicus* Rex (vide Num. XXXIV. pag. 90.) statuit ac præcipit firmissimè: ut *Nullus Dux, vel Episcopus, nullus Comes aut Regius Exactor, nullaque Judiciaria aut alia persona Magna seu Parva in posterum in prædictum Monasterium* (S. Emmerami) *aut loca illuc pertinentia intrare præsumat, ad prædictæ Ecclesiæ homines* DISTRINGENDOS, *seu causas audiendas aut paratas faciendas, vel Fidei Jussores tollendos, seu feoda exigenda, vel exercendam aliquam potestatem, sed liceat Rectoribus Monasterii* JUDICARE ET CORRIGERE OMNIUM HOMINUM *Excessus ad suum Monasterium pertinentium, nisi forte advocatum suum, vel Judices nostros vocare deliberaverit, ad aliqua ardua complananda ..... Præcipimus (prosequitur* Ludovicus Rex*) ne in hominibus propriis, aut Censualibus præfati Monasterii, aliquis sibi usurpet alicujus Conditionis potestatem, vel de nostræ Concessionis gratia, aliquam sibi vendicet* JURISDICTIONEM, *sed sub nostræ immunitatis defensione omnia ad Monasterium pertinentia, Pater Monasterii cum fratribus suis possideat in perpetuum liberè quietè .... Volumus insuper, ut homines apud Abbates, aut in prædiis Monasterii manentes, cujuscunque Nationis sint, vel Conditionis, Advocato,* SI QUEM HABENT, *nihil persolvant præter Censum Capitalem. Præterea ipsi Monasterio, Rectoribusque suis, Dignitates & omnia Jura, quæ Nobilissimæ & optimæ Abbatiæ Ordinis S. Benedicti in Teutonia sitæ habere videntur concedimus, & perpetuò stabilimus .... quòd, si Monasterii sæpius dicti Advocatus, aut Ecclesiastica Sæcularisve persona quotidiana servitia, vel violenta obsequia à Rectoribus non timeat extorquere &c.*] ex quibus verbis patet, *Nullum Ducem* aut *quemcunque alium*, etiam de *Regiæ Concessionis gratiâ* munitum, *ullam potestatem in Monasterium & loca illuc pertinentia, neque in homines quoscumque ad Mona-*

Donat Ecclesiæ S. Emmerami Regimen & Bannum

Ut loci Rector excessus

Omnium suorum hominum judicare valeat.

Advocato nihil solvatur præter Censum Capitalem

Monaſterium ſpectantes habuiſſe, ſed Monaſterio ſoli *Judicandi, corrigendi* copiam conceſſam fuiſſe, cui LIBERUM erat, vel per ſuum *Advocatum* vel per *Judices Regios* omnem Jurisdictionem exercere. *Advocato* ſolus cenſus capitalis deſtinatus erat. Fortè aliquis dicet, recitatîs, ex Diplomate *Ludovici* verbîs ea deſtrui, quæ in hiſtoria pag. 51. dixi, ubi notavi, *Ordinis Benedictini* diſtinctionem primùm Sæculo XIII. incæpiſſe, cùm in hoc Diplomate (Sæculi X. incipientis,) expreſsè jam nominentur Nobiliſſimæ Abbatiæ ORDINIS S. BENEDICTI in Teutonia, ſed facile hæc dicta conciliari poſſunt, ſcil. DISTINCTIO *Ordinis Benedictini* ab Ordine *Ciſtercienſi*, *Carthuſienſi*, aut alio &c. cœpit Sæculo XIII, ORDO TAMEN *S. Benedicti*, Sæculo nono, jam dictus fuit ORDO, eo ſenſu, non, ut diſcerneretur *Ordo Benedictinus* ab alio ordine, ſed, quòd unicus tum eſſet Monachorum Ordo *Benedictinus*; cùm alia Monaſteria, licet alieno inſtituto addicta, unà ſocietatis lege, cum Monachis ſub Regula *S. Benedicti* militantibus connecterentur; uti doctiſſimè diſſerit *Mabillonius* Præfat. in Sæculum IV. Benedictinum Parte I. §. IV. Num. 63. dum *Lupi Ferrarienſis* Abbatis verba: [*Patrem noſtrum Benedictum*] [*initio Ordinis noſtri:*] in hunc modum explicat. *Lupus Abbas Ferrarienſis*, floruit Sæculo IX.

§. XII. OTTO I. (vide Num. XLII. pag. 106.) donat S. Emmeramo *Helphendorf, cum foreſto, foreſtariis, atque venatione, nec non,* & REGIO BANNO, cum omnibus pertinentibus, ea *poteſtate & ſecuritate, qua hucusque ad ſervitium noſtrum* (Regium) *per omnia deſerviebant.* Ex quibus verbis ſequi exiſtimo, REGIA emolumenta; ipſumque REGIUM BANNUM S. Emmeramo fuiſſe donata. Idem OTTO Rex confirmat Monachis S. Emmerami donationem Comitis *Warmunt* de *Ruit* (nunc *Vogtey-Reutt*) unà cum *Regio Banno* & *Regiæ poteſtatis* (in eo loco) *adjumentis* (vide Num. XLIII. pag. 110.) quam Poſſeſſionem in *Ruitt* juxta *Oenam*, OTTO II. ita confirmat, ut præter REGIUM BANNUM & REGIÆ POTESTATIS ADJUMENTA *venationes, piſcationes, portus - - - vectigalia &c* Monachis conceſſa, nullus ex *Judiciaria poteſtate Comes* vel *Judex* ſervis ſeu parſcalchis eidem loco ſervientibus audeat injurium quid facere,

Otto I. donat S. Emmeramo Helphendorff Regium Bannum & Regia Emolumenta

Item Regium Bannum in *Reutt*, (*Vogtey-Reutt*)

etiam in furtis, homicidiis &c.

& si forte quid negotii acciderit inter eos in FURTIS seu HOMICIDIIS vel quidlibet hujusmodi, Comes nullus vel exactor alius, nec *Bannum* inde requirat, vel ad publicum *mallum eos banniat*, vel aliquam super eos potestatem exerceat, sed tantummodo Monachi & *Advocatus* ejusdem loci. Insuper ne per occasionem Imperialis donationis ullo modo legalis correctio eis denegetur, aut ab illis inquirenda dissimulentur incorrecta, firmiter jubemus, ne id fiat, sed *Advocatus* potenter & justè judicet & finiat, si eis nolentibus quod absit, ex Duce compellantur. (vide Num. XLVII. pag. 119.) hîsce Concessionibus, Existimo, Monachis S. Emmerami donatum fuisse *Regium Bannum*, (justitiam, jurisdictionem) ad punienda etiam gravissima Crimina (FURTA, HOMICIDIA) per *Advocatum* Monasterii S. Emmerami; cùm alius nullus, etiam Comes vel Exactor, bannum requirere, vel Criminosos ad mallum publicum *punire* potuerit, si tamen *Advocatus* S. Emmerami, tale Judicium exercere neglexisset vel crimina dissimulâsset, tunc ex Duce (Dux Regis variis Comitatibus præerat) compellendus fuisset. Vel aliter (si eis nolentibus) id est, Criminosis, Advocati Judicio se subjicere nolentibus) *ex Duce*, à Duce hi *Criminosi* compellantur obedire *Advocato*.

Quisnam Advocatus Ecclesiæ S. Emmerami Tempore S. Wolfgangi?

An *Advocatus* Ecclesiæ S. Emmerami ALIUS fuerit, quàm Advocatus *S. Wolfgangi* Episcopi? cujus (*Wolfgangi*,) (uti in isto Diplomate legitur) & *Ottonis* Ducis Nepotis Regii ac *Ramvoldi* Abbatis *interventu* hæc Confirmatio ab Ottone II. concessa fuit, affirmare quidquam non audeo. Legitur in libro traditionum S. Emmeramo factarum (vide P. Pez Thesaur. tom. I. parte III.) quòd plures Traditiones & Mutationes sub *Wolfgango* Epis. Ratispon. & *Ramvoldo* Abbate ibidem, uno, eodemque Advocato (*Hauuarto*) dicto, & præsente, factæ fuerint, etiam dum *Wolfgangus* Episcopus & *Ramvoldus* Abbas SIMUL, sive SOLUS *Ramvoldus* Abbas aliqua bona acceperunt, vel commutarunt. Neque Monachi S. Emmerami, sub S. Wolfgango Episcopo, de *Tuitione* bonorum Ecclesiæ suæ multùm solliciti esse debuerunt, cùm ipse Wolfgangus (facta divisione bonorum inter Episcopum & Ecclesiam S. Emmerami) Abbatiam ad S. Emmeramum ab Antecessoribus suis Episcopis per Centum quadraginta, & ultra, annos possessam, à se abdicaverit, Monachisque proprium

Abbatem (Ramvoldum) dederit, vide hiſtoriam pag. 77. 79. Hinc forte dici poſſet, *Advocatum* eundem, quo S Wolfgangus Epiſcopus uſus eſt, etiam *Ramvoldo* Abbati, & Eccleſiæ S. Emmerami addictum fuiſſe.

§. XIII. Mortuô *S. Wolfgango* & poſt novas à *Gebehardo* Wolfgangi Succeſſore, contra Eccleſiam S- Emmerami, ſive bona hujus Eccleſiæ, rurſus ſuſcitatos motus, Abbas *Ramvoldus* Advocatum ſibi elegiſſe dicendus eſt, cujus nomen (*Magan Advocatus*) in traditionibus & mutationibus ſub Ramvoldo Abbate factis, cit. loco apud P. Pezium ſæpius legitur. Mortuo *B. Ramvoldo* Abbate, & poſt aliquot annos, tempore *Henrici II.* Imperatoris Monaſterium S. Emmerami bona quædam per Advocatum ſuum (Gebhardô Ratisponenſi Epiſcopo complacitationem quamdam violante) in Palatino Conventu Ratisbonæ habito publicè tueri compulſum fuit. Rem totam narrat *Arnoldus* noſter lib. 4. de Miraculis S. Emmerami (vide lectio: Antiq: *Henrici Caniſii* apud *Basnage.* tom. III. pag. 147. & hiſtoriam noſtram pag. 239.) *Arnoldus* noſter, citato loco ita ſcribit: *Unde quidam Judex nomine Otpold, cujus loquacitati ad tunc temporis multa committebantur à multis* - - - - à DEFENSORE NOSTRO (Advocato) publicè mendacii & falſitatis notatus - - -] Lubet jam quorumdam Advocatorum Eccleſiæ S. Emmerami Nomina, ex Codice traditionum noſtrarum exſcribere. Advocatus Tempore *B. Ramvoldi* Abbatis

Sub *B. Ramvoldo*, uti ſuprà vidimus, *Magan Advocatus* dicitur. Vide Codicem traditionum noſtrarum apud P. Bez. tom. I. Anecdot. Parte III, pagina 105, traditione 46.

Sub Abbatibus B. Ramvoldi Succeſſoribus idem *Magan, Maganon*, Advocatus invenitur. Scilicet Advocati ab Anno 1001.

Sub *Wolframo* Abbate cit. loco apud P. Bez. pag. 107. tradit. 50. *Maganon Advocatus,*

Sub *Richpaldo* Abbate, traditione 55. *Magon Advocatus.* Item tradit. 61. *Gozpertus Advocatus,*

Sub *Burchardo* Abbate *Magonon Advocatus* tradit. 79. legitur etiam in Codice Diplomatico noſtro, quòd *Burchardus* Abbas poſt initium Sæculi XI. complacitationem quamdam cum ſubditis *Ruittenſibus* (*in Reutt*) fecerit, cum manu Advocati ſui *Kadalhohi*

Comitis Excellentiſſimi. Vide P. Bernard. Pez. tom. 1. theſauri Anecdot. Parte III. pag. 77.

Sub *Beringero I.* Abbate. *Ymmo* Advocatus tradit. 95.

Sub *Reginwardo* Abbate. Idem *Immo*, tradit. 100.

Sub *Ruperto* Abbate. *Ratpo Advocatus* tradit. 111.

usque 1100. & dein. Sub *Reinhardo* Abbate. *Udalricus Advocatus* tradit. 117.

Sub *Engelfrido Abbate. Udalricus de Wolfſtein* Advocatus tradit. 119. Forte idem cum priori *Udalrico.*

Sub *Bertholdo* Abbate. *Fridericus Advocatus* tradit. 124.

Sub *Adalberto* Abbate. *Henricus Urbis* Ratisponenſis Præfectus (Senior.) *Advocatus.* tradit. 184. Item legitur traditione 148. quòd quidam (*Reginpoto*) nomine prædium ſuum ad *Hederamſperg* S. Emmeramo tradiderit, anno MCLXV, (non verò MLXV, uti per errorem typi ibi legitur) . . . . SUB ADALBERTO ABBATE ET HENRICO DUCE DE AUSTRIA ADVOCATO.

Henricus, Jaſomirgott Advocatus

Henricus iſte, *Dux Auſtriæ*, eſt *Henricus Jaſomirgott* dictus, qui anno 1156. Titulô *Ducis* Auſtriæ à *Friderico I.* ornatus eſt, dum *Henricus Leo* Bavariæ Ducatum, quem antea *Henricus Jaſomirgott* tenuerat, accepit. Is ipſe *Henricus Jaſomirgott* ſub *Adalberto* Abbate Donationem quamdam ad S. Emmeramum fecerat. Vide Num. LX. pag. 155.

Sub *Peringero II.* Abbate, qui *Adalberto* ſucceſſit (anno 1177.) legitur in traditione 187. *Henricus Dux Auſtriæ Advocatus. Idem Henricus Dux Auſtriæ, Liupoldi Ducis de Auſtria Frater, Advocatus* dicitur anno 1180. vide Tradit. 193.

Henricus Prioris filius, Advocatus

Henricus iſte erat, filius *Henrici Jaſomirgott*, de quo in *Annalibus Auſtriæ R. P. Sigiſmundi Calles*, Parte II. pag. 62. hæc habentur: [*Henricus Filiorum* (Henrici Jaſomirgott) *alter Medlingenſi in arce ſedem fixit. Opes illi mediocres &c. ſed pro temporum illorum parſimonia dignitati haud impares . . .*] at, quomodo *Henricus, Auſtriæ Dux*, qui *Medlingenſi* in arce ſedem fixit, *Advocatus* Eccleſiæ S. Emmerami extitit? conjecturam quamdam offero. *Henricus Leo*, Saxo, adepto anno 1156, Bavariæ Ducatu, brevi à Principibus Imperii, multis criminibus oneratus, ac ipſi Friderico Imperatori, quem in Italia, tempore maximè alieno deſtituerat, exoſus, anno 1180. Ducatu Bavariæ privatus fuit. vide hiſtor. pag. 287. Suſpicor itaque, *Henricum*, (*Henrici Jaſormigott*) filium, Liupoldi Ducis Fratrem, hiſce commitiis contra *Henricum Leonem* convocatis fortè præſentem,

tem, Principumque querelis contra ipſum (*Leonem*) adſtipulantem, ſpem Ducatûs Bavariæ obtinendi, quem Pater ceſſerat, nutriiſſe, hacque occaſione, eoque tempore, utique turbulentiſſimo, *Advocatum Eccleſiæ* S. Emmerami ſeſe geſſiſſe, vel à Monachis S. Emmerami expetitum fuiſſe. Forte etiam vero ſimilius eſſet, ſi dicerem, *Henricum* filium (Patre Henrico Jaſomirgott Mortuo,) qui ſub *Adalberto* Abbate *Advocatus* Eccleſiæ S. Emmerami erat, jus Advocatitium Eccleſiæ hujus hæreditario Jure ſibi aſſumpſiſſe, & ſervaſſe. Ex his patet, tempore iſto Eccleſiam S. Emmerami, *Potentes* & *armatos* jam habuiſſe *Advocatos*, præter quos, *Advocatos* (*cauſidicos*) huic Eccleſiæ adhuc addictos fuiſſe dicendum eſt. An omnes, aut quinam eorum (quos jam commemoravi Advocatos,) Eccleſiam S. Emmerami, ejusque bona ſtrenuè defenderint? Ego dicere non poſſum. Ex adductis ſupra, Pontificum, & Regum litteris (vide Num. XXXIV. pag. 91. Num. LVI. pag. 141. &c.) colligere licet, quosdam Advocatos poteſtate ſua abuſos fuiſſe. Hinc Lucius II. P. M. Monaſterio S. Emmerami *liberam* Advocati eligendi poteſtatem anno 1143. conceſſerat, quod Privilegium Fridericus I. Imperator anno 1153. Monachis S. Emmerami confirmavit, prætereaque conceſſit, *ut Abbas ad S. Emmeramum, vel Nuncius ejus, omnium hominum ſuo Monaſterio pertinentium exceſſus, ad ſuum placitum, liberam habeat corrigendi facultatem, niſi LIBERE vocare voluerit Judices* (Friderici Imperatoris) quibus *Tertia pars Multæ* competeret. vide Num. LVII. pag. 146.

§. XIV. Ex hiſtoriis patet magnas circa finem Sæculi XII. (anno 1192.) in Bavaria fuiſſe ſuſcitatas turbas; *Albertus* enim de *Bogen* cum *Ortenburgicis* Fratribus, ac Comitibus *Rapotone* & *Henrico* de Cœnobiorum tutela contendebat. Alberti cauſam *Bertholdus* Meraniæ Dux defendebat. *Ludovicus* Bavariæ Dux Fratres *Ortenburgicos* auxilio juvabat. *Leopoldus* Dux Auſtriæ cum multo exercitu Bavariam perrumpens, agrum eum omnem, qui Ortenburgicis fratribus parebat, turbinis in mo em pervolabat. Ita ex Chronico Reicherſpergenſi R. P. Sigiſmundus Calles Soc. Jeſ. tom. 2. Annal. Auſtriac. pag. 106. Quinam verò his temporibus, Advocatis bonorum S. Emmerami, ſuperiùs comme-

Nobiles Abenſpergenſes, Advocati noſtri

moratis, immediatè ſucceſſerint, ego certum aliquid affirmare nolo. Vix tamen fallar, ſi Nobiles de *Abenſperch* circa finem Sæculi XII. Advocatos QUORUMDAM BONORUM S. Emmerami fuiſſe dicam. Immo conjicio, quòd hi *Nobiles Abenſpergenſes* à Sæculo XI, (præter alios Potentes, quos recenſui Duces & Advocatos,) ſimul bonorum quorumdam S. Emmerami *Advocati* fuerint, quod ex ſequentibus conjicere licet. Ex libro Traditionum ad S. Emmeramum, à R. P. Bernardo Pezio cit. ſæpius locô exhibitarum patet, *Babonem* (Paponem) illum celebratiſſimum triginta duorum filiorum Parentem (Abenſpergenſem dictum) Urbis Ratisponenſis, & Aulæ Cunegundis Reginæ præfectum (vide Aventinum Annal. Boicor. lib. 7. pag. m. 829.) Bona quædam S. Emmeramo donaſſe (vide tradit. ſive caput 40. apud P. Pez tom. 1. Theſauri &c. Parte III.) ſibique cum conjuge ſua MATHILDA locum ſepulturæ *apud S. Emmeramum* expetiiſſe. (vide tradit. ſive caput. 37.) *Item legitur* tradit. ſive cap. 42, quòd Babo iſte Filium ſuum Liutolfum in præſentia *Ramvoldi* Abbatis & Fratrum, ſeu etiam teſtium in Cœnobium S. Emmerami & fraternam ſalariam obtulerit, ut ſemper ſub Regula S. Benedicti, Deo donante, ſtabilis permaneret, traditô ad S. Emmeramum prædiô. Colligimus quoque ex Hundii tom. 1. Stammen-Buch. Sive de Genealogia Abenſpergenſium, quòd Plures donationes à Nobilibus Abenſpergenſibus ad S. Emmeramum factæ fuerint; Eadem enim Nomina (quæ Hundius de primis Abenſpergenſibus citato locô indigitat, *Udalrici*, *Rudperti*, *Aſcwini*, *Altmanni*, *Berinberi*, *Sophiæ &c.*) in hiſce traditionibus ex Codice noſtro à P. Pezio editis leguntur, licet cognomen de *Abenſperch* pro more illius temporis, quo factæ ſunt, nondum adhibitum fuerit. Numquid ergo dicere liceat, ab ipſo *Babone Abenſpergenſium Primo Parente Advocatiam* BONORUM QUORUMDAM ad S. Emmeramum ſpectantium jam fuiſſe exercitam? à cujus tempore filii ejus, & filiorum filii usque ad Sæculum XV. illam ſemper ab Eccleſia S. Emmerami obtinuerunt. Et ſane, cuinam præter alios *B. Ramvoldus* poſt longiſſimam Abbatiæ S. Emmerami vaccaturam, novus à *S. Wolfgango* rurſus inſtitutus *Regularis Abbas*, bonorum quorumdam S. Emmerami defenſionem melius committere potuiſſet, quàm *Baboni*, Celebratiſſimo

simo Illi *Comiti*, qui Comitatui Amplissimo Nomen dedit (*Comitatus Babonis*) simul Urbis Ratisponensis Præfecto, in Cujus Comitatu plura S. Emmerami bona sita essent? post quem filii filiorum ejus, *Advocati* bonorum S. Emmerami permanserunt, licet eorum aliqui dampna quædam Ecclesiæ S. Emmerami intulerint. An autem *Advocati*, quos à tempore B. Ramvoldi usque ad Sæculum XII. suprà indigitavi, omnes è Prosapia Abensspergensium fuerint? Ego affirmare nollem, nec possem; cum nomina ibi legantur, quæ inter Abensspergenses Nobiles apud Hundium non invenire est. Fortè tamen *Ulricus*, *Ratpo* ex *Abensspergensibus* fuerunt. Dicendum itaque mihi videtur, quòd *Babo*, quamdiu vixerit, & Urbis *Ratisbonensis Præfectus &c.* extiterit, *Advocatum* egerit, præter illum autem alius Advocatus (*Maganon*) tanquam *Causidicus*, *Defensor*, *Legis peritus*, bona S. Emmerami Consiliô, & scientiâ defenderit. *Babo* & Filii ejus, filiorumque filii, inter *Advocatos Armatos*, *Milites*, numerandi sunt, qui bona S. Emmerami primò in Pago Amplissimo, seu Comitatu (*Babonis*) sita Armîs defendebant, quorum bonorum dein (licet circa Comitatus res mutatæ fuerint,) *Advocati* permanserunt. Cùm autem in ipsa Civitate *Ratisbonâ*, aliisque locis, Abbates S. Emmerami Advocatîs opus habuissent, hinc præter Abensspergenses, alios quoque pro diversitate, & necessitate locorum Advocatos Armatos elegerunt, *Causidicum* verò & *juris peritum*, *Defensorem*, *Advocatum Civilem*, nullus dubito, quin secum retinuerint. Judices tamen in *Lauterbach*, & *Vogtareith* (Præpositos, Laicos) ad distringendos & judicandos homines constitutos fuisse judico, uti ex sequentibus postea patebit. Nobiles Abensspergenses Sæculo XIV. Advocatos Ecclesiæ S. Emmerami extitisse, ex historia nostra manifestè patet, cum Monachi ad S. Emmeramum ob persecutionem *Nicolai Episcopi* ad Abensspergenses confugerint, ibique permanserint. Aperta quoque testimonia, & Litteræ testantur, *Abensspergenses* Sæculo XIII. Advocatiam exercuisse. Ex litteris *Ulrici de Abensperch* anno 1268, (vide Num. CXIII. pag. 235.) constat illum Jus Advocatiæ Ecclesiæ S. Emmerami possedisse, cùm tunc temporis super jure *Advocatiæ* in quadam dimidia huba in *Peysing*, lis verteretur, quam sibi *Schermpechius* ab *Ulrico* infeodatus, vendicaverat &c. Item *Ulricus* de Abensperch

ſperch, ob dampna plurima Eccleſiæ S. Emmerami irrogata curiam quamdam Sancto Emmeramo donavit in *Hunspach* anno 1268. Ex quibus comprobantur ea, quæ ſuprà diximus, ſcil. ab ipſis *Advocatis* magna Eccleſiis & Monaſteriis fuiſſe illata damna &c. quod *Ulrich* de Abenſperch ſuîs litterîs (vide Num. CXII. pag. 234.) ſe feciſſe dicit, ideoque curiam ſuam ad reſarcienda damna S. Emmeramo donat. Ex aliis *Ulrici* Abenſpergenſis litteris (vide Num. CIV. pag. 214.) anno 1282. confectis, intelligimus, ULRICUM dictum, ET PARENTELAM EJUS (Familiam *Abenſpergenſem*,) nullum jus *Advocatiæ*, vel *proprietatis*, in lignis ſeu ſylvis infra *Ratisbonam* & villam *Gebraching* ſitis poſſediſſe; itaque cùm *Ulricus*, jus *Advocatiæ* in *Peiſing*, uti mox vidimus, anno 1268. poſſederit, videtur vero ſimile, *parentellam* iſtam (Abenſpergenſem Familiam jam *ante* Sæculum XIII MEDIUM, bonorum Eccleſiæ S. Emmerami *Advocatos* extitiſſe. Rationem verò, cur *Ulricus* de Abenſperch, ejusque *Parentela* nullum jus Advocatiæ in his lignis ſeu ſylvis poſſederit, ipſe adducit; ſcilicet quia *ſylva ſeu ligna ſupradicta liberè & integraliter . . . . ab antiquo ad uſus fratrum, & comodum in ipſa Eccleſia commorantium transferenda ſint.* Unde ea confirmantur, quæ ſuprà *de advocatiis in gente*, notavimus, nempe: *ea bona, quæ fratribus alendis addicta fuerant, ab annua præſtatione Advocatis ſolvenda, immunia fuiſſe.*

§. XV. Jus Advocatiæ QUORUMDAM bonorum Eccleſiæ S. Emmerami *in certis locis, Abenſpergenſi Parentelæ* (Familiæ) tanquam *Armato* Advocato commiſſum equidem fuerat. Præter *Abenſpergenſes* autem, alios & plures Advocatos adhuc *in aliis locis*, Eccleſia S. Emmerami habuit. Erant, qui ſeſe Advocatos dixerunt, quos Monaſterium S. Emmerami minimè agnovit, magna tamen ab eis damna paſſum eſt. Notat Hundius Tom. 1. de Abenſpergenſium Genealogia per Dietmarum Babonis Filium, *Comites Leonbergenſes* ortum duxiſſe; unde contigiſſe exiſtimo, quòd *Comites de Leonberg* (vide Num. CIX. pag. 227.) ex Babone Aſpergenſi deſcendentes, jus *Advocatiæ*, (die Caſten-Vogtey) bonorum S. Emmerami, tanquam hæredes ſibi vendicaverint, multa damna Monaſterio S. Emmerami inferentes, quibus *Ulricus de Abenſperch*, tamquam Advocatus bonorum quo-

Comites de Leonberch nitebantur eſſe Advocati.

rum-

rumdam S. Emmerami ſeſe oppoſuit, litterisque ſuprà citatis Sigillum proprium addidit. (Vide cit. Num. CIX. & alias litteras Num. CX. contra *Comites de Leonberg &c.*) Dixi, *Ulricum* ſive *Parentelam Abenſpergenſem quorumdam bonorum in certis locis* Advocatum fuiſſe, & juris Advocatitii (Caſten-Vogtey) emolumenta percepiſſe. Eccleſia S. Emmerami plures habuit in diverſis locis *Advocatos.* Advocatia enim in *Eylsprunn*, quæ anno 1282 Ulrico Abenſpergenſi ab Abbate & Monachis S. Emmerami concredita fuerat, priùs à *Dietrico de Fligelsberg* exercebatur, quod jus Advocaticium (in Eylsprun) Abbas à dicto *Dietrico* (ſoluto pretio) redemit. Vide Num. CXIV. pag. 236. De aliis Advocatis mox occurrent plura dicenda. Alium quoque Advocatum habuit Monaſterium S. Emmerami pro loco, qui dicitur *Lautterbach.* SIGEFRIDUS Abbas ad S. Emmeramum hæreditatem ſuam in *Lautterbach &c*, Huic Sancto Martyri anno 820. donaverat. (vide Num. VIII. pag. 24.) *Advocatum* bonorum iſtorum, *in Lautterbach*, egit anno 1262. *Gebehardus Dei Gratia Comes dictus de Rotenekke.* (Vide Num. CXI. pag. 232.) Notanda ſunt verba *Gebehardi* Comitis, dum dicit, *ſervitia quædam ab hoba*, de qua in litteris ſermo) PER FAS, vel per NEFAS fuiſſe exhibita. In Eisdem litteris denuo obſervandum eſt, quòd Bona *in ſpeciales uſus & commodum fratrum vel Eccleſiæ deſtinata*, à ſervitiis præ aliis bonis libera fuerint. Mortuus eſt *Gebehardus* Comes de Rottenekke circa annum 1287. vide tom. 1. Hundii de Genealogia Abenſperg: pag. 6. *Henricus* quoque de Rotenek Epiſcopus Ratisbonenſis Patrimonium ſuum, Caſtrum Rottenek, *Ludovico* Duci Bavariæ anno 1279. vendidit, eaque venditione Ludovicus Dux *Vogteiam* bonorum & hominum in *Lautterbach*, unà cum Vogteia ſeu annua præſtatione, quam Comites de Rotenek perceperunt, accepit. Ludovicus Bavarus, Prioris Ludovici filius, Romanorum Rex factus, Monaſterium S. Emmerami cum univerſa ſua ſubſtantia, Perſonis ſcilicet, gangriis pertinentibus ad Idem, in ſuam defenſionem, & tutelam ſpecialem ſuſcepit anno 1315 (vide Num. CXX. pag. 245.) Præcepit etiam Idem Rex, ne ille, cui iſtam *Vogteiam* committeret, vel locaret, ultra debitum, contra antiquam conſuetudinem, plura ab hominibus Lauterbacenſibus exigeret. (vide Num. CXXII. pag. 247.) Hoc

Dietricus de Fligelsberg Advocatus *in Eylsprun.*

Comites de Rottenek Advocati in Lautterbach

Ludovicus Dux Bavariæ, Advocatus in Lautterbach, Tanquam Poſſeſſor Caſtri Rotenek.

præceptum dedit anno 1319. Notat Hundius tom. I. Stammen-Buech pag. 6. quòd Hildtprandt de Chamer & Gebhard Filius Hiltprandti Caſtrum Rotenek à Ludovico Imperatore, jure pignoris acceptum anno 1320. & 1333. poſſederint. Succeſſerunt alii Poſſeſſores in Rottenek. Nobiles de Preyſing, qui à Ducibus Bavarie Caſtrum iſtud pretio 1765. florenorum emerunt, quod tamen, pro eodem pretio, Cunradus Preyſinger de Baybrun anno 1389. Ducibus Bavarie iterum vendidit. Succedente tempore ad Nobiles de Layming pervenit. Ex hiſtoria Bavariæ patet, Sæculo XIV. ineunte, (uti Aventinus & Adlzreutter ad hoc Tempus ſcribunt) ab *Ottone* Bavariæ Duce, Rege Hungariæ, omnem Jurisdictionem, universásque actiones (excepto Jure gladii, ſive Jurisdictione Criminali) Nobilibus & Civibus pro pretio fuiſſe venditas, & ſic Hoffmarchiarum Dominis, de cunctis Controverſiis cognoſcendi, judicandi, decernendi, coercendi, caſtigandi, mulctas irrogandi, cenſendi, jus conceſſum fuiſſe, quod Jus penes Principem antea ſemper fuerat. Ex *ipſis litteris* Ludovici Imperatoris autem (vide pag. 450. 451.) colligi videtur, Jurisdictionem in Lauterbach & Vogtareuth ab antiquo tempore Judici, Præfecto, ab Eccleſia S. Emmerami ibidem conſtituto jam competiiſſe; Præcipit enim Imperator Ludovicus omnibus ſuis Vice-Dominis, Officialibus &c. ne quisquam in *Lautterbach* & *Vogtareith* Judicium aliquod exerceat (exceptis tribus caſibus ad Mortem.) vide pag. 451. Nullum pretium pro Privilegio Judicii in Lauterbach & Vogtareuth exercendi ſolutum fuiſſe ex eo patet, quod nullam Mentionem in litteris Ludovicus Rex illius ſolutionis fecerit, vel ſi facta fuiſſet, ſpeciali Præcepto, ipſe Imperator ſuos Officiales ab exercendo Judicio non prohibuiſſet. Ius tamen *Criminale* hiſce in locis Ludovicus Auguſtus ſuo Ducatüs Bavariæ Judicio reſervavit. Utrámque tamen Præpoſituram *Lauterbach* & *Vogtareuth* tanquam IMPERATOR in ſingularem Protectionem ſuſcepit, quam Protectionem Imperatoris Filii, aliique ſubſequentes Duces benigniſſime ſuſceperunt, ut ex litteris priùs allatis manifeſtum eſt. Notaveram antea, Caſtrum de Rotenek ad Nobiles de Laymingen perveniſſe, qui illud anno 1431, & forte citius, poſſederunt. Variæ inter Nobiles de *Laymingen* & Abbates S. Emmerami lites, ob *Vogteiam Lauterbacenſem*,

Nobiles de Laymingen Poſſeſſores Caſtri Rotenek

Comi-

Comitibus de Rotenek olim commiſſam, & ad eorum in loco iſto ſucceſſores derivatam, emerſerunt. Abbates ad S. Emmeramum Imperatorum Romanorum, ipſiusque Ludovici Bavari Auguſti, Privilegiis muniti Dominis in Rottenek (Ide Layming) nullum judicium in ſubditos Lauterbacenſes ad S. Emmeramum pertinentes permiſerunt. (Sigefridus Abbas ad S. Emmeramum poſt Sæculi IX. initium (anno 820.) hæc bona in Lautterbach S. Emmeramo donaverat. Vide Num. VIII. pag. 24.) Nobiles de Lay- Advocati in Lautterbach
ming varia & multa à ſubdititis & Abbate exigebant. Tandem à *Friderico* Imperatore, Archi Epiſcopo Salisburgenſi, qui *Chiemenſem* Epiſcopum ſubdelegaverat; dein Henrico Epiſcopo Ratisbonenſi, denique Epiſcopo Friſingenſi, ad judicandum hac de re delegata fuit poteſtas. Joannes Abbas ad S. Emmeramum hiſce in judiciis ſe gravatum judicans ad *Cameram imperii* anno 1493. appellavit. Denique anno 1534. inter Partes, præſentibus arbitris tranſactio inita fuit. Cùm dein Caſtrum *Rotenek* ad Nobiles de Weix &c. tranſierit, tunc *Placidus* Abbas à Domino Joanne Wolf de Weix in Steingriff & Rotenek, & Sigunda Renata Commitiſſa de Dörring, Uxore ejus, hanc Vogteiam pro pretio convento redemit anno 1650. Hæc cuncta ex Archivo noſtro deſumpſi. Ad faciliorem intelligentiam *Advocatiæ*, ſuper homines & bona in *Nider-Lauterbach* ſequentia ex membraneo libello Sæculo XV. conſcripto referre volui. [Es iſt auch zewiſſen, wann der Vogt oder ſein Richter, ein Recht haben will zue Lautterbach, daſelb Recht ſüllen ſie haben auſſerhalb des Hofs, und ſol ruck keren an die Hofmarch, und ſol das Recht halteu dem Probſt on Schaden, dan als vill ob im der Probſt ze Gunſt gab, ſo mocht er das Recht wol haben in dem Probſthoff, dem Probſt dannoch on Schaden. Es iſt auch zewiſſen, daß der Vogt oder ſein Richter umb Nichte zerichten hat in der Hofmarch zu Nydern Lautterbach umb chainerlay Sach, dann umb dreylay Sach, das iſt, Dewff, und umb Notnunfft und umb Todſleg, das iſt, nur yber den Leib, und des varenten Gutz ſol ſich der Probſt unterwünden, an Widerred des Vogtz, und manichlichs einſprechen. Es iſt auch zewiſſen, daß der Vogt oder ſein Amptman nichts in der Hofmarch ze der lauben, noch ze verpieten hat, in chainerley Weys, weder wenig noch vil, dan was von der Vogtey und Gült iſt, dannoch ſol das alzeit

beſchehen mit Gunſt und mit Willen des Probſt, und der der Probſt ſein Amptman dazue ſchicken.] Ex his verbis patet. 1. *Advocatum* hujus loci (in *Niderlauterbach*) potuiſſe exercere *judicium.* Sed 2. extrà Hofmarchiam, versô dorsô in Hofmarchiam. Niſi 3. Præpoſitus Ei ex favore concedere vellet, ut judicium in domo Præpoſiti celebret, id tamen. 4. Sine omni præjudicio Præpoſiti. 5. Judicium tantùm exercere poterat in *Cauſa ſanquinis*, non verò in alio negotio quocunque. 6. Colligitur *Advocatum* habuiſſe ſuum officialem, (Seinen Richter) qui nomine ipſius Judicium teneret. 7. Reditus, ſive mercedem, pro *Advocatia*, *defenſione*, potuit exigere, quæ tamen cum *præſcitu Præpoſiti* Advocato præſtari debuit.

§. XVI. Cùm in præcedenti. §. de *Præpoſito* fæpius ſermo ſit, pauca quædam de *Præpoſito* & *Præpoſitura* notabo. De Præpoſitorum (Eccleſiæ Cathedralis, vel Monaſterii) Officio & dignitate hîc nihil loquar. Notiſſima ea ſunt. *Præpoſituræ* vocabantur etiam Cellæ, ſeu obedientiæ, ab Abbate cujusdam Monaſterii dependentes. Hîc autem videntur indigitari *Præpoſituræ*, loca, *Præfecturæ*, ubi plura prædia, & homines, Eccleſiæ vel Abbatiæ cuidam ſubjecti erant, quæ prædia, illorumque proventus Præfectus, ſive *Præpoſitus* ab Eccleſia conſtitutus adminiſtrabat, Laicus, vel etiam Canonicus, aut Religioſus. *Laicis Præpoſitis* commiſſum erat ab Eccleſia, vel Monaſterio *Judicium*, das Probſtey-Gericht, in loco iſto exercendum. Notat *Du Change* in Gloſſario, *verbo* : PRÆPOSITURA, quòd Nomine *Præpoſituræ* interdum majora Feoda, quîbus ſuprema juſtitia, ejusque exercitium competebat, deſignata fuerint. Hoffmarchias noſtras majores, quarum bona ante octo & Novem ſæcula S. Emmeramo jam donata fuerant (*Reutt*, *Lautterbach*, *Inning*, *Eytterhouen*, ab antiquis temporibus *Præpoſituras*, jam fuiſſe appellatas conſtat, in quibus Præpoſiti Laici, qui ſimul Judicium ibi exercerent (die Probſtey-Richter, Pfleger,) ab Abbate conſtituti ſunt. *Ludovicus IV.* Imperator (Vide pag. 451. &c.) expreſſis verbîs Præfectos in *Lauterbach* expoſitos, vocat PRÆPOSITOS (die Pröbſt oder die Pfleger.) Idem den Probſt von Inning. pag. 452, Cùm enim Monaſterium S. Emmeram ab Imperatoribus & Regibus poteſtatem acceperit diſtringendi & judicandi omnes homines ad

Præpoſiti Laici Pröbſt/ Pfleger/

S. Em-

S. Emmeramum ſpectantes, hinc Officiales Laici (Pfleger, Pröbſt, Richter,) Præpoſituris iſtis præfecti ſunt. Præter *Laicos Præpoſitos* Pfleger, Pröbſt: Subin etiam Religioſi, tanquam *Præpoſiti*, Curam rei œconomicæ habentes ibi expoſiti fuerunt. Sic in ſtatuto noſtro Capitulari de anno 1342. Num. CXXXIII. pag. 270. Sub Alberto Abbate PRÆPOSITI RELIGIOSI erant in *Inning*, *Reut*, *Lauterbach*, & *Böhmiſchbruk*, in Ponte Bohemorum.) *Religioſi Præpoſiti* rei temporalis curam egerunt. *Præpoſiti Laici*, Pfleger, judicium exercuerunt. De hujusmodi Præpoſitis Laicis, eorumque judicio (von dem Probſt-Gericht) frequens in litteris vetuſtis occurrit mentio. Originem itaque horum Præpoſitorum deren Pfleger, & Judicii eorum fuiſſe dicam, quòd Eccleſiis & Monaſteriis antiquiſſimis temporibus à Regibus conceſſum fuerit Privilegium judicii in ſubditos exercendi. Hocque Judicium, (das Probſt-Gericht) longè ante Judicium, *Hoffmarchiarum Dominis*, ab *Ottone* Duce Bavariæ, Hungariæ olim Rege, Sæculi XIV. initio, conceſſum diverſis in locis, vi Privilegii à Regibus & Imperatoribus conceſſi viguit. Ludovicus IV. Rex Romanorum præcipit ſuis Officialibus, ne in Hoffmarchiis *Vogtareut*, & *Lauterbach* judicium aliquod exercerent, niſi in tribus caſibus ad mortem- cûm ad Præfectos, ſive Præpoſitos ab Eccleſia S. Emerami ibi expoſitos de omnibus aliis rebus judicandi poteſtas ſpectaret. Daß jemand in den vorgenannten Hoffmarchen über Leuth oder über Guth zu richten habe, und cheinerley Sache, wie die genannt iſt, den die Pröbſt oder die Pfleger, die da ſeynd von des GOttshauß wegen, ausgenommen, der dreyer Haupt-Sachen, die zu dem Todt gehöret ꝛc. Vide pag. 451. Oportet hîc quædam advertere. 1. Præpoſiti Laici exercebant judicium, (das Probſt-Gericht) in ſubditos ſuos in omni re, exceptîs tribûs caſibûs ad mortem. 2. *Advocati* ſubin exercebant judicium ſanguinis in dictis tribus caſibus. Si tamen titulô *Advocatiæ* id eis commiſſum fuerat, vel committi potuerit, aliàs ad Judices Regios, demum ad Dominum terræ Judicium ſanguinis ſpectabat. *Advocati* erant ſubinde Principes, Duces, Comites, hi tanquam Domini terræ, jus gladii à Regibus & Imperatoribus titulô *Regalium* poſſidentes, bannum ſanguinis in eis locis, ubi ſimul *Advocati* erant, exercebant, non poteſtate *Advocatiæ*, ſed quà ſupremi illius terræ Domini. Si tamen *Bannus*

Probſt-Gericht

Notæ incidentes breves.

Regius alicui Eccleſiæ vel Abbatiæ conceſſus fuiſſet, tunc *Advocatus* nomine Eccleſiæ hoc peragebat. Vide Diploma Ottonis II. Num. XLVIII. pag. 120. ubi Bannus Regius in furtis, homicidiis *Eccleſiæ S. Emmerami* donatus fuit, in *Reutt*, per *Advocatum* Monaſterii exercendus. Licet Privilegium *Judicii*, Eccleſiis & Monaſteriis in ſubditos ſuos conceſſum fuerit à Regibus & Imperatoribus, non ideo tamen Bannus Regius, vel judicium ſanguinis ſemper collatum fuit. 3. Nuspiam inveni, quòd *Bannus Regius* ſeu judicium in cauſa ſanguinis Monaſterio S. Emmerami in *Lauterbach* conceſſum fuerit, quod tamen de Loco, ſive Hoffmarchia RUIT (Vogtey Reutt) ſub *Ottone II.* (Vide pag. 120. ad Num. XLVII. factum legitur. Dum ergo Judicium ſanguinis *in Lauterbach* ab ADVOCATO (ut prius in nota Germanicè exhibita legimus) exercitum fuiſſe intelleximus, id ita explicandum puto, quòd nempe *Ludovicus* Rex Romanorum Hoffmarchiam *Lauterbach* (*ſimulque Vogtareith*) *in ſpecialem Protectionem*, in beſondern Schutz und Schirm,) ſuſceperit, & *Advocatus* ſupremus dici voluerit. Vide pag. 450. ad Num. CCXXXVII. Judicium autem ſanguinis ad ipſum tanquam ſupremum Dominum terræ Bavariæ pertinuerit. 4. Forte etiam dici poterit, quòd Comites *de Rotenek*, qui ante Duces Bavarie Advocatos *in Lauterbach* egerunt, tanquam Comites & Domini Banno Regio, & poteſtate gladii ad punienda crimina præditi fuerint. Poſt quos, Caſtrum *Rotenek* ad Duces Bavarie titulò emptionis pervenit, à quibus deinde ad alios translatum fuit, an verò *Ludovicus* Rex ſuccedentibus Caſtri illius Dominis *Bannum ſanguinis proprio*, vel *Ducis* jure exercendum commiſerit? Ego dicere nequeo. Nec verba, quæ prius ex Germanico Membraneo codice exſcripta ſunt, ubi dicitur: *Advocatum in Lauterbach extra Hoffmarchiam, verſô dorſô ad Præpoſiti Domum, ne jurisdictio Præpoſiti* (*Præfecti*) *violaretur, judicium ſuum celebrare debuiſſe*, dubium moveant, quòd hæc ſupremo terræ Domino (*Ludovico IV.* Romanorum Regi) qui Hoffmarchiam *Lauterbach* in ſpecialem Protectionem ſuſceperat, injurioſa videantur; Nullam enim injuriam neque modò ab Hoffmarchiarum Dominis, Supremo terræ & Ducatûs Principi inferri dici poteſt, dum illi, qui ob gravia crimina in Hoffmarchiis per tres dies captivi detenti fuerunt, dein extra limites Hoffmarchiæ Officialibus & ſupremæ Ducis Poteſtati extraduntur.

Hæc

Hæc enim omnia per ſubſtitutos ſupremi Principis Officiales peraguntur. 6. Ubi *Præpoſiti Præfecti*, expoſiti fuerant, *ibi* ab iisdem in ſubditos, & de rebus eorum, judicium peractum fuit. In aliis locis, *Advocatis* ſubinde ab Eccleſiis, vel Monaſteriis Poteſtas Judicii titulo Feodali collata fuit, quod illi (Advocati) per ſuos Officiales perfecerunt. Occurrunt autem plures *Advocati*, absque eo, quod eis Judicii poteſtas commiſſa fuerit, uti ex ſequentibus patebit; ſæpe enim *Advocatiam* à *Jurisdictione* ſive Judicio ſeparatam fuiſſe videbimus.

Advocatia à Jurisdictione ſeparata.

§. XVII. Dixi ſuprà in §. XV. pag. 537. quòd Eccleſia S. Emmerami *plures ſimul habuerit Advocatos*, paucisque verbis *Advocatiam in Eylsprun* inſinuavi, quam à Monaſterio *Dietricus* PINCERNA (*Schenk*) de *Fligelsberg* olim ſuſcepit, quod Jus Advocaticium ſuper bonis ad *Officium Operis Noſtri* pertinentibus, videlicet in *Eylsprun*, *Tallhofen*, *Prüfening* & *Rigling* dein à Dicto PINCERNA *Schenk de Flügelsberg* per LXXX. libras denar. *Wernerus* Abbas redemit, illudque Ulrico Abenſpergenſi comiſit. Factum id eſt anno 1282. (vide Num. CXIV. pag. 236.) Ex his *Ulrici* litteris manifeſtum patet, JURISDICTIONEM, JUDICIUM, Sæculo XIII. in *Eylsprun &c.* ab Advocato S. Emmerami, cui *vi pactorum*, unà cum *Vogteia* ſeu *Advocatia*, *Protectione*, ab Abbate commiſſum fuerat, exercitum fuiſſe; nam una pars *multæ* Advocato, duæ reliquæ partes *Multæ* Monaſterio competebant. Dixi: *vi pactorum* judicium *Advocato*, *Schenkio de Flügelsberg* conceſſum fuiſſe; nam *Advocatia* alicui collata non ſemper jurisdictionem & judicium Advocato confertebat, niſi ab eo, qui Advocatiam contulit, illud ſimul conceſſum fuerit. Præter hunc *Advocatum Pincernam*, (*Schenk*) *de Flügelsberg*, plures alios *Advocatos* ex libro noſtro feudali Membranaceo exhibere volui. En verba:

Varii Advocati.

Nos *Hainricus* Abbas creati anno Dni MCCC. qnto in craſtino D. Martini in Abbatem, conceſſimus ab eodem die creationis noſtræ fidelibus Eccleſiæ nræ feoda infra ſcripta
Dno Ulrico de Abenſperch.
Item Hunſpergerio Advocatiam ſuper ipſam villam, & den Zieglouen.
Domino de Haiuberch Advocatiam ſuper Luzelnach.
Bertoldo de Strazz Militi Advocatiam ſuper Eccleſiam *Solern*.
Hachſenachrario Advocatiam in Harthaim ſuper curiam noſtram.

Sub

Sub *Paldvvino Abbate*, qui anno MCCCXII. creatus eſt Abbas, ſequentes Advocatiæ collatæ ſunt.

Dno de Abenſperch. Nota. Ex hoc & ſequentibus patet, inveſtituras iſtas ab Abbatibus novis fuiſſe renovatas.

Hainrico Dapifero in Ekkenmull Advocatiam in Pigendorf. Item Advocatiam ſuper curiam Chunradi de Hof in Tünzling.

Item Saulbergario Rudlando Advocatiam ſuper quosdam homines in Alburch.

Item Hainbergario Advocatiam ſuper Lutzelnach.

Item Hachſenachrarii receperunt à nobis in feodo Advocatiam ſuper Eccleſiam in ſolern, vnd dazz Dorfgericht ibidem.

Item Pincernæ de Reichenek (*forte Schenk de Neydek*) dicto Maier Advocatiam ſuper Curia noſtra in Aufhauſen.

Sub Alberto Abbate electo anno MCCCXXIV.

Dno de Abenſperch Advocatias, quas ſuper Poſſeſſionibus Monaſterii nri poſſidet. Decimam in hauſen.

Dietrico Mtrss de Wolntzach Advocatiam in Molendino dicto Crebmul &c.

Reilind dictæ Huntzpergerin *Judicium* & *Advocatiam* in Stainſtorf.

Hermanno Hoferio (von Hoff) Advocatiam ſuper Curia in Mainſpach.

Dno de Haimberch Advocatiam ſuper Lutzelnah.

Ditrico de Hachſenacker Advocatiam in Solern & in Perchauſen titulo feodi directi.

Contulimus Chunrado de Haydaw Advocatiam in Scheyrn.

Advocatiam hominum in Lutzelloch contulimus directo feodo Syfrido dicto SWEPFERMANN, & Ottoni Filio ejusdem.

Dicto Huntzperger & Cunrado de Landfridshouen *Judicium* villæ in Stainsdorf, & *Jus Advocatitium* ſuper IX. bonis ibidem.

Cunrado dicto de Haydek libero, Advocatiam ſuper bonis noſtris in hauſen, quam Advocatiam *Schenchones de Geyrn* habent ab eis.

Advocatiam ſuper Lutzelloch contulimus Heinrico Haymberger, dicto Ramunch, ad conſervandum Heinrico de Haymberg juveni.

Sub *Altone* Abbate anno MCCCLVIII, Electo ſequentes Advocatiæ in feodum conceſſæ ſunt.

Advocatiam in ſuperiori Vekking, in quo eſt reſidens Altelinus, contulimus Perchtoldo dicto Saylbeck.

Dimidiam Advocatiam in Lutzeloch contulimus titulo directi feodi Ottoni Swepfermann.

Judicium & *Advocatiam* in Scheyrn, poſt obitum Dni Perngeri de Haydaw militis, contulimus titulo directi feodi Fratri ſuo Dno Alberto de Haydaw Militi.

Ad-

Advocatiam in Solern poſt reſignationem Jacobi Hintzenhauſerii contulimus, titulo directi feodi Cunrado Hintzenhauſerio filio præ dicti Jacobi.

Annæ Lewbolfinginne, Relictæ Alhardi Lewbolfingerii contulimus titulo directi feodi *Advocatiam*, & *Judicium* in Hachlſtatt. Acta Sunt hæc anno Dni MCCCLXXIII. in Vigilia Kathed. S. Petri.

Sub Ulrico Abbate ab anno MCCCLXXV.

Poſt obitum Joannis Hoferii (de Hof) contulimus Joanni dicto Sintzenhoferio titulo directi feodi Advocatiam in Swant.

Dem Erwirdigen Herrn dem Abbt von Sand Haimeram zu Regenſpurg enbuit Ich Hainr. Dictus Amman von der Lepfenburg zu allen Zeiten, mein willig Dienſt. Lieber Herr. Ich lazz Ewr Gnad witzzen, daz ich den Chirchen-Satz zu Drumelsheym beſucht, und unbeſucht euch auf Send, alz, die von alter Herkomen iſt, mit der Beſcheydenheit, daz Jr Jn leyhet Her Hainrich dem Marſchalckh zu Pappenhaim, und ob ez zw Schulden köm, darnach ſeinen Erben, oder wenn eryzunt hinab zu Ew ſchickt an ſein ſtatt. Verſigelt mit meinen aigen Jnſigeldaz ze rükke darauf gedruckt iſt.

Advocatiam in Swant contulimus titulo directi feodi Joanni Sunzenhoferio.

Anno MCCCCII. titulo directi Feodi contulimus Advocatiam Eccleſiæ Parochialis in Solern Erhardo Muckentaler de Landerſtorf perpetuo Magiſtro Coquine Illuſtris Principis Dni Ludovici Duc. Babarie.

Anno Dni MCCCCXII. feria quarta poſt Feſtum S. Joannis Baptiſte venit ad nos Prænobilis Dns Dns Johannes pro tunc Senior Lantgrafius de Leuttenberg, & petiit ſibi humiliter conferri ea, quæ à nobis & nro Mnrio ſibi de Jure eent conferenda, cujus precibus inclinati, contulimus titulo directi feodi Advocatiam de duabus Curiis nris in Ginchouen, & Perg, & de hub in Hainſpach, & de Molendino in Cholbach & ceteris bonis ibidem.

Hæc ex libro feodorum noſtri Monaſterii exſcripſi, ut pateat, Monaſterium S. Emmerami plures Advocatos ſimul in diverſis locis habuiſſe. ADVOCAtiâ in *Neuſchwant*, Præfecturæ Provincial. Neoburgi ante ſylvam in ſuperiori Palatinatu, huc usque ſemper inveſtitur ab Eccleſia S. Emmerami, Sereniſſimus Elector Bavariæ. Anno 1589. *Advocatiam* hanc titulo feodi tenuit *Georgius Dietricus de Brandt.* Cui ſucceſſit *Philippus Henricus Rabenſtein*, à quo ad Sereniſſimum Electorem *Palatinum*

FRIDERICUM, & dein anno 1629. 11. Septembris ad Sereniſſ. Electorem*D ucem Bavariæ Maximilianum* translata fuit.

Advocati in Böhmiſch-bruk

§. XVIII. Inveni adhuc alios *Advocatos* bonorum S. Emmerami, & ejus Eccleſiæ in *Bömiſchbruk*, quorum notitiam in luſtrando Archivo noſtro accepi. Occurrit mihi charta membranea absque anno tamen, in qua *Otto*, *Jordanus*, *Pernaldus*, *Martinus*, & *Zezerna* dicti de *Dreswitz* ADVOCATIAM in *Bohemorum Ponte*, (*Böhmiſchbruk eſt Præpoſitura*, *& Parochia ad Monaſterium S. Emmerami pertinens*.) cum omnibus juribus Monaſterio S. Emmerami Ratisponæ pleno jure & totaliter reſignarunt, pro anima Patris ipſorum *Pernoldi Dreſwizeri*, & ipſorum omnium &c. Adeſt Charta, in qua *Bernoldus* de *Dreswiz* agros &c. ad Eccleſiam *Pehemiſchenpruche* ſine omni debito ſervitutis, (excepto Jure *Advocatiæ*) donavit cum conſenſu Uxoris *Agnetis*, & *Filiorum*. Acta ſunt hæc anno Dnice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo quinto. Ex Ambabus litteris, (ſuperioribus filiorum, & his *Bernaldi* Patris,) integra Sigilla pendent. Otto Dei Gratia Boemiæ Rex, Auſtrie, & Stirie, ac Marchio Moravie dictum locum *Pontem Bohemorum* in bonis Poſſeſſionibus, & hominibus ſuis, juribus, & libertatibus munere *Tuitionis* in præſidium, & tuitionem ſpecialem recipit. Sigillum *Ottonis* ex charta dependet. ULRICUS *Dapifer de Hailſperch* de duabus hubis *in Gundolzhauſen* ac dimidia parte ſilve montis in *Hohenperch* omne *Jus advocatitium* hactenus ab Eccleſia S. Emmerami titulo feodali habitum unà cum *jurisdictione judicandi*, ad Altare S. Emmerami voluntariè reſignavit. Anno Dnî M. CC. Nonageſimo octavo. Sigillum *Ulrici* integrum pendet ex Charta. Nota verba: *Jus Advocatitium*, *unà cum jurisdictione judicandi*: igitur *Advocatia* non ſemper ex ſe *jurisdictionem judicii* conferebat; aliàs inutilis fuiſſet expreſſa utriusque reſignatio. Plura alia ommitto, ne nimius ſim &c.

Advocatus in Gundlz-hauſen

Abenſper-genſes

§. XIX. Redeo ad *Advocatiam* Nobilium de Abenſperch. Qui à Sæculo XI. immò à Sæculo X. declinante *Advocatiam* BONORUM QUORUMDAM ad S. Emmeramum ſpectantium tenuerunt. Nec ſolùm *Advocatia* eorum ad quatuor loca (in die

4. Schra-

4. Schranen Tünzling, Tann, Peysing, Eylsprun) sed etiam ad alias curtes se se extendebat. Inveni litteras in Archivo nostro, quæ Abensspergensium Sigillis munitæ plenam fidem faciunt, ipsos à Monasterio S. Emmerami *Advocatiam* & *Jurisdictionem* seu *judicium* super *Pentling* (est Hofmarchia prope Ratisbonam ad S. Emmeramum pertinens,) & in *Uchenpiunt* (Luckenpeint,) quam Hofmarchiam Comites de *Lerchenveld* in *Köfring* à S. Emmeramo titulo feodali nunc possident, titulo feodali tenuisse. Has *Advocatias* in *Pentling*, & *Uckenpiunt*, iterum aliis in Beneficium seu feodum *Abensspergenses* concesserunt. At, anno 1331. ULRICUS *Abensspergens. Advocatiam* (Vogtey, in Uckenpiunt,) (non tamen *judicium* seu *jurisdictionem*, quam sibi reservavit,) Monasterio S. Emmerami, à quo titulo feodali Abensspergensis cuncta tenebat, libere resignavit. (Vide Num. CCXXXVI. pag. 449.) Notandum hîc est, *Advocatiam* à *Judicio* seu *Jurisdictione* distinctam, & separatam fuisse. *Ulricus* ADVOCATIAM resignavit, JUDICIUM, JURISDICTIONEM sibi reservavit. Hanc (Jurisdictionem in Uckenpiunt) Nobiles Abensspergenses sibi servarunt, quamdiu vixerunt, cùm autem post Mortem *Nicolai*, Ultimi *Abensspergensis* hæc Advocatia sive Casten-Vogtey unà cum Judicio, à Monasterio S. Emmerami, Duci Bavariæ Alberto 1485, ad DIES VITÆ concessa, & ad ejus Posteros dein transmissa fuisset, (ut statim videbimus) tunc Duces Bavari hoc Judicium, & Jurisdictionem, quam Abensspergenses sibi prius in *Uchkenpiunt* reservaverant, Possessoribus Castri *Ukenpiunt*, titulo FEODI EQUESTRIS concesserunt. *Judicium* & *Advocatiam* super *Pentling* à Monasterio S. Emmerami titulo feodi acceptam *Wernhart* & *Ulricus* Abensspergenses anno 1329. *Alberto* Abbati ad S. Emmeramum iterum resignarunt. (Drey Pfundt und sechzig Regenspurger Pfenning Vogt-Rechtes ze Pentling, und auch das Gericht daselben.) Ex quibus verbis manifestum patet *Advccatiam* hîc à *Judicio* fuisse distinctam. Daz Vogt-Recht: und auch daz Gericht: *Advocatiam*, ATQUE *Jurisdictionem.* Ex litteris his, duo, *Wernhardi & Ulrici* Sigilla illæsa pendent. *Advocatiam* tamen unà cum *Jurisdictione* in Locis *Tann*, *Tünzling*, *Peysing*, *Gebraching*, *Eylsprun* Nobiles Abensspergenses semper retinuerunt, à Neo-Electis Abbatibus S. Emmerami (ut in Advocatorum Catalogo priùs vidimus) iterum investiti. Commoda & emolumenta plurima, ac magna, ob hanc

Advocati in Ukenpiunt

& Pentling.

Advocatiam ex bonis S. Emmerami percipiebant, ſed plura, quàm juſtum erat, extorquebant, ita, ut Abbas S. Emmerami contra *Nicolaum* Abenſpergenſem, ſtirpis ultimum, ſummè apud *Albertum* Bavariæ Ducem anno 1482. conqueſtus ſit, qui (*Albertus* Dux) tanquam *Arbiter* expetitus Arbitrium quoddam ad pacificandas partes dedit. Ipſe autem *Albertus* Dux Abbati ſeſe tanquam *Advocatum* obtulit, ſi *Nicolao* Abenſpergenſi *Advocatia* iſta adimeretur, & Duci committenda eſſet. Hinc *Nicolaus* Abenſpergenſis (uti ex actis patet) Abbati exprobravit, quòd Abbas *Advocatiam* iſtam *Alberto* Duci conferre intenderet &c. Occisô (anno 1484.) *Nicolao Abenſpergenſi*, ſtirpis hujus Nobiliſſimæ Ultimo, *Albertus* Dux litteras ad Abbatem dedit, ſolicitus, ne *Advocatia* iſta alteri committeretur. Oblata autem & conceſſa illa fuit à Monaſterio S. Emmerami Dicto Duci *Alberto* ad DIES VITÆ anno 1485. (vide Num. CCLXVII. pag. 482.) Defuncto *Alberto* Duce, Tutor, Wilhelmi Filii, Defuncti *Ducis Alberti*, Wolfgangus Dux cum Abbate S. Emmerami egit, ut Advocatia iſta Wilhelmo Duci concederetur, quæ Eidem à Monaſterio S. Emmerami etiam *ad dies vitæ* anno 1500. commiſſa fuit. (Vide Num. CCLXIX. pag. 483.) In his litteris conditiones, & pacta, de quibus inter Ducem & Monaſterium S. Emmerami convenit, clarè indigitantur. Interea Noſtrum Monaſterium varias ab Officialibus Ducatûs Bavariæ moleſtias & turbationes paſſum eſt. *Wolfgangus* Dux, *Wilhelmi* Ducis Junioris Tutor, litteras ad ſuos in Ducatu Bavariæ conſtitutos Officiales anno 1510. dedit, eis præcipiens, ne Monaſterium S. Emmerami in ſuis Hofmarchiis & locis vexarent, ſcribendo: *Wilhelmum* Ducem ab Abbate & Conventu S. Emmerami *Inſignem Vogteiam, unde non* LEVIA EMOLUMENTA *percipiuntur, accepiſſe, ex bona eorum voluntate, cùm ad id faciendum non tenerentur*: dann derſelb Abbt und Convent Unſeren Pfleg-Sohn, und Uns als Vormunder zu des Gotts-Haus Schutz- und Vogt-Herren, auch in einer andern tapferen Vogtey, davon Unſer Pfleg-Sohn nit wenig Nutzen hat, aus gutten Willen, dan Er das nit ſchuldig geweſen iſt, angenommen ꝛc. (vide Num. CCXXI. pag. 489.) Iisdem omnino verbis Tutoris ſui *Wolfgangi* Ducis, ipſe *Wilhelmus* Dux, ad regimen evectus, in litteris ſuis anno 1516. ad Officiales ſuos datîs uſus eſt. (vide Num.

Occiſo Nicolao Aben. ſperg.

Alberto Duci Bavariæ

dein Wilhelmo

ad dies vitæ

Num. CCLXXII. pag. 490.) Denique *Wilhelmus* Dux & Frater ejus *Ludovicus* ab Abbate & Conventu S. Emmerami impetrarunt, ut Advocatia, & Vogteia iſta non tantùm ad DIES VITÆ *Wilhelmi*, ſed omnium MASCULORUM hæredum, *Regnantium Ducum* tranſiret, datîs deſuper litteris, quæ lectu digniſſimæ ſunt, de anno 1526. (vide Num. CCLXXVI. pag. 495.) ſpoponderunt etiam Abbati & Conventui, ſi Monaſterium S. Emmerami, ob iſtam (*Advocatiæ* hujus Ducibus Bavariæ comiſſæ) conceſſionem ab Imperatore (cùm ſimilia ſine conſenſu Imperatoris fieri vix poterant) ad Judicium evocandum foret, ſeſe (Duces) Monaſterii S. Emmerami futuros Defenſores, & Cuncta, ne Monaſterium commiſſi forte erroris pœnas lueret, optime diſpoſituros fore. (Vide Num. CCLXXV. pag. 494.)

Denique Maſculis hæredibus

hæc Advocatia conceſ. ſa fuit

§. XX. Duces *Wilhelmus* & *Ludovicus* in ſuis litteris promiſerunt, juxta tractata, *ſe velle Honeſtum & Diſcretum conſtituere judicem*, qui hujus Vogteiæ ſeu Advocatiæ Incolas juxta juſtìtiam, diſcretionem, & pacta inter Duces, & Monaſterium S. Emmerami inita, ad utilitatem Eccleſiæ noſtræ defenderet, judicaret &c. &c. &c. (Vide Cit. Litt. pag. 496.) Nobiles Abenſpergenſes, quamdiu *Vogteiam* ſeu *Advocatiam* iſtam unà cum Jurisdictione à Monaſterio S. Emmerami titulo Feodali tenuerunt, per ſuos Judices Jurisdictionem in his Locis (**Tann, Tünzling, Peyſing, Eylſprun,** ꝛc. circa omnia negotia occurrentia exercuerunt, uti plures horum Judicum litteræ, ipſorum ſigillis munitæ, adhuc integræ apud nos cuſtoditæ, probant. Poſt mortem autem *Nicolai* ultimi Abenſpergenſium, cùm Caſtella, opes, oppida Abenſpergenſium ad *Albertum* Ducem Bavariæ, ejusque poſteros devoluta fuiſſent (Vide Hundium Tom. 1. **Stammen-Buch** pag. 20.) tunc ſtatim à Sereniſſimo Duce *Alberto*, Judex *Kelhaimii*: **Ein Vogt-Richter und Caſtner**, qui *Vogteiæ*, *Advocatiæ* atque Jurisdictionis munus, **Eines Vogt-Richters, Caſten-Vogts** exerceret, cunctaque ob *Vogteiam* ex his locis promanantia reciperet &c, inſtitutus eſt. Reperi in Archivo Noſtro litteras de anno 1495. quibus *Joannes de Paulſtorff* in *Kürn*, Præfectus, **Pfleger in Kelhaim**, profitetur à ſe Sereniſſimo *Duce Alberto* juſſum eſſe, ut ob quamdam inter Abbatem S. Emmerami, & Monaſterii quemdam ſubditum

Judice, Vogt-Richter Kelhaimii inſtituto.

(in der Schranen Eylsprun) differentiam, sententiam pronunciaret. Aliæ litteræ de anno 1489. indigitant Nobilem *Henricum Mugkentaler de Sanderstorff*, Castnern zu Kelham, qui munus judicis in Negotio quodam (in der Schranen Eylsprun) perfecit, addito Sigillo. Rursus aliæ litteræ de Anno 1394. (ob Negotium in der Schranen Peysing) munitæ sunt Sigillo, mit des vesten Lorentzen Trawtzkircher, Castners und Vogt-Richters zu Kelhamb. Ex quibus manifestum fit, ipsum ALBERTUM Ducem, qui *Primus* hanc Advocatiam & Judicium à Monasterio S. Emmerami ad *dies vitæ* acceperat, statim *Kelhaimii* suum constituisse Casten-Vogt-Richter, qui nomine Serenissimi Ducis Advocatiæ hujus munera exequeretur, simulque servitia, ac reditus ex Vogteia promanantes reciperet. *Albertus Sapiens* prudenter judicavit, alio in loco, quàm in *Abensperg*, hujus Advocatiæ & jurisdictionis Negotia, & actus perfici debere; Titulo enim Feodali ipsi Abenspergenses *cuncta* à Monasterio S. Emmerami tenuerant. Fortè etiam solicitus fuit, ne *hujus* Advocatiæ emolumenta, & Officium, cum Abenspergensium Dominio & Proventibus eadem conferentur; cùm primum anno 1493. à Maximiliano Rege Successionis in *Abensperg* Negotium confectum fuerit. Dixi superiùs à Serenissimo Duce Bavarie præfici Judicem, den Casten-Vogt, und Vogt-Richter: Monasterium autem S. Emmerami (uti ex litteris patet,) constituit Apparitorem (den Schörgen,) qui conformiter concordatis cuncta peragat. Singulis annis Judex (der Vogt-Richter) in quatuor locis, (in denen 4. Schranen) ad exercendam jurisdictionem, (die Ehehafft) bis comparet, ad quæ perficienda, Abbas ad S. Emmeramum unum ex suis Ministerialibus, (postquam à Judice per litteras Abbati notitia facta est) ablegat, ut cuncta juxta promissa, & concordata ad utilitatem subditorum, & Ecclesiæ nostræ peragantur &c. Referre hîc libet ea, quæ in Magno membranaceo codice anno 1336. conscripto (ubi Monasterii & Ecclesiæ nostræ prædia, aliaque diligentissime designata sunt) leguntur, inter alia, ut sequitur:

[Sciendum quòd Nobiles ingenui de Abensperg tenent à nobis in Feodum Advocatias villarum *Tann*, *Tunzling*, *Peysing*, *Gebrecbing* & eisdem attinentium,] pag. CLXII. ir. ubi de Prædiis *in Tünzling*.

[Pag.

[Pag. CLVIII. in villa *Tann* & in tota Hoffmarchia habemus jurisdictionem temporalem ſuper homines in bonis nris reſidentes tribus caſibus exceptis, homicidio furto, & coitu violento.]

[Judicium in Peyſing eſt Ecclie S. Emmerami, exceptis tribus caſibus, furto, violento coitu, homicidio, quî tres caſus pertinent ad Dominum terræ. pag. LXXXXIIII;r.]

Hæc ſunt loca, quæ pertinent ad *Advocatiam & Judicium*, de quibus ſupra ſermo, (die 4. Schranen in *Tünzling*, *Peyſing*, *Tann*, NB. *Gebrachingenſes*, modo comparent in Peyſing (in der Schranen zu Peyſing.) De Advocatia in *Eylſprun*, Vide quæ ſupra pag. 543. dicta ſunt.) Notandum adhuc ſupereſt: quòd Judex à Sereniſſimo Duce Bavariæ Kelhaimii conſtitutus, (der Caſten-Vogt, oder Vogt-Richter) nullum in cauſa Sanguinis, judicium ferat.

§. XXI. Jam aliquid de Advocatia in *Reutt* (Vogtey *Reutt* ad Ænum prope Waſſerbourg) notare volo. *Warmundus* Comes. Dynaſta de Waſſerburg hunc locum ſancto Emeramo Sæculo X. donavit, quam Donationem (Vide Num. XLIII. pag. 110. Item Num. XLVIII- pag. 119. Num. LIV. pag. 133. & pag. 529. OTTO I. OTTO II. & Henricus II. confirmarunt, concedentes Abbati ad S. Emmeramum in loco iſto BANNUM REGIUM, IN FURTIS, HOMICIDIIS, VEL QUIDLIBET HUJUSMODI, REGIÆ POTESTATIS ADJUMENTA, VENATIONES, PISCATIONES, PORTVS, VECTIGALIA, JUDICIUM, ita ut *nulla Judiciaria poteſtas vel* COMES IBI BANNIRE POSSIT, ſed TANTUMODO MONACHI & ADVOCATUS ejusdem loci. Abbas ad S. mmeramum per ſuos *Præfectos*, Præpoſitos Laicos (Probſt-Richter) Judicium in homines, & res ipſorum ſemper exercuit, hinc Ludovicus IV. præcepit (Vide Num. CCXXXVIII. pag. 450.) ne præpoſitus in *Reutt* ab Officialibus Bavaris in Judicio exercendo & aliis Privilegiis impediatur. Cùm verò ſuccedente tempore varia hinc inde ab Officialibus Ducum Bavariæ contra Privilegia, & conſuetudines antiquiſſimas Hoffmarchiarum in *Vogtareuth*, & *Lauterbach* mota fuiſſent, ALBERTUS, WOLFGANGUS, WILHELMUS, LUDOVICUS, ALBERTUS &c. Sereniſſimi Duces Bavarie ſuis Præfectis, datis deſuper litteris,

Advocatia in Vogtey-Reutt

litterîs, præceperunt, ne deinceps quid contra Privilegia & consuetudines horum locorum committerent. Vide pag. 469. 488. 489. 490. 493. 502. 507. Publicæ etiam litteræ (RECESSUS REUTTENSES) à Sereniſſimis Ducibus Bavaris anno 1526. confectæ fuerunt. Quisnam primus hujus loci *(Reutt) Advocatus* fuerit? Ego dicere nequeo. Nullus dubito, quin ſtatim ADVOCATUS bonorum hujus loci ad S. Emmeramum ſpectantium aſſumptus fuerit. [Eccleſia Parochialis ibidem S. Emeramum veneratur Patronum:] Ante Medium Sæculum XI, quo tempore *Burchardus* Abbas ad S. Emmeramum, quamdam cùm *Ruitenſibus* ſubditis complacitationem fecerat, *Advocatum* hujus loci egit *Kadalhohus Comes Excellentiſſimus;* ita legere eſt in Codice Diplomatico noſtro Sæculo XI. exarato, vide P. Pez Tom. 1. Anecdot. Parte III. pag. 77. Cùm verò locus iſte S. Emmeramo jam Sœculo X. Medio, vel etiam citiùs à *Warmundo* Comite donatus fuerit; dicit enim Rex OTTO I. in ſuis litteris anno DCCCCLIX. datis, quòd *quidam* Comes *Warmund* JAM ANTEA quasdam res in loco *Ruit* juxta *Ænum* Fluvium tradiderit, hinc conjicio ſtatim ADVOCATUM hujus loci conſtitutum fuiſſe. Legimus equidem in mox citatis *Ottonis I.* litteris [Vide Num. XLIII. pag. 110.] *Nomen Chadalhohi Comitis;* Res enim, quas *Warmundus*, quas in *Ruit*, *cum omnibus eidem loco adſpicientibus, vel attinentibus S. Emmeramo* donaverat, in pago *Sundarguue* in Comitatibus *Ratolfi*, *Chadalhohi Otacarii* ac *Sigihardi* Comitum ſitæ erant. Sed *Chadalhohus* iſte, vix amplius tempore *Burchardi* Abbatis, ante Medium Sæculum XI. vixerit. OTTO II. [Vide Num. XLVII. pag. 119.] dum donationem iſtam *Warmundi* ſuis litteris anno DCCCCLXXX. datis confirmavit, ac Comitatus, in quibus iſtæ res ſitæ eſſent, indigitavit, nullam amplius Comitis *Chadalhohi* mentionem fecit, ſed alios Comites inſinuavit [in *Comitatibus*, *Arnulfi*, *Hartuici*, *Sigihardi*, *item Arnulfi Comitum &c.*] Oportet itaque Kadalhohum iſtum ſub Burchardo Abbate *Advocatum*, Juniorem quemdam, à Priore illo *Chadalhoho* diſtinctum fuiſſe. Crediderim unum ex his Comitibus ab OTTONIBUS [in litteris ſuis de *Ruitt*] nominatis, ſtatim poſt factam ab *Ottonibus* Regibus, hujùs Donationis confirmatîonem, Advocatum egiſſe. Recordor, me ex *Aventino* notaſſe, *Warmundum* anno MX. obiiſſe, oportet itaque, *Warmundum* ſenio gravem mortuum

tuum fuisse, nam donatio *Warmundi* S. Emmeramo facta, jam Sæculo X. Medio confirmata fuit. Jam verò quædam ex libro nostro seu Codice Membraneo anno 1336. conscripto, *de Advocatia in Vogtey Reutt* exscribere, & lectori exhibere volo. [*Primò* in prædicta villa *Raeut* ex antiquo & à longè retroactis temporibus approbata consuetudine est, & esse consuevit Pretorium, quod vulgo dicitur DINCHAUSE, in quo solus Præpositus, seu Officiales Abbatis dicti Monasterii habent præsidere judicio, ibique judicare & judicio terminare omnes causas omnium hominum in eisdem possessionibus residentium, exceptis tribus casibus, videlicet homicidio, furto, & coitu violento. Nec à dictis Præposito seu Officialibus, ab aliquo appellari poterit, nisi solùm ad dicti Monasterii Abbatem, seu ejus Vicarium in temporalibus generalem. . . . .]

[Notandum quoque, quòd de jure & ab antiquo, *Advocato* pro jure *Defensionis* suæ de dicta Hoffmarchia (*Reutt*) Solvuntur XV. libræ Monacens tempor. Maij & totidem in Autumpno. & C. & V. oves. Item C.&V. Zargas Siliginis. & LVIII. Zargas auene de granario Monasterii, & quidquid ultra recipitur, est indebitum & penitus contra DEUM. Et præscripta *Advocatia* sub jure & condicionibus præscriptis fuit concessa per Dnum *Ulricum* Abbatem dicti Monasterii Duo *Ludvvico* Superioris terræ Bavariæ Duci, Anno Dni Millesimo CC. XLIII. ita, quod si metas juris Advocaticii præscripti excederet, ex tunc liceret Monasterio eligere sibi alium *Advocatum*, quemcunque vellet.

Sciendum etiam, quod *Advocatiam* prædictam quondam Episcopus Ratisponensis sub Jure & Conditionibus præscriptis tenuit, sed quia metas conditionum earumdem excedere uoluit, & excessit, *Advotia* ipsa per Monasterium, sibi Ablata extitit, & Duo Duci prædicto commissa.

Sciendum quoque, quòd EX CONSUETUDINE & NON DE JURE *Advocatus* habet duobus anni temporibus duo placita. Unum *pei dem Graz*, (*tempore uerno*,) & reliquum *pei dem Haev* (in autumno.) Et ne ex his placitis homines dictæ Hoffmarchiæ grauentur in aliquo, vel turbentur, dantur eidem *Advocato* de Granario Monasterii ibidem VIII, Zarge Siliginis, & quatuor Frisching, quilibet valens tm XV. den Monacens. Item C. L. Cas. sub tam modica quantitate, ut tres ex ipsis in uno acu modico valeant comprehendi. Item XIIII. denar. Monacens. pro piscibus. Item Villicus in *Reut* Ad ministrandum ipsi *Advocato* ignem, recipiet unam vecturam lignorum de Nemore ibidem. Villicus dabit eidem unam vecturam stra-

minum.

Præterea Sciendum, quod modernis temporibus & nuper homines in dicta Hoffmarchia propter turbationes tunc sibi imminentes honorauerant Dnam Ducissam uxorem quondam Dni *Rudolfi* Ducis duobus annis continuis in festo Natiuitatis Dni in IIII. Libr. defi. Monacesi. quod modo *Advocatus* ad malam consequentiam traxit, & sic prædictas IIII. Libras de censu Monasterii vult habere.

Multa adhuc possem ex hoc libro membraneo hic afferre, quæ potestatem Abbatis in isto loco *Ruitt* elucidarent, sed hæc de *Advocatis* sufficiant. Oportet tamen adhuc advertere, quod *Præpositus* sive *Officialis* hujus loci, judicium in tribus casibus *Homicidio, furto, coitu violento,* non exercuerit. Cùm enim tenore litterarum OTTONIS II. Bannum Regium in *Homicidiis furtis*, Monasterio S. Emmerami donatum, Monachi, siue ADVOCATUS loci, nomine Monasterii exercendi potestatem acceperit, hinc colligitur, *Advocatos* semper, ab initio, hoc judicium nomine Monasterii exercuisse, & crescente Authoritate Ducum, (qui & ipsi, ADVOCATI, in *Reutt* facti sunt, ab illis dein reservatum fuisse. Ex prædictis omnibus patet, *Vogtheiam, Advocatiam,* in *Vogtareuth* à Jurisdictione, & Judicio separatam fuisse, quod Præpositi seu Officialis semper exercuerunt. *Vogteia* sive *Pensio* non levis pretii ob *Defensionem, Advocatiam,* singulis annis, *Wasserburgum*, ad Granarium Serenissimi Ducis &c. persolvitur &c.

Advocatia & Jurisdictio in Eytterhoven

§. XXII. Quòd plures Advocatos Monasterium nostrum habuerit, suprà notavi. Per istas autem *Advocatias*, titulo feodi concessas Monasterium S. Emmerami juribus suis, & jurisdictione in quædam bona, & subditos sensim denudatum fuit. Juridictionem in Hoffmarchia in *Aytterhoven* ad Monasterium S. Emmerami primò spectâsse, ex Archivi nostri documentis manifestum fit. Servantur ibi litteræ Manu, & Signo Notarii Publici, & Sigillo Abbatis ad S. Jacobum Ratisbonæ munitæ, de anno 1433. quibus expresse docetur, *Comitem de Hals*, à Monasterio S. Emmerami Judicem, Advocatum **Voggten** in Hoffmarchia *Eytterhouen* constitutum fuisse: [Daz ander Gericht sei des Abbts von Sant Haymeran, der sei ain geistlicher Fürst, der hab auch in Eytterhouen etwevil Gütter ꝛc. darüber sei der von Hals ein Vogt und Richter auch gewesen, von wegen des Abbts in Sant Haymeram, der müg selbs kein Gericht besitzen, wann Er ein geistlich Man sey ꝛc.] Item leguntur in membraneo nostro Codice anno 1336. conscripto sequentia: [In Summa Notandum, quòd in Hoffmarchia Aitterhofen

fen habemus in Universo LX. hubas inclusis curia in Ginchofen, & Curia in Perg, & huba in Panchofen, quarum hubarum in villa Aitterhofen sunt XLII. hube minus quartali & ex illis Mitterhofe computatur per 11 huba & hoc PROPTER ADVOCATORUM MALITIAM. Jus Advocati de LX. hubis præscriptis est V. Libr. Denar. & V. Sca. Tritici &c. Curtis *Eytterhouen Regii Juris* (CURTIS est etiam vicus integer: Vide Glossar: *du Change* verbo: CORTIS. Item suprà. pag. 130. Num. LIII. ubi clarissimis verbîs plures villæ, areæ, Familiæ indigitantur & adhuc ad S. Emmeramum pertinent,] jam Sæculo X. S. Emeramo donata, & Sæc. XI. ab Henrico II. Imperatore Monasterîo S. Emmeramî speciali privilegio confirmata fuit. Curtem istam *Henricus* Dux, Avus *Henrici II.* Imperatoris & *Juditha* Bavariæ Ducissa S. Emmeramo Sæculo donaverãt, eâ lege, ut si Episcopus vel alia Judiciaria potestas hæc bona in *Eytterhoven* Monasterio S. Emmerami auferrent &c. hæc bona ad hæredes *Henrici* & *Judithæ* redirent. *Gebhardus* Episcopus Ratisbonensis hæc bona in *Eytterhoven* invasit. *Bruno* Episcopus Augustanus *Henrici II.* Imperatoris Frater, Judithæ ex hæredibus unus hæc bona vindicare studuit, cùm *Gebehardus* Episcopus Ratisbonensis illa invasisset, sed Deus *Brunonem* per Miraculum à proposito deterruit. Vide quæ in *Historia Germanica.* pag. 239. scripta sunt. Adsunt litteræ *Leonis* Episcopi Ratisbonensis de anno 1272. (Hic *Leo* Monasterii Exemptionem evertere conatus est. Vide pag. 207. &c. &c.) Ex his litteris patet *Leonem* Jurisdictioni & Administrationi bonorum S. Emmerami in *Eytterhoven* sese immiscuisse, simulque Advocatum, *non tamen constitutum, expetitum*, agere voluisse. Adsunt etiam aliæ *Wernhardi* Comitis *de Leonberch* litteræ, ejusdem Sigillo munitæ, de anno 1281. (Vide Num. CCXXVI. pag. 434.) quibus *Jus Advocatiæ* cujusdam hube in *Aiterhoven*, Ecclesiæ S. Emmerami dat, ea tamen lege, ut *Henricus Präentl*, in Monasterio S. Emmerami id titulo Feodali reciperet. Intelligimus autem ex litteris Num. CCXXX. pag. 440. quòd Comites *de Leonberch*, *motu proprio*, *minimè rogati*, *contra voluntatem Monasterii S. Emmerami*, sese *Advocatos* bonorum S. Emmerami dixerint, intruserint, multaque damna Monasterio intulerint, tandem verò huic Juri renunciaverint. *Eitterhoven* Curtis erat *Regii*

Juris, donata S. Emmeramo, ad Monachorum tantum ſervitium deſtinata, *ſub Protectione Imperatoris & Regis Romanorum;* Epiſcopo, & cuicunque alii Perſonæ in hæc bona omnis poteſtas interdicta fuit. At multi *Advocati* invitis Monachis (uti primum audivimus,) ſeſe horum bonorum *Defenſores* dici voluerunt, cùm tamen cuncta ſub Protectione Regis, & ad ſolum ſervitium Monachorum deſtinata eſſent. Sic ſuccedente tempore Monaſterium S. Emmerami majori libertate fruens *Advocatiam*, & Jurisdictionem certis quibusdam Nobilibus titulo Feodali contulit, ſed ſenſim ab aliis & aliis ſibi ſuccedentibus jus hoc *Advocatitium*, in DOMINIUM, nullo reſpectu ad Monaſterium amplius habito, converſum eſt.

Advocatia in Hebranſtorff

§. XXIII. De *Advocatia*, & *Jurisdictione* in *Hebranstorf* ſequentia legere eſt in Membraneo noſtro Codice anno 1336. exarato.

[Habemus (in *Hebranſtorf* (Jurisdictionem temporalem per totam villam niſi in tribus caſibus, violento coitu, homicidio, atque furto pag. LIII. Jus Advocaticium de qualibet huba ibidem ſunt unus caſ. ij pulli. & agnus valens VIII. Den. pag. LIII. ;r.]

Hebranſtorf eſt locus in diſtrictu *Kirchbergenſi* ſitus, qui Sæculo IX. ad S. Emmeramum jam pervenit, vide Num. XX. pag. 57. Charta *Hartwici* Epiſcopi Ratisbonenſis ſub Num. CCXXIII. pag. 430. exhibita, plura enarrat, quid hîſce bonîs ad S. Emmeramum ſpectantibûs olim actum fuerit. Jurisdictionem hoc in loco Monaſterio S. Emmerami competiiſſe, variæ Archivi noſtri litteræ, Sigillis munitæ teſtantur. Sic *Balthaſar Maushamer* Præfectus in *Kirchberg* querellas *Georgii Saxenmayrs* ad *Adamum Graul* Hofmarchiæ S. Emmerami *in Hebranſtorf Judicem* deferendas eſſe præcipit. De Anno 1447. *Ulricus Pincerna* (der Schench von Reichenek) *Altoni* Abbati ad S. Emmeramum promittit, ſe jurisdictionem, & judicium in *Hebranſtorff* ab Abbate ſibi conceſſum fideliter Administraturum. Datis litterîs Sigillo munitis 1369. Idem litteris Sigillo ſuo munitîs, *Alberto* Abbati ad S. Emmeramum promittit, ſeſe facturum, Eberhardt der Ergoltſpeck. Anno 1351.

De *Advocatia* & *Jurisdictione in Inning* (Mosining prope *Artting*) Codex noster anno 1336. conscriptus ista habet: [*Sciendum quoque est, quod Præpositus noster in Inning habet Jurisdictionem temporalem super omnes homines nostros ibidem in omnibus & singulis casibus, exceptis tribus, homicidio, Furto, & Coitu violento, qui casus pertinent ad Dominum terre.* pag. LVIIII. Item pag. LVII. [*Sciendum etiam quod de omnibus prædiis nostris in INNING dabimus Dno Duci pro jure Advocaticio VIII.* libras *denar. Ratispon. & Pptus nr ibidem de Curia decimam libr. denar. Ratisponens. &c.*] Adsunt in Archivo nostro *Ruperti Kärgel de Kürchdorf* litteræ, quibus prommittit, *Judicium in Mos-Inning* sibi commissum fideliter se Administraturum anno 1351. Nunc Judicium in *Inning* à Serenissimi Ducis Officiali sive Præfecto in *Ardting* exercetur. Vogteia, ex Inning, Landishutum Serenissimo Duci & *Advocato* persolvitur. Præpositus noster Laicus in *Inning*, dum Præfectus ex Ardting ad celebrandum Judicium (die Ehehafft) in Inning advenit, cum illo (Præfecto) in Judicio assidere solet, celebratur hoc Judicium (die Ehehafft) in parva arce, (kleinen so genanten Schlösel zu Inning.) Dictus Præpositus noster Laicus jurisdictionem exercet in duabus curiis, (auf dennen beden Sedelhöfen alda.) Revocare denique debeo, quæ pag. 452, scripsi, ubi notavi, bona in *Inning* à *Bertholdo* Orientalis Franciæ Comite S. Emmeramo donata fuisse, Errorem istum deprehendi, dum de *Inning* clariorem notitiam, postea primùm accepi. Per bona in *Isininga* à Bertholdo donata, intelligenda sunt bona in *Iseling* prope Urbem Ratisbonam, quæ Hofmarchia ad S. Emmeramum pertinet. Bona autem in *Inning* ab aliis S. Emmeramo donata fuerunt, eaque in descriptione ab Arnoldo nostro Sæculo XI. facta, jam indigitantur. Ignotum tamen huc usque mihi est, quis ea bona S. Emmeramo contulerit. Ludovicus IV. Romanorum Rex Locum hunc & *Præpositum* in *Inning* in specialem Protectionem recepit. Vide pag. 451. Advocatia in Inning prope Artting

§. XXIV. *Richpaldus* Abbas ad S. Emmeramum (vide Num. VI. pag. 21.) donavit S. Emmeramo hæreditatem suam in *Niuuinhusum* (*Neuhausen*) anno DCCCXIV. Monasterium S. Em- Advocatia in Neuhausen

Emmerami ibi *Advocatum* habuit, & judicium in ſubditos exercuit. En verba Codicis noſtri anno 1336. conſcripti: [*Advocatiam ſuper bonis noſtris in Nevnhauſen directo feodo à nobis tenet Comes de Ortenberch. Et idem contulit eamdem Advocatiam Ulrico dicto Leuwolſingero. Præterea jam dictus Ulricus Leuwolſingerius tenet à nobis in feodo duas hubas, quas dictus Haunſpurger à nobis tenuit. Idem etiam ratione Advocatie confert aliis in villa Nevnhauſen die Smidſtat &c. Præterea totam villam in ſuperiori Nevnhauſen prædictus Comes tenet à nobis in feodo &c. Sciendum inſuper, quod ibidem habemus Jurisdictionem temporalem ſuper omnes homines in prædicta Hofmarchia reſidentes, exceptis tribus caſibus, homicidio, furto atque coitu violento. Item habemus ibi hubam, quam quondam Cunradus Sutor poſſedit, quo mortuo Chunradus Preco ipſam tenuit. Et deberet nobis exinde ſolvi Media libra denar. Advocatus Hiltprandus vendicavit ſibi eamdem Hubam dicens, quod debeat pertinere ad officium preconatûs, quòd minime eſt verum.*] Hæc ex libro citato. Judicium in *Neuhuſen* nunc Dominus Poſſeſſor Hoffmarchiæ in *Furth* exercet.

Jurisdictio in Ehebetten

De Jurisdictione in *Ehebetten* liber ſæpius jam citatus, iſta habet. [*Nota quòd Dns Abbas inſtituit & deſtituit ibidem, judicat ac recipit penas culparum omnium præter Furta, violentos coitus, & effuſionem ſanquinis, qui tres Caſus pertinent ad Dnum terre.* pag. XXVII. zr.] Litteræ Archivi Noſtri, Munitæ Sigillis, ita ſonant. [Ich Ulrich der Hoffmaiſter ze Sand Haymram, ze den Zeiten Richter ze Dechpeten vergich vnd tun chunt . . . . daz für mich chom, do ich ſaz an offen Gericht . . . 2c. 1365.] Item aliæ de Anno 1368. [Ich Heinrich der Tanſoher ze den Zeiten Richter ze Dechpeten, von meinen Hern wegen von Sand Heymram ze Regenſpurch vergiech vnd tun chunt . . . . daz für mich chom, do ich ſaz an offen Gericht 2c.] *Nota.* Bona & prædia in *Dechtapeta* ab antiquiſſimis jam temporibus ad Eccleſiam S. Emmerami ſpectabant, uti *Arnoldus* noſter Monachus & *Præpoſitus* ad S. Emmeramum in ſua cenſuum deſcriptione anno 1031. facta notat. Vide Tom. 1. Anecdot. P. Pez. Parte III. &c.

Denique, ut finem de his faciam, ultimo locô exſcribo, quæ ſæpiùs laudatus membraneus liber de Swabelwis legenda exhibet:

hibet: [*Sciendum, quòd judicium in villa Swæbel: est Ecclesiæ in omnibus casibus exceptis tribus. Homicidio, furto, & coitu* violento. Habemus etiam in jam dicta villa officium preconatûs &c.] *Præco* est *Judex Urbanus.* Vid Glossar. *du Cange.* verbô. PRÆCO, vel etiam *Apparitor &c. Nota*, verba ex Codice exscripta sonant: *Judicium in villa* SWABELWEIS *est Ecclesiæ &c.* Fortè quis interroget, *at, cujus Ecclesiæ?* Respondeo: Codicem istum, *census, bona, prædia*, & *jura* ECCLESIÆ S. Emmerami tantùm, non verò alterius, recensere. Itaque hæc verba *de Ecclesia nostra* S. Emmerami intelligenda esse judico; Nec id solum ex *conjectura* assero, sed *Judicium* ab Abbate S. Emmerami in *Swabelweis* exercitum fuisse, sequentia declarant. Lis erat inter Ecclesiam S. Emmerami, & *Dietricum* de Hasinaker (Hæchsenagger) *ministerialem* nostrum, sed lis ista finita fuit in Judicio, quod Abbas *Peringerus* tenuit in *Swabelweis*: En verba: *Dietricus abdicavit se prorsus & posteros ejus in Placito, quod habui in Swabelwis VI. Kal. Decembris præsentibus Ministerialibus & aliis pluribus &c*] ita loquitur *Beringerus* Abbas ad S. Emmeramum, qui anno 1201. mortuus est. Hæc ex Codice nostro Traditionum, apud P. Bernard Pez tom. 1. Thesauri Anecdot. Parte III. pag. 176. legere est. *Instabis*: Codicem istum multa continere, quibus his temporibus plurima contraria existunt, & exercentur. Id verum est, negari enim nequit, quod experientia docet. Fateor multa huic Codici contraria ab aliis modò exerceri. Sed hæc ipsa contraria veritatem confirmant eorum, quæ in Diplomatibus nostris, & Codice isto de *Advocatis* quondam Ecclesiæ S. Emmerami commemorantur, scil. quòd Magna Dampna Ecclesiæ intulerint; plura, quàm justum erat, exegerint &c. &c. Talia Dampna per *Advocatos*, & alios, Monasterium nostrum plurima jam passum est, antequam Codex iste sub *Alberto* Abbate anno 1336. conscriptus fuisset. Docent allata *Diplomata Regia*, *Advocatos* potestate sua fuisse abusos: hinc Monasterio S Emmerami *libera erat potestas eligendi suos Advocatos, melioresque inutilibus, vel damnosis substituendi.* Plurimæ Summorum Pontificum litteræ, quæ supra exhibitæ sunt, de gravibus damnis Monasterio S. Emmerami illatis testimonium perhibent. Unde illa damna? nisi ab iis, qui

& Swabelweis

titulo

titulo *Advocatiæ* multa ex prædiis, & ab hominibus noſtris extorquebant, pro libitu, bona & prædia aliis in Beneficium dabant: ſuas *Advocatias* ſubinfeodabant. Unde illa damna? niſi ab iis, qui titulo & occaſione *Advocatiæ*, jura Monaſterii ſenſim ſibi appropriabant, idque eo liberiùs; cùm maximi bellorum eſſent tumultus; & facilis cuivis Monachos & Monaſteria perſequendi via pateret.

Monaſterium S. Emmerami

§. XXV. Legimus in noſtræ hiſtoriæ priore Parte, & in hoc *Probationum libro*, quantas perſecutiones Monaſterium S. Emmerami paſſum fuerit, de quibus allata Diplomata, Bullæ, aliæque litteræ plenam fidem faciunt. Quid mirum, multa jura, & Privilegia Monaſterii noſtri hîſce perſecutionibûs ſubverſa, & turbata fuiſſe? Reſpiravit quidem Eccleſia noſtra S. Emmerami, poſt initium Sæculi XIV, dùm Exemptionis Negotium à Summa Sede Apoſtolica finitum fuit, & *Ludovicus IV.* Romanorum Rex (utique in terris iſtis degens) Monaſterium Noſtrum ſingularis Protectionis gratia munivit. Hac occaſione *Albertus* Abbas utens, dum à Summa Sede Lite finitâ conſtitutus fuerat Abbas, & *Rex Ludovicus* omnem Protectionis gratiam ei benigniſſimè impenderat,) tanquam Sedulus Paſtor, de cunctis ad S. Emmeramum pertinentibus notitiam acquirere ſtuduit, & librum iſtum per Fratrem, Monachum S. Emmerami, *Albertum* quoque nuncupatum, juxta ea, quæ tunc noſſe ac ab aliis, etiam Juramentô, (*eidem Abbati*) confirmata diſcere potuit, conſcribi fecit. Plurima etiam eidem, adhuc extantia inſerviebant documenta, *Bullæ*, *Diplomata*, *Chartæ*, *Uſus*, *Conſuetudines* &c. At Tranquilitas ea ſtabilis haud diu permanſit, quod ipſa Diplomata Regia rurſus perhibent; *Advocatorum* Poteſtas, & violentia denuo invaluit: Multæ *ab aliis* fuêre excitatæ in Monaſterium perſecutiones. Hinc Abbates S. Emmerami compulſi ſunt, ut apud Reges & Imperatores de Protectionis Gratia & Privilegiorum Confirmatione ſibi vigilarent. Uti ex KAROLI IV, WENCESLAI, RUPERTI, Regum litteris patet, quibus Privilegia *Ludovici* Regis, *Arnolfi* Imperatoris Filii, *Lucii II.* Summi Pontificis, *Friderici I.* Imperatoris integra exſcripta, & denuo confirmata

Maximas perſecutiones paſſum eſt.

fue-

fuerunt. Notatu digna ſunt verba *Ruperti* Regis (uide Num. CLXII. pag. 330.) *Nullus ſupradicti Monaſterii* ADVOCATUS aliquod ſervitium, contra modum ab antiquo ſtatutum requirere audeat. . . . . Nulli eorum liceat Advocatiam ſuam alteri concedere, dare, vel obligare, aut de ipſo quemquam infeodare, niſi de noſtra & Succeſſorum Regum, & Abbatis licentia ac conſenſu. Nolumus etiam, ut Advocatorum aliquis Monaſterii Nomine in poſſeſſionibus dicti Monaſterii aliqua impignoret &c.] Ecce *præceptum Ruperti* Regis Sæculo XV incipiente contra *Advocatorum* noſtrorum violentias & abuſus; ſi nulli fuiſſent commiſſi abuſus, Præcepti hujus efficacis nulla fuiſſet occaſio. Et ſanè, plurima ab *Advocatis*, Monaſterio fuiſſe illata damna, ex eo patet, quòd, cùm hi aliis *Advocatias* ſuas iterum conceſſiſſent, bona & prædia S. Emmerami gravibus oneribus gravata permanſerint: multa bona aliis in pignus dederint: *Judicium*, *Jurisdictionem*, quam à Monaſterio titulo beneficii, ſeu feodi acceperunt, ſenſim in Dominium converterint, & cùm ad *defendendum* alios, à Monaſterio tantùm conſtituti fuerint, illos, quos *Defendendos* ſuſcepere, ſibi ſubjecerint, & ſic Monaſterium *Jurisdictione & Judicio* in pluribus locis denique privatum fuerit. Hæc à me dicta, confirmant verba *Pauli II.* in ſuis litteris (ſuprà Num. CLXIX. pag. 347.) allata; PAULUS enim Summus Pontifex, ſpeciales has conceſſit litteras, & ſingula Monaſterii Privilegia &c. POSSESSIONES, . . . JURA, JURISDICTIONES &c. eidem confirmat anno 1464. FRIDERICUS III. Imperator ſimiliter ea litterîs ſuis ſtabilivit, & Magiſtratui Ratisbonenſi anno 1465. præcepit, ut Monaſterium S. Emmerami contra Perſecutores defenderet. (Vide Num. CLXXI. pag. 354.)

§. XXVI. Etſi Abbas, & Monachi S. Emmerami OMNE *Judicium* per ſe ipſos exercere non potuerint, jurisdictio tamen, & *jus judicii* penes Monaſterium fuit, cujus poteſtas, & emolumentum inde emanans Monaſterio competebat. Conſtituti ſunt ab Abbate JUDICES, & PRÆFECTI in *Vogtareuth*, *Lauterbach &c.* qui nomine Monaſterii judicium exercerent. *Advocatia*, *Defenſio*, horum locorum Iterum aliis, à *Jurisdictione* ſe-

parata conceſſa fuit, uti priùs vidimus. Aliis etiam *Advocatis* Defenſio, unà & *Jurisdictio* ſuper alia loca & bona committebatur, ſed titulo feodi, ſub certis conditionibus, uti *de Eylsprun*, & de *Abenſperch* diſſeruimus. Hanc Jurisdictionem, & *Judicii* poteſtatem Monaſterio S. Emmerami conceſſam probant Diplomata Regia *Ludovici*, *Arnolfi* Filii, *Ottonis I. Ottonis II:* Item Confirmationes Privilegiorum ab *Henrico* Imperatore, *Friderico I*, & aliis ſubſequentibus Imperatoribus factæ. Nec oſtendi poteſt unus *Advocatus*, quem Rex aut Imperator nobis conſtituiſſet: *Liberam Advocatorum eligendorum* poteſtatem Monaſterio permiſerunt. Plurima bona ab initio nobis donata, vel erant *Regii Juris*, vel ab *aliis Comitibus & Nobilibus Imperii Vaſallis* nobis collata. LUDOVICUS Rex (vide Num. XXXIV. pag. 90.) Monaſterio S. Emmerami hanc poteſtatem fecit, *ut Rectoribus Monaſterii liceat judicare, & corrigere omnium hominum exceſſus ad Monaſterium ſuum pertinentium, vel per ſuum Advocatum, vel Judices Regios, ſi ipſos vocare velit. Nullus Epiſcopus, nullus Comes, aut Regius exactor, nulla Judiciaria aut alia Perſona Magna ſive parva in Monaſterium, LOCA ILLUC PERTINENTIA præſumat intrare, ad homines diſtringendos, cauſas audiendas vel ad exercendam aliquam poteſtatem &c.*] Otto II. præcepit *ut nullus Comes, vel Judex bannum exquirat, vel ad publicum malum banniat*, ſed Monachi ſeu *Advocatus* loci pag. 120. (*quem Abbas conſtituerit.* Maximè notanda & perpendenda ſunt verba Ottonis II. Imperatoris. *Fridericus I.* decernit, ut *Abbas vel ipſius Nuncius* (quem ipſe elegerit, & ordinaverit, cùm Monachis per ſe ipſos judicium exercere non eſſet licitum) *Judicandi & corrigendi ad ſuum placitum, exceſſus omnium hominum ſuo Monaſterio pertinentium liberam habeat facultatem &c.*] pag. 147. Monaſterium quidem, quantùm potuit, his Privilegiis uſum fuit, *Judices* & *Nuncios ſuos, Præfectos*, ad judicium excrcendum conſtituit. Quidam autem ſeſe ipſos, *Advocatos* invitis Monachîs, conſtituebant &c. &c. multamque poteſtatem, *non acceptam*, ſed *uſurpatam* in bona & ſubditos S. Emmerami exercebant. Quid mirûm? Monachos Potentiæ, violentiæ, in tantis bellorum, & perſecutionum motibus cedere fuiſſe coactos? Sed de ADVOCATIA S. Emmerami

mi hæc dicta ſufficiant. Multa quidem Monaſterium S. Emmerami per ſuos *Advocatos* (abſit, ut omnes arguam!) paſſum eſt. At Plurima etiam Beneficia, Gratias, ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus &c. obtinuit, DEUS AUTEM, CUJUS MISERICORDIÆ INFINITUS EST THESAURUS, NON SECUNDùM PECCATA NOSTRA FECIT NOBIS, SED PER GRATIÆ ET MISERICORDIÆ ABUNDANTIAM, LOCUM ISTUM PER UNDECIM SÆCULA CONSERVAVIT,

Qui à nobis in omnibus glorificetur.

INDEX RERUM.

A.

ABbatis Electio Monachis S. Emmerami à *Carolo Magno* libera conceditur. pag. 5. Idem confirmat *Leo III.* ibidem. item pag. 13. (**) vide *Electio.*

Abbatum ad S. Emmeramum Nomina vide in Indice Historiæ Germanicæ de Nostro Monasterio. verbô Abbt.

Abbates Plures ad S. Emmeramum (à tempore Joannis XXII.) auctoritate Apostolica præficiuntur, Monachi tamen ibi professi; idque factum ob *Reservationes Apostolicas.* pag. 279. (*Nota ulterius.*) vide etiam *seriem litterarum* ad initium libri Probationum, ex quibus colligitur, quinam, & à quibus Pontificibus Abbates præfecti fuerint?

Abbates ad S. Emmeramum singulis Biennijs Romam accedere debuerunt. pag. 322. &c.

Abbates, aliique Ecclesiarum Prælati Sigillis abusi, Bulla Gregorii IX. cohibentur. pag. 167.

Abbatiæ, quomodo in Beneficium concessæ? pag. 30. (Nota 3.)

de Abmsperg Nobiles, Ecclesiæ S. Emmerami Advocati, subin Monasterium S. Emmerami molestarunt, sed pænitentia Ducti Eidem rursus bona tradiderunt. pag. 234. &c. de Advocatia Abensspergensium vide Dissertat. *de Advocatis* p. 515.

Adalwinus Episcopus, sub quo Translatio Sedis Apostolicæ Ratisbonensis facta est. pag. 8. 12.

Administratio bonorum temporalium Abbati ad S. Emmeramum sub Carolo Magno conceditur. pag. 5.

Falsa dicunt, qui Monachis, & Abbatibus Administrationem bonorum temporalium tunc concessam fuisse negant. pag. 525.

Ludovicus Rex anno 843. vel 844. Rectori (Abbati) & Ministris Monasterii S. Emmerami bona quædam tradit, ut liberum arbitrium habeant faciendi, ordinandi, disponendi de illis, quidquid elegerint. pag. 48. vide etiam pag. 129. 131.

Adolphus Rex, Abbatem S. Emmerami, titulô Principis ornat. & *Regalia* Principatûs ei concedit. pag. 225. *Adolphi* Regis Præceptum de Advocatis Ecclesiæ. pag. 218.

Advocato non liceat Advocatiam ſuam alteri concedere, obligare &c. Advocatus nomine ſuo nulla bona Monaſterii impignoret. 219.

Advocatus. vide Diſſertationem de *Adtis* Eccleſiarum. pag. 515. ne ſemper id repetam.

Advocatus Monaſterii S. Emmerami pag. 53. nihil niſi Cenſum capitalem percipiat, nil extorqueat. pag. 92.

Advocatorum conſtitutio, & eorum amotio à Lucio II. Monaſterio S. Emmerami libera conceditur. pag. 141. à Friderico I. confirmatur. 146.

Advocatiæ apud S. Emmeramum plures. vide Differt. de *Advocatis.*

Advocatus Eccleſiæ S. Emmerami Ulricus de Abenſperg nullum jus Advocatiæ in ſylvis & lignis Ratisbonam inter & Gebraching ſitis habebat. pag. 214.

Advocatos bonorum S. Emmerami agere voluerunt Comites de *Leonberch*, ſed per arbitrium Ducum Bavariæ ceſſerunt. 227. 536. §. xv.

Alberti Abbatis ad S. Emmeramum, & Conventûs ſtatutum de Numero Monachorum Monaſterii 263. hujus ſtatuti confirmatio per Ludovicum IV. 265. per Pileum Cardinalem Auctoritate Apoſtolica. 291. Aliud Alberti ſtatutum de Infirmaria. 266. de Expoſitis Religioſis. 270.

Albertus Cardinal. Archi-Ep. Mogunt. Marchio Brandeburg. pro Electione Caroli V. & Ferdinandi I. contra Franciſcum I. Galliæ Regem Zelantiſſimus, Lutheri libros comburi jubet. 373. (Nota 1.) Lutherus illum ad ſuas partes trahere ſtudebat. *Ibid.* Alberti Nomen in magno Lexico Moreri Pariſiens. Edit. ſub Nomine (Albert.) poſitum, in Editione Baſileenſi omiſſum. 373. (Nota 2.)

Alpurch, in pago *Tonegevvi*, Wilhelmus Mercator, libertate donatus, varia bona in eo loco, confirmante Ottone II. S. Emmeramo tradit. 125.

Ambricho (Embricho) Epiſcopus Ratisbonenſis à Carolo Craſſo Monaſterium S. Emmerami in *Beneficium* accipit. 69. (Nota 6.) vide *Carolus Craſſus.* Item pag. 71. (Nota 2.) pag. 82. Sub Ambrichone plurimæ bonorum S. Emmerami commutationes. pag. 69. (Nota 6.)

Anni Incarnationis quandonam in Bullis Pontificum, & in Regum litteris poſiti fuerint? vide *Notæ Chronicæ.* Item pag. 15. (Nota 6.) pag. 39. 40. (Nota 2.) pag. 68. 143.

Anuli. pag. 3. vide etiam Diſſertat. de *Sigillis.*

Einen Anweiſer, Antworter, Fürſprecher vor Gericht an ſtatt ſeiner zu ſtellen, bekommt Abbt Michael zu St. Emmeram das Privilegium, als es einen gefürſten Prälaten zugehört ꝛc. von der Fürſtlich-Bayriſchen Regierung zu Straubing Anno 1469. pag. 479. Item Abbt Wolfhardus von dem Land-Gericht zu Hirſchperg. Anno 1444. p. 479.

Apollonius Primus Abbas ad S. Emeramum. 13. (**) Commutationem quamdam facit una cum conſenſu & conhibentia Monachorum per Licentiam Ludovici Regis. 19. nulla facta mentione de conſenſu Advocati &c. vide *Adminiſtratio.*

Arnoldus Monachus ad S. Emmeramum. pag. 7.

Arnulfus Rex, Carolomanni filius subscribit in litteris quibusdam unà cum Carolomanno pag. 61. (Nota 2.) Subscribit etiam in Litteris Caroli Crassi simul. 68. (Nota 3.) Præcipit res de Monasterio S. Emmerami injustè abstractas Eidem restitui, & *Marcham per fideles suos circumduci.* pag. 75. Sepelitur ad S. Emmeramum. 84. 85. (Nota 1.) Ejus varia Diplomata. vide *seriem Diplomatum.*

Aspertus Archi-Cancellarius Arnulfi Regis. 72. Monachus S. Emmerami, Episcopus Ratisbonensis, sepultus ad S. Emmeramum. 74. Ab Arnulfo Rege Capellam in *Aufbausen* curte regia accipit, inde ad S. Emmeramum pervenit. pag. 73.

Atasfeld in pago Norgauue (Atsfeld prope Eylspruñ) à Wilhelmo Mercatore libertate donato, confirmante Ottone II. Monasterio S. Emmerami traditur. 127.

Aufhausen Ecclesia Parochialis Monasterio S. Emmerami Auctoritate Apostolica, & Episcopali Ratisbonensi, reservata congrua portione, unitur. 195. 196. 200.

Aurea Bulla Caroli VI. vide *Sigilla.*

Aykirchen. Capella in Prætorio Ratisbonensi: Jus Patronatûs ad Abbatem S. Emmerami spectabat. ibi consules, antequam ad Consilium accederent, missam audiebant. 180. 181.

B.

Balduinus Abbas ad S. Emmeramum Avignione coram Joanne XXII. pro Exemptione Monasterii agit pag. 9.

ibi moritur, & sepelitur. 249. vide *Exemptio.*

Bannus Regius in Helffendorff ab Ottone I. S. Emmeramo donatur. 106. vide Helffendorff. Item Bannus & regimen à Ludovico Rege (Arnolfi Filio) S. Emmeramo in *Velden* datur, Anno 903. pag. 88.

Bannus Regius in *furtis, homicidiis, vel quidlibet hujusmodi*, in Riut (Vogtey-Reutt prope Wasserburg) ab Ottone I. & Ottone II. Monasterio S. Emmerami conceditur. pag. 110. 119. 120.

Bathuricus Episcopus Ratisponens, Monasterium S. Emmerami, (mortuo Sigismundo Abbate) sub potestatem suam redigere cæpit. 19. 29. (Nota 1.) 33.

Bavarica Privilegia Monasterio S. Emmerami concessa. vide seriem litterarum.

Bavariæ Duces suis Præfectis, judicibus præcipiunt, ut Monasterio S. Emmerami omnem collocent operam ad obtinendos reditus à bonis in Bavaria sitis. 493. Monasterium S. Emmerami ex honestate loci honorabilius Membrum Principatûs Bavarici vocant. 227. Num. CIX.

Beneficiorum Provisiones à Summis Pontificibus datæ, Ecclesiis, & Monasteriis impositæ. 179.

S. Bernardus Lotharium ab Investituris deterruit. pag. 220. (II.)

Böhmischbruck: Commutationes bonorum ibidem cum Episcopo Ratisbonensi factæ. Cella Monachorum ibi extructa. 241. Parochia Monasterio S. Emmerami unitur. 356.

Bona Ecclesiis à fidelibus oblata, eisdem rursus in Emphyteusin vel feudum concessa. 29 (Nota 2.)
Bona à Carolo Magno, Monasterio S. Emmerami donata Ludovico Regi (Pii Ludovici Filio) iterum in beneficia concessa sunt, sed post mortem S. Emmeramo reddita 45. 46. Multa bona Ecclesiæ S. Emmerami ad alios translata. vide *Notas* post Diplomata. Item pag. 71. (Nota 2.)
Bona ad speciales usus Monachorum, & Ecclesiarum deputata, à servitiis præ aliis bonis inmunia fuerunt. pag. 233. 234.
Bulla Aurea Caroli VI. vide *Sigilla.*
Bullæ Consistoriales quid? pag. 142.
Bulla plumbea Caroli Crassi. 69. vide Sigilla.

C.

Carnium Comestio Abbati & Monachis ad S. Emmeramum concessa. pag. 354. 379. 386.
Carolomannus (Karlomannus) Bavariæ & Italiæ Rex, Ludovici Germanici Filius. pag. 60. Notæ Chronicæ litterarum ejusdem ibid. in Diplomate Carolomanni simul subscribit Arnulfus Rex. pag. 61. (Nota 2.) Carolomanni Sigillum. vide Sigilla.
Carolus Magnus S. Emmeramo varia douat. pag. 1. 4. (Nota 5.) pag. 45. Ejusdem in Diplomatibus Notæ Chronicæ Regni Francici, Langobardici, Imperii pag. 3. (Nota 1.) vide etiam Num. V. in Præfatione. Subscriptionis modus. pag. 3. Primus utitur Monogramate per Cancellarium formato. ibid. Caroli M. Pater Pipinus, aliique ejusdem Antecessores S. Emmeramo donationes jam fecerunt. pag. 5. Carolus M. Monasterium S. Emmerami in potestatem Imperatorum recipit, *liberum* declarat, pag. 5. vide *Monasterium S. Emmerami.* Jubet, ut Abbas ad S. Emmeramum potestatem habeat administrandi bona Ecclesiæ, prout ei placuerit &c. ita ut neque Dux neque Episcopus potestatem habeat bona ista abalienandi. pag. 5. Translata Sede Episcopali à Monasterio S. Emmerami in civitatem, Carolus Magnus Episcopatui Ratisbonensi varias donationes facit. 8. 9.
Carolus Crassus videtur auctor usûs, quo *anni Incarnationis* in Diplomata *Imperialia* invecti fuerunt. 68. Ejusdem Notæ Chronicæ in litteris 68. Ambrichoni Episcopo Ratisponens. Monasterium S. Emmerami in Beneficium tradens, nullam amplius habuit victoriam 69. (Nota 6.) pag. 71. 82.
Carolus IV. Ludovici Regis (Infantis) & Lucii II. Papæ Privilegia Monasterio S. Emmerami concessa confirmat. 276. 278.
Cencius Camerarius Romanæ Ecclesiæ conscripsit librum censuum Romanæ Ecclesiæ Anno 1192. ibi reperitur Census Monasterii S. Emmerami. pag. 10.
Census ad Cameram Apostolicam à Monasterio S. Emmerami persolvendus 5. 9. 10. 13. 14. 82.
Censûs hujus Apocha de anno 1274. pag. 14.
Census Capitalis Advocato persolvendus 91.

Chri-

Christianissimus vocatur *Carolus* Rex; hujus Nominis usus quando? pag. 92. (Nota 1.)
Chunradus Episcopus Ratispon. profitetur Ecclesiam S. Emmerami esse exemptam, id à Cælestino III. Papa sese intellexisse asserens. 158.
Clemens IV. P. M. confirmat omnia bona & Privilegia Monasterii S. Emmerami. Exprimuntur loca, Parochiæ &c. quæ tunc ad S. Emmeramum spectabant pag. 191. Subscriptiones Cardinalium in his litteris. ibid.
Cognominum usus quando? pag. 31.
Comes Nullus, vel Judex publicus *bannum* requirat vel ad *Malum* Banniat, aut aliquam potestatem exerceat supra homines in Riut, ad S. Emmeramum pertinentes. 120.
Commutationes bonorum priscis temporibus, per ferulam, vel baculum &c. factæ. 33.
Commutationes variæ bonorum S. Emmerami. vide *Seriem Chartarum* ad initium libri. & pag. 69. (Nota 6.
Concordata cum Natione Germanica in Concilio Constantiensi Anno 1418. ratione *Electionum* pag. 339.
Confirmationis Neo-Electi Abbatis &c. ad S. Emmeramum Instrumentum. pag. 421.
Confœderatio Monasterii S. Emmerami cum Monasterio in Rott propè Ænum pag. 214. cum Hirsaugiensi. 216. Elwacensi, Fuldensi *ibidem*. cum Ahausen. 239. cum Reichenbach. 293. cum Capitulo Veteris Capellæ Ratisbon. 293. cum Monasterio S. Laurentii extra muros Tridentinos ibid. cum Ober-Münster: cum Monasterio S. Pauli Ratisbon. ibid.
Conradum Regem Friderici II. filium Chuonradus de Hohenfels, in Monasterio S. Emmerami occidere tentat. Rex evadit. Historia hujus facti. Monachis Rex primùm iratus, cognita eorum innocentiá, eos in gratiam recipit. 176. &c.
Litteræ *Conradi Regis &c.* quas Maximilianus I. autographas secum à Monasterio S. Emmerami sumpsit, descriptas tamen Monasterio suò Sigillo signatas reliquit. 178. (Nota 1.) 368. &c.

D.

Diplomatum in hoc libro seriem vide ad initium libri. Notæ Chronicæ Diplomatum, vide *Notæ Chronicæ.*
Decimæ. pag. 348. (Nota 2.)
Decimæ, quas Monasterium in *Robr* à Monasterio S. Emmerami locatas tenet. vide *Robr.*
Decimæ Novalium Monasterio S. Emmerami à Gregorio X. concessæ, & quomodo? 204.

E.

Ecclesiarum Parochialium Ratiocinia (de earum proventibus) quomodo apud S. Emmeramum fiant? 510.
Electio Abbatum licet libere Monasterio S. Emmerami à Pontificibus & Imperatoribus confirmata fuerit, non rarò tamen Monachi ab ipsis Regibus libertate sua impediebantur 138. Electionis Modus apud S. Emmeramum Sæculo XIV. pag. 296. quid nunc in usu? 420.
Electi & Confirmati Juramentum Scriptum Romam mitti debuit. 312.

Episcopus Primus Ratisponensis *Ordinarius B. Gaubaldus*, cum consensu *Utilonis* Ducis Sedem Episcopalem in Monasterio S. Emmerani locavit. pag. 7. 12. (*)
Episcopalia Monasteria. pag. 7. (Nota 3.)
Episcopalis Sedes Ratisbon. à Monasterio S. Emmerami transfertur in civitatem ad Ecclesiam S. Stephani pag. 8. sub Adalwino Episcopo: Auctoritate Leonis III: juxta Decreta canonum: Recta ratione: in synodali concilio, cum Judicio Episcoporum, Clericorum, & Laicorum Nobilium. pag. 8. Facta translatione Carolus Mag. Episcopali Sedi Ratisbonensi varia jugera prope urbem donat: Item Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Pauli juxta muros civitatis: Item Wimintingen, (Weinting,) Egilolfesheim, Bersana prope Nappurch. pag. 8. 9. 16. (Nota 7.)
Episcopi Ratisbonenses Abbatiam ad S. Emmeramum (mortuo Sigismundo Abbate) tanquam Abbates per 140. & plures annos usque ad S. Wolfgangi tempora administrarunt. pag. 33. Quidam ex illis multa bona S. Emmeramo tribuerunt. pag. 30. item pag. 116. (Nota 3.) In commutatione bonorum adhibuerunt quandoque consensum Monachorum S. Emmerami. pag. 34. 48.
Episcopi Ratisbonenses Sæculo XI. Solennem Missam in Ecclesia, & Festo S. Emmerami celebrantes, servitia exposcebant. 136. quidnam à Monasteriis sibi subjectis Episcopi requirebant? pag. 137. 159. (Nota 2.)
Episcopatûs Ratisbonensis Sigillum. vide Tabula III. & Notam ad hoc Sigillum in Dissertat. de Sigillis.
Exempla Diplomatum quid? pag. 125. (Nota.)
Exemptio Monasterii S. Emmerami. pag. 8. 9. Ejus Probationes 10. 11. 12. 13. 14. 139. 143. 153. 157. 205. 206. 207. sub quibus Pontificibus, & Regibus? 82.
Exemptionum Authores. pag. 11. & 12. (Nota 4.)
Eylsprun: Advocatum ibi egit Dietricus *de Flügelsberg*, à quo Wernherus Abbas advocatiam istam pecunia redemit, & redemptam Ulrico de Abmsperg dein contulit. pag. 537.
Eytterhoven Curtis Regii Juris in pago Tunegowe S. Emmeramo ab Henrico II. confirmatur, cum piscationibus, sylvis, venationibus. 131. quodnam miraculum ob Eyterhoven contigerit? pag. 132. (Nota.)

F.

Fisci Regii Medietas in Tullina (Tulln) cum omnibus appendiciis, qui ad fiscum pertinent, tam mancipiis, quàm vineis, terris, & pascuis, & cætera, quæ dici, aut nominari possunt, ad Mensam Monachorum S. Emmerami à Ludovico Rege Anno 860, vel 861. donantur. pag. 55. 57. (Nota.) Monachi, pro utilitate sua cum medietate Fisci, uti voluerint, faciant. pag. 56. ergone liberum erat tunc temporis Monasteriis administrare bona temporalia?

de

de Flügelsperg. Advocatus in Eylsprun. pag. 537.
Fœminas à Monaſterio S. Emmerami non eſſe infeodandas Fridericus I. cum conſenſu Principum ſtatuit. pag. 151.
Foreſtum in Helphendorff, & Foreſtarii unà cum venatione, S. Emmerano ab Ottone I. donantur. pag. 106.
Foreſtum in Sulcipach (Sulzbach prope Stauff) à Chuonrado Rege ſancto Emmeramo traditur. Anno 914. pag. 103.
Formoſus Papa Eccleſiam S. Emmerami dedicat pag. 83. (Nota 5.) item pag. 90. & Immunitatem Monaſterii confirmat ibid.
Fridericus I. in Eccleſia S. Emmerami Ratisbonæ coronatur. pag. 150.
Fridericus II. Monaſterium S. Emmerami in ſpecialem protectionem recipit. 162.
Fridericus III. Monaſterium S. Emmerami contra perſecutores defendit. pag. 353. 354.

G.

Gebehardus Epiſcopus Ratisbon. Monaſterium S. Emmerami vexat. 130. ab Ottone III. corripitur. ibid. & 135. à Monaſterio quædam ſervitia exigit 135. 136. (Nota 2.) B. Ramvoldi Abbatis corpus madentibus oculis ad tumulum comitatur. pag. 138.
Gebehardus Comes Sulzbacenſis Eccleſiæ Ratisbonenſis Advocatus litem quamdam componit in Friesheim 432. Ejus Sigillum vide Tabul. XXI. quis iſte Gebhardus? pag. 433. (Nota 2.)
Gebraching. Blaſius Abbas ad S. Emmeramum ab Alberto Duce pro iſto loco Privilegium (der Edlmanns-Freyheit) accipit. pag. 503.
Goldaſtus, de *Advocatis* expenditur. pag. 522.
Goldaron (Goldern), ubi hobæ quædam olim ad S. Emmeramum ſpectabant. 75. 76. (Nota.) pag. 105.
Guilielmus de S. Laurentio Domini Papæ Camerarius pag. 14. Ejus Sigillum vide in Tabula II.

H.

Hainspach Eccleſia Parochialis Monaſterio S. Emmerami incorporatur. pag. 313. hujus incorporationis confirmatio auctoritate Apoſtolicâ. 315.
Harlungenburch (Harlanden) prope Pechlarn, Ludovicus Rex S. Emmeramo donat. pag. 41. 43.
Hartwicus II. Epiſ. Ratisbon. litteris declarat Henricum Anteceſſorem ſuum pœnitentia ductum, publicè profeſſum eſſe, ſe plura Privilegia Monaſterii S. Emmerami deſtruxiſſe. pag. 153. Idem Hartwicus Monaſterio S. Emmerami bona in Hebranſtorff reſtituit. 430. Ejus Sigillum vide Tab. III. Heribrantesdorff (Hebranſtorff) S. Emmeramo donatur. pag. 57. 58. 430. 431.
Helphindorff cum Foreſto, Foreſtariis, & Venatione, nec non Regio Banno S. Emmeramo ab Ottone I. donatur. pag. 106. 108. (Nota 2.)
Henricus Epiſcopus Ratisbonenſ. Pœnitentiâ ductus ob deſtructa Privilegia Monaſterii S. Emmerami.

pag.

pag. 10. 139. 144. 145. 153. Monastico habitu indutus, sepultus ad S. Emmeramum 145.
Henricus II. Imperator omnia Privilegia confirmat & Richolfo Abbati ad S. Emmeramum, Successoribusque ejusdem liberam potestatem circa temporalia tribuit. 129.
Henricus, PRIMUS DUX Austriæ, Monasterio S. Emmerami quædam donat. 155. Advocatus Monasterii S. Emmerami. 157. 532.
Hoffmarchias Lauterbach. Vogtareith Ludovicus IV. in specialem Protectionem recipit, earumque jura illæsa esse statuit. Idem præcipiunt Filii Ludovici: Vide *seriem litterarum.*
de Hohenfels Conradus, Regem Conradum, Friderici II. Filium occidere parat. 176. &c. vide *Conradus Rex.*
Homagium ab Ecclesiasticis Imperatori Præstandum. varia de illo Notata pag. 221. (III.)

I.

Imperatores medii ævi Privilegium Libertatis Monasterii S. Emmerami confirmarunt. pag. 11. Vide *Seriem Diplomatum.*
Imperatorum & Regum Notæ Chronicæ in illorum litteris. vide *Notæ Chronicæ.*
Indulgentiæ visitantibus Ecclesiam S. Emmerami *à Formoso* Papa concessæ. pag. 90.
Inning (Mos Inning propè Arting in superiori Bavaria) Ludovicus IV. Rex in suam protectionem recipit. 451.
Investiturarum negotium sub Calisto II. in Concilio Remensi Anno 1119. pag. 219. 220. Variæ Notæ de Investituris. ibid. Imperatores Juri de consensu in Electionibus dando cesserunt, quando? 221. Investitura per baculum, virgam, sceptrum, rescriptum. pag. 222.
Joannes XXII. declarat Monasterium S. Emmerami esse, & remanere ab omni Episcopali & Archi-Episcopali Jurisdictione & potestate *Exemptum*, & de novo de Apostolicæ plenitudine potestatis ab omni alia jurisdictione, potestate, Dominio illud eximit. 253. vide *Exemptio.* Albertum Monachum ad S. Emmeramum, Abbatem ibi præficit. 249.
Joannes Rex Bohemiæ, Imperii Vicarius absente Patre Henrico VII. Baldwino Abbati Regalia concedit. 243.
Judæi Monasterio S. Emmerami multa damna fecerunt, terras occuparunt, synagogam ibi construxerunt, mortuos in his terris sepelierunt. 163. in terris Imperii copiosissimi erant. Contra eos Anno 1267. Concilium Viennense celebratum fuit. 197. (Nota 1.)
Judex Publicus nullus, nulla Potestas alia, homines ad Monasterium S. Emmerami pertinentes, in Marcka intra Agastam & Nardinam commanentes, tam baioarios, quàm sclavos, liberos & servos in quoquam constringere audeat. pag. 50. 51. 52. 53. Neque ad ullum Placitum, vel in hostem ullo unquam tempore ire compellat. 51. 53. Si aliquis contra hos homines aliquas justitias requirere aut exactare voluerit, tunc Advocati & Ministri ipsius Monasterii rei veritatem inquire-

quirere ſtudeant, & emendent. 51. hæc conceſſio eſt de Anno 853. 854. ibid.

Judex (der Vogt- Richter in Kelhamb) pro ſubditis S. Emmerami, vide Diſſertat. *de Advocatis.*

Judicium, Jurisdictio, (Poteſtas Judicandi Emendandi, coercendi, diſtringendi homines ad terminia & Marchiam S. Petri & S. Emmerami pertinentes) ſolis Rectoribus (Abbatibus) Advocatis & Miniſtris ipſius Eccleſiæ à Ludovico Rege anno 853. vel 854. conceditur pag. 51. 52. (Nota 4.) vide pag. 90. Ut nullus Dux vel Epiſcopus, nullus Comes aut Regius exactor, nullaque Judiciaria aut alia perſona Magna, vel parva in loca ad Monaſterium S. Emmerami pertinentia intrare præſumat. pag. 90. vide pag. 528. §. XI.

Judicium in homicidiis, Furtis &c. ſub Ottone I. & Ottone II. Regibus, Monaſterio S. Emmerami in loco Riut (Vogtey-Reutt prope Waſſerburg) competebat. 120.

Judicium ſive poteſtatem Judicandi & corrigendi ad ſuum Placitum, exceſſus omnium hominum ad Monaſterium S. Emmerami pertinentium Fridericus I. Imperator Abbati ibidem confirmat. 147.

Judicium, Jurisdictio ſubin à *Vogteia, Advocatia* ſeparabantur. vide Diſſertat. de *Advocatis.*

Judicium, & Jurisdictio Monaſterii S. Emmerami in Eyterhoven: Hebranſtorff: Inning: Neuhauſen: Ehebetten: Swabelweis &c. vide Diſſertat. de Advocatis.

Juditha Duciſſa Bavariæ, Henrici I. Ducis Bavariæ Uxor, S. Emmeramo Curtem, *Eytterhoven* donat 132.

Juramentum Abbatum ad S. Emmeramum, accepta confirmatione, deſcriptum Romam mitti debuit. Ejus Tenor. 322. &c.

Juramentum Fidelitatis in ſuſceptione Regalium 319. 320. Eccleſiaſticorum Juramentum in ſuſceptione Regalium quale? 328. Cuinam illud præſtari debuit? vide *Vaſallus.*

K.

Kager Hoffmarchia ad S. Emmeramum. 499.

L.

Lauterpach (Præpoſitura prope Geiſenvêld) à Sigefrido Abbate S. Emmeramo donatur anno 821. pag. 24. Notæ ad hanc traditionem. 29. Eccleſia Parochialis ibidem à Conrado Epiſcopo Ratisbonenſi in perpetua tempora Monaſterio S. Emmerami ita unitur, ut Religioſus ibi exponi valeat. 285. quam unionem Pileus Cardinalis auctoritate Apoſtolica confirmat. 288.

de Laymingen Nobiles, Poſſeſſores Caſtri de Rotenek, litem cum Monaſterio S. Emmerami de Advocatia in Lauterbach habent. 538.

Leo III. P. M. Monaſterium S. Emmerami in Immunitatem ſuam & Succeſſorum ſuſcipit: Sedem Epiſcopalem Ratisboneuſem in Civitatem (Ratisbonam) à Monaſterio S. Emmerami tunc extra muros poſito transfert. 8. 9. Variæ Notæ ad hanc Bullam.

Leo Epiſcopus Ratisbonenſis. vide *Exemptio.* Leonis Sigillum. vide Tabul. III. & explicationem hujus Sigilli.

de Leonberch Comites. vide *Advocatus.* item pag. 434. 440. 536. §. XV.
Liberi (proles) nati ex fœminis, *quæ proprietati Abmſpergenſium adtinebant*, & cum viris ſubditis S. Emmerami legitimo thoro contraxerunt, pertineant ad Eccleſiam S. Emmerami. Ita ſtatuit Ulricus de Abmſperg Advocatus Eccleſiæ S. Emmerami. 214.
Ligna & ſylvæ inter Ratisbonam & Gebraching Advocato Eccleſiæ S. Emmerami, & ejus Jurisdictioni non ſubjiciebantur, ſed libere & integraliter ad Eccleſiam S. Emmerami ſpectabant. 214.
Litteræ de conceſſis *Regalibus* an ſemper exaratæ fuerint? 277. (Nota 3.) ſucceſſu temporis frequentius, & conſtantius conſcriptæ, 325. ſed non pari verborum formâ. 341.
Liutbaldus Propinquus Ludovici Infantis. 86. Pabo Liutboldus Comes ibid.
Lodwicus Comes Palatinus Reni, Bavariæ Dux, quasdam perſonas S. Emmeramo donat. anno 1287. pag. 216.
Lucii II. S. Pontif. litteræ pro confirmatione Privilegiorum Monaſterii S. Emmerami. 139. in his litteris commemorantur ea, quæ ſub Leone III. & Carolo M. contigerunt. 140. Lucius permittit Abbatibus ad S. Emmeramum cum Sandaliis & Dalmatica Miſſarum officia celebrare. 140.
Ludovici Pii Diploma cum notis criticis. pag. 18.
Ludovici Germanici Filii Paternum Regnum inter ſe dividunt. pag. 60.
Ludovicus Infans, Arnulfi Regis filius, Rex conſtituitur 85. (Nota 1.)
varia hujus Ludovici Diplomata. ibid. Speciale hujus Regis Privilegium de libertate Monaſterii S. Emmerami. 90. Monaſterium S. Emmerami Tuttoni Epiſcopo regendum committit, liberam tamen Abbatis Electionem ſtatuit. An iſta non ſint contraria? 94. 335. (Nota.)
Ludovicus IV. Bavarus, Rex Romanorum in Civitate Frankfurt eligitur. Fridericus verò extra Civitatem Rex ſalutatur. 244. Variæ Ludovici IV. litteræ, & Privilegia. vide *ſeriem litterarum.*
Lukenpeuut Munitio. vide Ukenpiunt.
Lüzeloe Præpoſituram Monaſterium S. Emmerami cum Sereniſſimo Friderico II. Comite Palatino Reni &c. pro Hofmarchia Kager commutat. & quomodo? 499.

M.

Maetinga (Mading) 84. 85.
Manentes, Mancipia, quid? 31. (Nota 5.) Mancipia in Lauterbach ad S. Emmeramum, cum Mancipiis Ducis Alberti Bavari Matrimonio juncta. Qua ratione? 32.
Manſee Monaſterium pro Obermünſter Epiſcopis Ratisbonenſibus conceditur. pag. 38. 39. 59. 64.
Marcka intra flumina Agaſtam, & Nardinam ad Monaſterium S. Emmerami pertinens pag. 51. vide. *Judex.* Marcha ad S. Emmeramum pertinens in pago Quinzingowe juſſu Arnulfi Regis per fideles ſuos, quorum nomina recenſentur, circumducitur & deſcribitur. pag. 75. Marca ad Campa ſub Taſſilone Duce Bavariæ. pag. 225.

Matrimonia Miniſterialium S. Emmerami cum præſcitu Abbatis ineunda, & quomodo? 437. (Not. 2.)
Matrimonia inita intra Mancipia Alberti Ducis Bavariæ, & Mancipia S. Emmerami quem effectum habeant circa proles? 481.
Maurentius vir Illuſtris per licentiam Ludovici Regis (Ludovici Pii, Filii,) dedit ad partem Monaſterii S. Emmerami *Territorium cum ſylvis, pratis & omnia* 34.
Miniſteriales creandi, promovendi jus, Fridericus I. Monaſterio S. Emerami confirmat. 147. 149. (Nota 3.) Jam ante Friderici Tempora Miniſteriales ad S. Emmeramum. 224. Miniſteriales S. Emmerami quomodo Matrimonium contrahant? pag. 437. (Nota 2.)
Miſſa S. Martini (id eſt Feſtum S. Martini.) pag. 23.
Mitræ uſus quando Abbatibus conceſſus? 143. Quando Abbati ad S. Emmeramum. 144. 186.
Monachi ipſi (quidam) ex Monaſterio S. Emmerami Epiſcopis anſam præbuerunt, Monaſterii libertatem turbandi. 138.
Monaſterium S. Emmerami, Ejus initium. 4. 6. (Nota 1. & 2.) 7. 12. (*) Liberum & ſub Poteſtate Imperatorum, ſeu Regum 5. & 12. Leo III. in immunitatem ſuam & Succeſſorum ſuorum illud recipit. 6. (Nota 1.) pag. 8. *Cenſus.* item pag. 13. (**) Juſſu Caroli M. ſub Symperto Epiſcopo Amplioribus ſpatiis Eccleſia S. Emmerami ædificatur. 7. (Nota 3.) Carolus Craſſus Monaſterium hoc Ambrichoni Epiſcopo Ratisbon. in *Beneficium* concedit. 82.
Monaſterio S. Emmerami Ludovicus Rex (Arnulfi Imperatoris Filius,) omnes dignitates, jura, Nobiliſſimarum Abbatiarum in Teutonia concedit 91.
Monaſterii hujus bonorum Diviſio à S. Wolfgango facta. 116. Ob *libertatis* Privilegium multas moleſtias ſuſtinere cogitur; quæ cauſæ? cur Adverſarii id facile efficere potuerint? 138. 139. 170.
Monaſterium S. Emmerami à Ducibus Bavariæ *ex honeſtate* loci vocatur *Honorabilius ſui Principatûs Membrum.* 227. Num. CIX. Declaratur à Ducibus Bavariæ tanquam ſtatus (als Innländiſch.) 493.
Monaſteria alia *Epiſcopalia*, alia *Regalia* pag 7. vide de his plura in Hiſtoria Germanice ſcripta pag. 43.
Monaſticus habitus à Laicis, Item ab Epiſcopis, & Clericis in extremis ſuſceptus eſt. Quæ inde obligatio? 145.
Morticinia (die Väl) à Friderico I. Monaſterio S. Emerami confirmantur. 146. Medietas totius ſubſtantiæ Mobilium & Immobilium, quando moriens caret ſuæ conditionis prole, Monaſterio S. Emmerami ab eodem Friderico adjudicatur. 146. item 149. (Nota 2.)
Mospach, Jus Patronatus à Rudolfo Comite Palatino, Bavariæ Duce, Monaſterio S. Emmerami donatur. 239.

N.

Nicolaus Epiſcopus Ratisponenſ. Exemptioni Monaſterii S. Emerami Summè contrarius. 246.
Niuhingen S. Emmeramo traditur ab Ottone I. pag. 106. 108.

Niuuinhuſen & Sezpach (Neuhauſen & Siespach) à Richpaldo Abbate ad S. Emeramum huic ſancto donantur ſub Ludovico Pio. 21.
Nordilinga (Nördlingen) in pago Retienſi à Nobile fœmina *Winpurch* S. Petro & S. Emmeramo traditur. 79. 81. (Nota 2.)
Notæ Chronicæ in Diplomatibus Carolinis & aliis Germanicorum Regum litteris uſitatæ, poſt quodcunque Diploma in libro Probationum notis additis elucidantur.

O.

Obernmünſter Monaſterium à Ludovico Rege Hemmæ Uxori ſuæ conceditur, & Epiſcopo Ratisbonenſi Monaſterium Manſee pro eo datur. 38.
Ordines Minores conferendi Poteſtas, Abbati ad S. Emmeramum auctoritate Apoſtolica conceditur. 289.
Ottonis I. & II. Diplomata vide *in ſerie litterarum*: Eorum Notæ Chronicæ, vide Diplomata.
Otto III. B. Ramvoldum Abbatem ad S. Emeramum contra Gebehardum Epiſcopum Ratisbonenſ. protegit. 130.
Otto Epiſcopus Ratisbonenſ. quædam remittit, quæ Gebehardus à Monaſterio S. Emmerami petiit. 136.
Otto Dux Bavariæ, Hungariæ Rex. 443. Ejus Sigillum. vide *Sigilla*.

P.

de Pappenheim Comes, Fridericus Erneſtus S. R. Imperii hæreditarius Marſchallus quædam bona titulo feodi à Monaſterio S. Emerami tenet: quædam etiam ejus Soror titl. Wilhelmina Charlotta Comitiſſa de Leiningen. pag. 102. (Nota 2. & 3.) hæc bona ſub Chunrado Rege S. Emmeramo jam confirmata ſunt. Quæ illa? pag. 101. item pag. 545.
Parochialis Eccleſia S. Ruperti Monaſterio S. Emerami à Clemente IV unitur, reſervatâ congrua portione Vicarii. pag. 187. 188. 190. *Leo* Epiſcopus Ratisponenſ. iſtam Unionem ratam habet. pag. 189. Ab Alexandro VI. ita unitur, ut Abbas vel Regularem vel Sæcularem ibi exponat. pag. 365. anno 1613. primus ibi conſtitutus fuit Religioſus Vicarius ex Monaſterio. pag. 368. (Nota.)
Parochiæ in Hainſpach & Lauterbach: vide *Hainſpach & Lauterbach*.
Paulus II. P. M. liberam denuo Electionem Abbatis Monachis S. Emerami dimiſit. 347. 348. (Nota 2.)
Pertholdus, Pater Ducis Ottonis. pag. 452. (Nota.)
Perc in pago *Tonegevvi* in comitatu *Liutpaldi* S. Emmeramo donatur. pag. 125.
Pföring Parochialis Eccleſia à Clemente VI. S. Emeramo unitur, ſola reſervatâ congrua portione pro Vicario 274. Etiam, ut Regularis eò exponi valeat, à Cardinale Campegio Auctoritate Apoſtolica conceditur. 374.
Pippinus Caroli M. Pater S. Emmeramo quædam donat. pag. 5.
Piſcationes S Emmerami Monaſterio ab Ottone I. & Ottone II. donatæ. pag. 110. 119.
Pœna Pecuniaria (Mulcta) per Centum libras Auri puriſſimi à Ludovico Rege (Infante) iis, qui Monaſterium S. Emmerami vexant, ſtatuitur. 92.
Pontifices Summi, qui Monaſterium S. Em-

S. Emmer. in ſuam & Succeſſorum immunitatem receperunt. pag. 10. 11. 92. Plures eorum litteræ contra injuriatores Monaſterii: vide *ſeriem litterarum.*
Portus in *Riut* (Vogtey-Reutt) ab Ottone II. Monaſt, S. Emer. traditur. pag. 119.
Præpoſiti. Prœpoſituræ. 540.
Probſt-Gericht. ibidem.
Præſtariæ, Præcariæ quid? 30.
Priemperch S. Emmeramo ab Ottone I. donatur pag. 112.
Primates S.Emmer. pag.62. (Nota 5.)
Principis titulus Abbati ad S.Emer. ab Adolpho Rege datus eſt, unà cum *Regalibus* Principatûs Eccleſ. S. Emmer. pag. 225. &c. Item ab Alberto Rege 242. & aliis. vide *ſeriem litterar.* Noviſſimè à Carolo VI. pag. 408.
Privilegia Bavarica, à Ducibus Bavariæ Monaſterio S. Emmerami conceſſa. vide ſeriem litterarum.
Proviſiones Beneficiorum à Summis Pontificibus datæ & Eccleſiis impoſitæ. vide *Beneficia.*
Pürchinwach (Pürchwang) S. Emmeramo tempore Hugberti Ducis Bavariæ donatur. 98.

Q.

R.

B. Ramvoldus Abbas ad S. Emmeramum. 116. ab Ottone II. vocatur *Fidelis, Amabilis.* 120. 122.
Rathobodus (Radpotto) unus ex Primatibus Ludovici Regis (anno 860. 861.) pag. 55. videtur eſſe Dux limiti Orientali à Rege Ludovico Cuſtos poſitus. pag. 57. (Nota.)
Ratiocinia de Proventibus Eccleſ. Paroch. apud S. Emer. quomodo fiant? 510. Speciale Privilegium ob reditus Eccleſiarum harum 511.
Ratisbona *Nova civitas*, ab Arnulfo Rege noviter facta, una cum XL. vincis S. Emeramo donatur pag. 81. 82.
Ratisbonenſi Magiſtratui *Ludovicus IV.* præcipit, ut Monaſt. S. Emer. defendat 245. idem jubet *Rupertus Rex.* 336. Idem Fridericus III. 350.
Regalia Monaſt. S. Emer. conceſſa pag. 53. 223. 224. 225. Regalia quid? 222. Univerſa Regalia, temporalitates, honores 260. Ehren-Würden. 351.
Regiæ Poteſtatis adjumenta &c. cum *Regio Banno, Judicium in furtis, homicidiis* in loco *Riut* (Vogtey-Reutt) ab Ottone I. & Ottone II. Monaſter. S. Emmerami traduntur. pag. 120.
Regimen cum Banno *in Velden* S. Emmeramo à Ludovico Rege anno 903. donatur. 88.
Reſcripta Pontificia, quæ? 143. (Not. 3.)
Reſervationes Sum̃or. Pontif. pag. 279. 293. 343. (Hartungus Abbas.) quid *Pius II.* circa reſervationes? 345.
Reverſales litteræ Sereniſſimorum Ducum Bavariæ ob Vogteiam, ſive Advocatiam bonorum S. Emmerami ipſis conceſſam. 482. 483. 495.
Richpaldus Abbas ad S. Em̃er. ſuam hæreditatem (Neuhauſen & Sezpach) S. Em̃er. donat an. 814. p. 21. alia ejusdem Richpaldi Traditio 22.
Riut, Reutt, (Vogtey-Reutt prope Waſſerburg) à Warmundo Comite S. Em̃er. donatur. 110. ita, ut ſi Epiſcopus vel aliqua potens perſona hanc donationem infringeret, cuncta donata in jus Dominæ Judithæ & Filii ejus Henrici Ducis redirent. 110. 111. (Nota 2.) vide de *Advocatia* in Vogtey-Reutt. pag. 551. §. XXI. item pag. 133. 135.
Rohr Monaſterium decimas à Monaſt. S. Emmer. tenet: harum decimarum, ſive locorum deſcriptio. 198.

de Rottenek Comites, Advocati Ecclesiæ S. Emmerami & bonorum in Lauterbach. 232. item pag. 537.
Rudolfus Comes Palatinus Reni, Dux Bavariæ jus Patronatûs in *Mospach* S. Emmeramo donat. 239.
Rudolphus Imperator. Ejus litteræ pag. 206.
S. Ruperti Ecclesia Parochialis Ratisbonæ. vide *Parochialis Ecclesia.*

S.

Sandaliorum & Dalmatiæ Usus Abbatibus ad S. Emmer. permissus. 140.
Scierstatt prædium in pago Nortgouui in Suburbano Reginæ Civitatis ab Ottone II. Monasterio S. Emmerami traditur. 122.
Sebaldus Guttkauff Monachus ad S. Emmer. contra Abbatem agit, Albertum Ducem Bavariæ pro auxilio rogat. Fridericus III. Monasterium defendit. 353. 354.
Sigefridus Abbas ad S. Emmer. hæreditatem suam (Lauterbach) S. Emmeramo donat, an. 821. p. 24. Notæ ad hujus Traditionis Chartam. 29.
Sigilla. vide Dissertationem de Sigillis post hunc Indicem, ne sæpius eadem repetantur.
Sigilla: Anuli. pag. 3.
Sigillum Friderici I. pensile. 147.
Sigismundus Abbas ad S. Emmeram. Commutationem facit cum Bathurico Episc. Ratisbon. an. 829. p. 33. Modus hujus Traditionis, vel Concambii per *ferulam*, & *baculum* ibid.
Sulcipach (Sulzbach propè Stauff) integrum Forestum cum Forestario à Chuonrado Rege S. Emmeramo donatur. pag. 102. descriptio hujus loci, in quo super omnia animalia forestensia Bannus distenditur. 103.
Swepfermann Syfridus Advocatiam hominum in Lüzeloe à Monast. S. Emmerami titulo directi feodi tenuit. 544.
Synodus, vi cujus Sedes Episcopalis Ratisbonens. à Monasterio S. Emmerami in Urbem translata est. pag. 15. (Nota 6.)

T.

Telonei libertatem per totum Regnum suum Ludovicus Rex, Arnulfi Filius Monasterio S. Emmerami concedit. 91. Ejusdem libertas per Bavariam à Ludovico IV. 455. Ejus Filiis. 457. 460. Successoribus. 471. 475. 477. Monast. S. Emerami conceditur. vide litteras *in serie.*
Territorium à Maurentio viro Illustri Sæculo IX. Monasterio S. Emmer. donatur. 34. vide *Maurentius.*
Testes juxta legem Bauuariorum per aures tracti. pag. 32.
Thassilone à Carolo Magno exauctorato, Monasterium S. Emmerami *liberum* declaratur. pag. 12. (*)
Theodo Dux Bavariæ Fundator Monasterii S. Emerami anno 652. pag. 7. vide etiam Num. V. in præfatione. Item in Historia nostra Germanicé scripta pag. 40. & 41. ubi plura de *Theodonibus.*
Translatio Sedis Episcopalis Ratisbonensis. vide *Episcopus.*
Tutto Episcopus Ratisbonensis, vir sanctus, sollicitus pro Ecclesia S. Emmerami pag. 83. (Nota 4.) pag. 94. (Nota 4.)
Tüngelving Ecclesiam Ludovicus Rex S. Emmeramo donat. 44. per S. Wolfgangum ad Ecclesiam Ratisponensem translata est. 45.

U.

U.

Vaſallo in ſuſceptione *Regalium* abſentiæ cauſas afferre licuit; neque neceſſe ſemper erat alium delegare ad aulam regiam. Ipſi Reges quosdam conſtituerunt Abſentes, quibus Vaſallus juramentum Fidelitatis præſtaret. 324. &c. 384. 386. 393.

Vectigalium decimam partem de *Zollenarii* Miniſterio Chuonradus Rex S. Emeramo jure perpetuo donat anno 916. pag. 104. vectigalia in *Vogtareuth* prope Waſſerburg ab Ottone I. & Ottone II. Monaſterio S. Emmerami conceduntur. 110. 119.

Velda (Velden) Curtis S. Emmer. donatur . . . *cum Regimine, & ejusdem Banno, mancipiis utriusque ſexus, ædificiis, pontibus, & cenſus ſilvis, omnique uſu ejusdem ſilvæ, aquis, piſcationibus, &c.* hanc traditionem confirmat Ludovicus Rex anno 903. pag. 88. *Velda*, quænam illa? pag. 89. (Nota 2.)

Venatio in *Riut* (*Vogteyreutt* ab Ottone I. & II. S. Emmerami cœnobio confirmatur 110. 119. 120. in Helphendorff una cum Foreſto & Foreſtariis venatio ab Ottone I. Monaſterio S. Emmer. traditur anno 940. pag. 106.

Vexilla in ſigillis quid denotent? vide Diſſertat. de ſigillis.

Vice-Domini, quodnam eorum officium? pag. 523.

Ukenpiunt (Lukenpeunt) Munitio ad S. Emmer. ſpectans. 435. 449. modò Comitibus de Lerchenfeld in Köfffring in feodum à Monaſterio S. Emmerami conceſſa 547. Advocatia in Ukenpiunt. pag. 449. 547.

Vogteia, hujus nominis abuſus 522.

Vogt-Recht, Vogteia in Lauterbach antiquiſſima à Ludovico IV. confirmatur. 247.

Vogt-Richter in Kelhaim. 549. §. XX.

Vogteia ſive Advocatia bonorum S. Emmerami Alberto Duci Bavariæ (mortuis Abmſpergenſibus) primò *ad dies vitæ* conceſſa. 482. quibus conditionibus? ibidem. Item Wilhelmo ejus filio ad dies vitæ, 483. qui magnam utilitatem ſe exinde percipere declarat. 490. Ducibus Wilhelmo & Ludovico fratribus, eorumque hæredibus *Maſculis* eadem Vogteia conceditur. 495. quibus conditionibus? 494. 495. vide Diſſertationem *de Advocatis*.

W.

Warmundus Comes donat S. Emeramo locum *Riut* (nunc Vogtey-Reutt prope Waſſerburg) hæc donatio poſt initium Sæculi X. facta eſt. pag. 110. 111. vide hiſtoriam noſtram germanicè ſcriptam. pag. 125.

Wembdinga (Wembdingen) civitas S. Petro & S. Emeramo donatur à Nobili fœmina Winpurch. pag. 79. 81. (Nota 2.) S. Emmeramus Patronus hujus civitatis. ibid.

Winpurch Nobilis fœmina. vide præcedentes lineas.

Wenceslai litteræ de confirmatione Privilegiorum Monaſterii S. Emmerami *latinè*, de conceſſis Regalibus *germanicè* conſcriptæ. 317. 319.

Ueſtermann pagus. pag. 84. 85. (Nota 2.)

Wihnichel (*Weynichel*) Eccleſia ad S. Emmeramum ſpectabat. pag. 158.

Wilhelmus Comes proprietatem ſuam intra *Agaſtam* & *Nardinam* S. Emmeramo donat Anno 853. vel 854. pag. 50. quis iſte Wilhelmus? Comes ſtabuli, qui cum Eggehardo Comite de reſtituendo Imperatore *Ludovico*

dovico Pio multùm laboravit pag. 52. (Nota 3.)
Wilhelmus Mercator, *libertate donatus*, ſancto Emeramo varia bona tradit, confirmante Ottone II. pag. 123. 125. 127.
Wilhelmus Dux Bavariæ magnam utilitatem ex Advocatia S. Emmerami ſe percipere declarat. pag. 490.
S. Wolfgangus Ratisponenſ. Epiſcopus proprium Abbatem S. Emmerami Monaſterio iterum concedit, bonorum diviſione factà. pag. 116. (Nota 4.) In terram Avarorum (*Steininachiricha*) colonos mittit · inter Majorem & Minorem *Erlaffam* caſtellum Zuiſila per Licentiam Ottonis II. conſtruit, ut ad Eccleſiam S. Petri & S. Emmerami propria ſpectaret. pag. 117.
Wolfgangus Egger Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, Parochus ad S. Rupertum juramentum Fidelitatis pro Eraſmo Abbate in ſuſceptione *Regalium* Viennæ præſtat. pag. 363.

Z.

Zuiſila in terra *Avarorum*. S. Wolfgangus ibi caſtrum conſtruit. pag. 117.

Errata.

Bona, quæ PERCHTOLDUS PATER DUCIS OTTONIS S. Emmeramo donavit, non ſunt bona in INNING, ſed bona in ISLING prope Ratisbonam, à quonam autem bona in INNING S. Emmeramo tradita fuerint, reperire nondum potui. vide pag. 452. (Nota.)

Oblitus etiam ſum in hiſtoria noſtra germanicè ſcripta annum Mortis Anſelmi Principis & Abbatis indigitare. Mortuus is eſt Anno 1742. die 21. Septembris. ad pag. 576. *hiſtoriæ germanicè ſcriptæ.*

In iſto Indice ſub littera A. verbô *Adalwinus*: lege: Translatio Sedis Epiſcopalis, locô *Sedis Apoſtolicæ.*

APPENDIX
SIVE
SIGILLA
QUÆDAM
CUPRO INCISA,

Ad Bullas, Diplomata, aliasque Litteras
LIBRI PROBATIONUM (de Hiſtoria
Monaſterii S. Emmerami) ſpectantia,

Unà-cum brevi horum Sigillorum deſcriptione.

Illorum Seriem ſequentes mox paginæ exhibent.

RATISBONÆ,
Typis Joannis Viti Rädlmayr, Aulici & Epiſcopalis Typographi, Anno 1752.

APPENDIX
SIVE
SYLLOGE
OF
QUÆDAM
CURIOSA,
Ad Bullas, Diplomata, aliasque Literas
LIBRI PROBATIONUM (de Hiberd)
Monachii 8 Eminentiss. Principis
Una cum Libro Sigilorum Electoralium
Item Varia Joannis Tit. Radimayr, Aulæ & Episcopalis
Postpeli, Anno 1752.

TABULA I.

Sigilla Summorum Pontificum.

INnocentii III.
Gregorii VIIII.
Innocentii IIII.
Alexandri IIII.
Urbani IIII.
Clementis IIII.
Gregorii X.
Johannis XXII.
Benedicti XII.
Clementis VI.
Innocentii VI.
Urbani VI.
Bonifacii VIIII.
Synodi Generalis Basileensis.
Pii II.
Pauli II.
Alexandri VI.

TABULA II.

Sigilla Cardinalium, & aliorum, Ordinis Ecclesiastici.

Cardinalis Ancheri.
Cardinalis Pilei.
Cardinalis Gaspari Contareni.
Cardinalis Campegii.
Petri Pauli Vergerii Legati Apostolici.
Guilielmi de S. Laurentio Camerarii Apostolicæ Sedis.

TABULA III.

Sigilla Episcoporum Ratisbonensium & Capituli Ratisbonens. Ecclesiæ.

Hartwici II. hujus Nominis Episcopi.

Chunradi II. hujus Nominis.
Leonis Epiſcopi, cum Contra-Sigillo, quod hodiernum Epiſcopatûs Ratisbonenſis Inſigne exhibet.
Chunradi V. hujus Nominis.
Sigillum S. Petri Ratisbonenſis Eccleſiæ, id eſt Capituli.
Sigillum Judicii Ratisponenſis Eccleſiæ.

TABULA IV.

Sigilla Abbatum & Conventûs ad S. Emmeramum.

Eberhardi Abbatis.
Karoli Abbatis.
Alberti Abbatis.
Altonis Abbatis.
Sigilla Tria, diverſa, Conventûs S. Emmerami.

TABULA V.

Pars prior.

Sigilla Regum & Imperatorum ſtirpis Carolinæ.

Caroli Magni.
Ludovici Germanici adhuc Junioris, Filii Ludovici Pii.
Ejusdem Ludovici Germanici jam adulti aliud Sigillum.
Carolomanni, Filii, Ludovici Germanici.
Karoli Craſſi Imperatoris.
Arnolfi Regis.
Arnolfi Imperatoris.
Sigillum Ludovici *Infantis*, ſive *aliud* Sigillum ab eo uſurpatum.

Pars poſterior

Tabulæ V.

Sigilla Regum, & Imperatorum Germanicorum.

Chuonradi I.
Ottonis I.
Ottonis II.
Henrici II.

TABULA VI.

Sigilla.

Friderici I. Sigillum *Penſile.*
Friderici I. Idem Sigillum Chartæ *impreſſum.*
Friderici II.
Rudolfi I.
Adolfi
Alberti I.

TABULA VII.

Sigilla.

Joannis Regis Bohemiæ.
Ludovici IV. Bavari.

Ludo-

Ludovici ejusdem aliud Sigillum.
Karoli IV.

TABULA VIII.

Sigilla.

Wenceslai Regis.
Ruperti Regis.
Sigiſmundi Regis.

TABULA IX.

Friderici III. Sigillum Majeſtatis.

TABULA X.

Sigilla.

Maximiliani I.
Caroli V.
Ferdinandi I.
Ferdinandi I. aliud Sigillum.

TABULA XI.

Sigilla.

Ferdinandi I. Iterum aliud Sigillum.
Maximiliani II.
Rudolphi II.
Mathiæ.

TABULA XII.

Sigilla.

Ferdinandi II.
Ferdinandi III.
Leopoldi.
Joſephi.

TABULA XIII.

Sigillum.

Caroli VI.

TABULA XIV.

Caroli VI. Bulla Aurea.

TABULA XV.

Sigilla.

Caroli VII.
Franciſci I.

TABULA XVI.

Sigilla Ducum Bavariæ.

Ludovici Severi, & Henrici Fratrum.
Sigilla Filiorum *Ludovici Severi.*
Ludovici.
Rudolphi.
Item Ludovici, poſtea Romanorum Regis.

TABULA XVII.

Sigilla Filiorum Henrici Ducis Inferioris Bavariæ, Fratris Ludovici Severi.

Ottonis qui fuit Rex Hungariæ, tria Sigilla.

Ludovici.
Stephani.
Sigillum Henrici *Junioris*, Filii Ottonis.
Sigilla Filiorum Stephani Ducis.
Henrici *Senioris.*
Ottonis.

TABULA XVIII.

Sigilla Filiorum *Ludovici* Bavari Romanorum Regis.
Ludovici *Brandenburgici.*
Stephani *Fibulati.*
Alberti.
Sigilla Filiorum Stephani *Fibulati.*
Stephani II. ſive *Junioris.*
(*De Friderico nullum adeſt Sigillum.*)
Johannis Monacenſis.
Sigillum Filii Friderici Ducis.
Henrici *Divitis.*
Ludovicî *Divitis*, qui erat Filius *Henrici* præcedentis.
Georgii *Divitis*, Filii antecedentis Ludovici.
Sigilla Filiorum Johannis, Ducis Bavarie Monacenſis.
Erneſti.
Wilhelmi.
Sigillum Filii Erneſti Ducis.
Alberti III. dicti (*Probi*) adeſt duplex Sigillum.

TABULA XIX.

Sigilla Filiorum Alberti III.
Johannis.
Sigiſmundi.
Alberti IV.
Wolfgangi.
Sigilla Filiorum Alberti IV.
Wilhelmi.
Ludovici.
Sigilla Filii Wilhelmi.
Alberti V.
Sigilla Filiorum Alberti V.
Erneſti.
Wilhelmi.
Ferdinandi.

TABULA XX.

Sigillum aliud Wilhelmi V. præcedentis Ducis.
Sigillum Maximiliani I, Filii Wilhelmi V.
Sigillum Ferdinandi Mariæ Filii Maximiliani I.
Sigillum Conſilii Aulici Monacenſis.
Sigillum Friderici Ducis, & Comitis Palatini Rheni.
Sigillum Maximiliani Emanuelis, Filii Ferdinandi Mariæ.
Duo Sigilla, Henrici *Senioris*, Ducis Bavariæ, quæ ſeriùs ad manus noſtras pervenerunt. Hujus Henrici *Senioris* aliquod Sigillum in Tabula XVII. expreſſum jam habetur.

TABULA XXI.

Sigilla quorumdam Comitum veterum &c.

Gebehardi Comitis Sulzbacenſis.

Ulrici de Abenſperg.

Gebehardi de Rotenek.

Sigillum Judicii Provincialis Comicie in Hirsperch.

Wernhardi Comitis de Leonberch. Aliud ejusdem Wernhardi Sigillum.

Perngeri Comitis de Leonberch.

Hainrici de Leonberch.

Sigillum Vice-Dominatûs Straubingae, quo Officio fungebatur Comes de *Hals*.

TABULA XXII.

Inſignia Principalis Eccleſiæ S. S. Emmerami, unà cum inſigni gentilitio *Anſelmi* Principis & Abbatis ad S. Emmeramum.

TABULA I.

SIGILLA SS. PONTIFICUM.

Hîc Sigilla quorumdam SS. Pontificum, Eorum Bullis, in libro probationum *exhibitis appenſa, conſpicienda ſunt. De Summorum Pontificum Sigillis pauca quædam ex Mabillonio annotare lubet.*

I. SIgilla Romanorum Pontificum proprio nomine, *Bullæ* vocantur, quo vocabulo ipſæ Pontificum Summorum litteræ, *Bullæ* quoque appellantur. Sigilla Pontificum primò erant *in Cera*, deinde in *plumbo* expreſſa. Quandonam verò *plumbeæ Bullæ* uſus cœperit, inter eruditos controverſum eſt. Vide *Mabillon. de re diplomat.* lib. II. cap. XIV. N. VII. pag. 128. Idem Mabillonius ibidem. N. X. pag. 129. narrat, ſe vidiſſe plumbeas Bullas *Johannis V*, *Sergii I*, *Stephani III*, *Benedicti III*, *Nicolai I*, *Johannis XIII*, in quibus ſolum Pontificis Nomen in *antica* parte, in *poſtica*

poſtica verò, vocabulum *Papæ* impreſſum erat, quod *Dominicus Raynaldus* de vetuſtiſſimis aliorum Pontificum Bullis etiam teſtatur. Sigillum *Pauli I*, cujus nomen græcis litteris efformatum eſt, conſpiciendum exhibet Mabillon in Supplemento *de re diplomat.* pag. 46. at in hujus Sigilli plumbei antica parte Sanctorum *Petri & Pauli* imagines (Capita Apoſtolorum) videntur.

II. Ulteriùs notat Mabillon pag. 129. Succedente tempore, alios Pontifices, alia plumbeis Sigillis Signa addidiſſe, quod ex *Ciaconio* animadvertit: *Urbanus* tandem II. aliique poſt eum, in una parte Bullæ, nomen ſuum URBANUS II, ex altera *Nomina* SS. Apoſtolorum PETRI & PAULI cum cruce appoſuerunt. Nonnulli poſteriores, loco Nominum SS. Apoſtolorum, Eorum imagines, ſive Capita SS. *Petri* & *Pauli* expreſſerunt, (Paulus I. ut mox dixi, idipſum ſuô modô jam expreſſit,) ita, ut *S. Paulus* à dextris, S. Petrus verò à ſiniſtris poſiti videantur, de qua imaginum poſitione heterodoxi quidam varia contra S. Petri Primatum afferunt, ſed de iſta SS. Pauli & Petri imaginum poſitione vide Mabillon. cit. loco. pag. 130. Eruditiſſimus Ludovicus Antonius Muratorius in Diſſertatione 35. tom. 3. antiquit. Italic. Medii ævi pag. 131. &c. varia Summorum Pontificum Sigilla exhibet. *Fridericus Schannat* in vindiciis Archivi *Fuldenſis*, Clementis Papæ II. Benedicti VIII. Leonis IX. Alexandri II. Sigilla & Signa producit. Aureis etiam Sigillis, ſive Bullis, Summos Pontifices, (at ſolum in rebus Maximi momenti) uſos fuiſſe ſcribit Mabillon. pag. 130. cit. loc.

III. Albertus Argentinenſis refert *Clementem VI, cùm arma progeniei ſuæ haberent quinque Roſas, contra morem anteceſſorum ſuorum, quinque roſas poni feciſſe in Bullis.* Has quinque roſas in Sigillo *Clementis VI.* in hac tabella exhibito cernere eſt. De his *roſis* Clementis VI. quædam etiam affert *Palatius* in geſtis Romanorum Pontificum, ubi tom. III. pag. 267. ita ſcribit. *Clementem VI.* Roſas quinque etiam in quinque Cruces mutaſſe: *Forſan ad retundendam procaciam Bavari, & ſectariorum ejus, qui Clementem calumniabantur, quia Bullas ſignaret roſis ſuis gentilitiis.* Ita *Palatius.* (*) Sigillum *Urba-*

(*) Vide, quæ infra ad Tabulam VII. de Sigillis Ludovici Bavari, Romanorum Regis dicentur.

Urbani VI, Nomini Pontificis, quædam volucrum capita, & poſt nomen, integras duas volucres (ùt puto, *Aquilas*) additas exhibet. *Palatius* ad imaginem *Urbani VI.* (citato libro) *aquilam*, tanquam inſigne gentilitium *Urbani* conſpiciendam præbet. *Paulus II.* in Sigillo ſuo, in throno ſedet, Cardinalibûs hinc inde, (ni oculus me fallat,) *ſedentibus*, aliîs verò ante ipſum genuflexis. In altera Sigilli parte Effigies SS. Petri & Pauli, pariter ſedentium &c. cernuntur. An binæ *ſtellulæ* in Sigillo *Innocentii VI.* de inſigni gentilitio *Innocentii* intelligi debeant, vel voluntate ſculptoris additæ ſint? neſcio.

IV. Animadvertendum eſt tamen, non ſolos Romanos Pontifices plumbeis bullis fuiſſe uſos. Id etiam ab Epiſcopis factum fuiſſe *Mabillon.* de re Diplomat. lib. II. cap. XIV. N. IX. cap. XV. Num. I. oſtendit. *Muratorius* citata Diſſertat. trigeſima quinta varia & antiqua plumbea Sigilla à diverſorum ſtatuum hominibus uſitata, tomo III. pag. 137. & 138. exhibet, ſimulque inſinuat Celeberrimum *Franciſcum Ficoronium* Romæ magnum ejuſmodi monumentorum (Sigillorum) theſaurum collegiſſe, eúmque Diſſertationes eruditiſſimas de hiſce editurum fore, forte illæ jam editæ ſunt. Sigillum quoque Plumbeum Synodi Generalis *Baſileenſis* Tabula I. exhibet. Pauca Synodorum, & Conciliorum Generalium Sigilla vidi. Sigillum Concilii Conſtantienſis Heinecius *de Sigillis &c.* Tabula XV. ſub Num. I. exhibet, ejusque figuram ex actis Concilii ab *Hermanno van der Hardt* collectis deſumpſit. Nulla in Conciliis typo editis, de Synodi vel Concilii Sigillo mentio fit. Subſcriptionibus locus erat. Sic in Concilio *Tridentino* ducenti quinquaginta quinque ſubſcripſerunt, his uſi verbis: N. N. *ſubſcripſi definiendo.* Vide *Pallavicin.* Hiſtor. Concil. Trident. lib. 24. cap. 8. n. 13. De Subſcriptionibus in aliis Conciliis videantur acta Conciliorum.

V. Præter Plumbea Sigilla Summi Pontifices *anulo piſcatoris* (uti vocant) in *brevibus* utuntur. In hoc anulo ſola *S. Petri*, cùm è navicula in mari piſcaretur, effigies cernitur. Anulus Ceræ rubræ imprimitur. Hoc Sigillum, ſive anulus piſcatoris membranulo appreſſus, non ita firmus adhæret

Chartæ, quin ab ea facile moveri poſſit. Olim tam *Brevibus*, quàm *Bullis* idem plumbeum Sigillum apponebatur. Mabillonius putat, ante quadringentos annos (dum ipſe opus ſuum de re Diplomatica 1681. ſcripſit) nondum hujus *anuli Piſcatoris* uſum invaluiſſe. *Brevia*, vocantur litteræ Pontificum, quòd eæ *brevi* via, ſeu manu, remotîs ambagibûs expediantur. Ita Mabillon. de re Diplomat. lib. II. cap. XIV. pag. 129. & 130. Solent etiam Pontifices in litteris privatis, Symbolis gentilitiis uti. Multæ adhuc in ſcriniis noſtris ſervantur Bullæ Sigillis plumbeis Pontificum munitæ. Ego illa tantùm exhibere volui Sigilla, quæ ad Bullas *in libro Probationum* exhibitas ſpectant.

TABULA II.

SIGILLA CARDINALIUM, ET ALIORUM, ORDINIS ECCLESIASTICI.

Cùm in *Libro Probationum* quasdam Chartas, & litteras Cardinalium, uti *Ancheri* Cardinal. de Anno 1276. & 77. *Pilei* de Anno 1379. *Campegii* 1524. *Contareni* 1541. Item *Petri Pauli Vergerii* Legati Apoſtolici: de Anno 1535. nec non *Guilielmi* Camerarii Apoſtolici ad annum 1274. retulerim, harum quoque litterarum Sigilla curioſo lectori exhibere volui. Ex quibus patet, non eo ſtatim tempore, quo laici ſuis Sigillis Signa gentilitia propria impreſſerunt, Clerum & Eccleſiaſticos ſimilia gentilitia ſuis Sigillis indidiſſe. Laicorum gentilitia Signa in Sigillis Sæculo XII. invaluiſſe poſtea dicemus, at Sæculo XIII. *medio* primùm ab Eccleſiaſticis, (non etiam ab omnibus,) illa adhibita fuiſſe conſtat. Sigillum ANCHERI Cardinalis de anno 1276. nullum ſcutum gentilitium refert. *Guilielmus* Camerarius Apoſtolicus litteris, de cenſu Anno 1274. perſoluto, claves officii ſui manibus tenet, absque alio Signo. Poſterioribus temporibus Cardinales ſuis Sigillis ex Cera rubra oblongis, Sanctos, Eccleſiarum Patronos, (de

quibus

quibus titulum acceperunt,) & ſua inſignia gentilitia impreſſerunt. Conſervantur in Noſtro Archivo litteræ, Octodecim Cardinalium Sigillîs appensîs (plurimis tamen jam fractîs) munitæ ; quibûs ad petitionem *Simonis Schwabel* Cammerarii Civitatis Ratisbonenſis, & *Caſparis Amman* Civis Ratisbon. (quorum effigies in his litteris depictæ cernuntur) certæ indulgentiæ fidelibus Chriſtianis *verè Pœnitentibus & Confeſſis*, qui Capellam B. Virginis *Mariæ Pulchræ*, (der Schönen Maria zu Regenſpurg) viſitaverint &c. conceſſæ fuerunt. Litteræ ſunt de Anno 1519, variis coloribus, & auro depictæ. Litteræ iſtæ impreſſæ legi poſſunt in *Hiſtoria Monaſtica* (ſeu Mauſolæo S. Emmerami. pag. 398.

TABULA III.

SIGILLA EPISCOPORUM, ET CAPITULORUM.

I. ERuditiſſimus Mabillonius libro 2. cap. 15. *de re Diplomatica*, de Epiſcoporum & Capitulorum Sigillis ſequentia notat, & quidem de Epiſcopis ſcribit: Eos ab antiquis retro temporibus Sigillis uſos fuiſſe, nec tamen omnes, neque ſemper. Id ex *Auguſtini* Epiſtola 217. num. 59. & aliis ibi adductis teſtimoniîs probat. *Primò* eorum aliquos quidvis, ex arbitrio, Sigillis ſuis impreſſiſſe: dein nomen proprium; & propriæ civitatis: tum nomen Sancti, Eccleſiæ ſuæ Patroni; poſtea ſuam ipſorum imaginem: denique gentilitia ſtirpis ſuæ inſignia addidiſſe notat. dicta ſua allatîs exemplis confirmat. Advertit tamen, ſe nullum vidiſſe Sigillum, in quo *ſcutum gentilitium* Epiſcopi fuiſſet, quàm Sigillum *Theobaldi* Belvacenſis de Anno MCCLXXXIX, ubi in *Contra-Sigillo* inſignia *Theobaldi* expreſſa fuerunt. Notat etiam, quòd Epiſcopi, qui Sigillis propriis utebantur, quandoque ea *Eccleſiæ ſuæ Sigilla* appellaverint, fortaſſe quòd Capitulum Eccleſiæ, eo tempore, (id eſt, Sæculo X,) proprium non haberet.

II. De Sigillis Capituli, ab Epiſcopi Sigillo diſtinctis exempla adducit Sæculi XI. in his autem Capitulorum Sigillis, Imago SANCTI, Eccleſiæ Patroni, impreſſa vel formata fuerat.

III. Tabula iſta exhibet Sigilla *Hartwici II*, *Chunradi II*, *Leonis*, item *Chunradi V*, Epiſcoporum Ratisponenſium. Sigillum *Hartwici* exhibet imaginem ejus, ſedentis, cum pedo in dextra, cum libro in ſiniſtra manu: Parvâ mitrâ, eáque ad dextrum, & ſiniſtrum latus versâ, caput tectum cernitur. Mitras Epiſcoporum initio non altas adeo fuiſſe, Mitra *S. Wolfgangi* Epiſcopi, quam nos poſſidemus, declarat, neque Paſtoralem baculum, antiquitus tam longum fuiſſe credendum eſt, ùt ex figura Baculi, ſeu pedi paſtoralis in his Sigillis patet, ubi ſupra *Sedentis* Epiſcopi caput non extenditur. Pedum Epiſcopale *S. Wolfgangi*, ex oſſibus conjunctum, quod nos etiam conſervamus, non adeo altum eſt. Nullum in Epiſcopi *Hartwici* Sigillo indicium eſt, alicujus Signi, vel ſcuti, aut *Contra-Sigilli*. Litteræ *Hartwici* ſunt de Anno MCLXI, has *Sigilli ſui appenſione, & Fratrum ſuorum ſubſcriptione roborari fecit*. Nullum hîc de Sigillo Chori, vel Capituli Mentio fit; an ſpeciali Sigillo Chorus, ſeu Capitulum Eccleſiæ Epiſcopalis tunc jam uſum fuerit, ego dicere nequeo. In his prioribus *Hartwici* litteris ſub Num. LIX. allatis, Sigillum ligamine membraneo appenſum eſt; in aliis autem ejusdem litteris ſub Num. CCXXIII. exhibitis Sigillum Chartæ membraneæ *impreſſum* conſpicitur. Sigillum *Chunradi II.* Epiſcopi, Imaginem quoque ſedentis exhibet, absque alio inſigni, vel ſcuto. Sigillum iſtud ex ligamine membraneo pendet. Litteræ *Chunradi* ſunt de Anno MCLXXXXIII. in his *Chunradus* dicit: Se hanc Chartam SIGILLI NOSTRI, & CHORI NOSTRI MUNIMINE roborari feciſſe. MUNIMEN CHORI, ſeu Sigillum *Capituli*, Imaginem S. Petri exhibet, hâc in circulo inſcriptione factâ: *Sigillum ſci Petri Ratisbonenſis Eccleſiæ*. Plura Sigilla *Capituli* Ratisbonenſis Eccleſiæ in noſtris ſcriniis cuſtodiuntur, ubi imago S. Petri conſpicitur duas claves, & librum tenentis. In antiquioribus ſola verba mox allata SIGILLUM SCI PETRI &c. leguntur, in alio autem Sigillo de Anno 1379, Eadem quidem imago eſt, ſed verba in Circulo ſcripta ita leguntur: *Sigillum CAPITULI Eccleſiæ Ratisponenſis.*

IV. Sigil-

IV. Sigillum cereum *rubrum*, ex filis ſericis viridis & rubri coloris pendens, quod imaginem *Leonis* Epiſcopi ſedentis refert, ſub pedibus *Leonis* Epiſcopi, *Leonem*, (animal,) ſtantem exhibet, in parte poſtica contra-ſigillum cernitur, uti in tabula III. videre eſt. *Contra-Sigillum* vocabatur, quod Majori Sigillo in dorſo contra-opponebatur. Varia in *contra-ſigillis* pro libitu initio ſcribebantur, vel alia inciſa videbantur. Uſus *contra-ſigillorum* primùm inductus eſt Sæculo XII. etiam Epiſcopi quidam contra-ſigillis uſi ſunt, uti Mabillonius, de Re Dipl. Libr. 2. Cap. XVIII. pag. 146. 147. ſcribit. Sæculô dein XIII, cùm inſignia gentilitia paſſim adhibita fuiſſent, ea *contra-ſigillis* impreſſa fuerant. Redeo ad Sigillum *Leonis* Epiſcopi Ratisbonenſis, verba in Parte Antica hujus Sigilli iſta ſunt, quæ à dextro latere ad pedem Pedi Paſtoralis leguntur: ✠ *Leo Miſerãcõe* (miſeratione divina) *dia Ratiſpon. Eccle. Eps.* In Contra-Sigillo, quod in medio, *ſcutum trabe per transverſum poſitâ*, exhibet, ita legitur: ✠ SECRETUM CELA (ſecretum abſconde.) Litteræ iſtæ ſunt, de anno 1267. ex quo patet, Epiſcopos Sæculo Decimo tertio medio inſignibus, & ſcutis uſos fuiſſe. Antiquiores litteras Epiſcoporum, in quibus inſignia, vel ſcuta propria cernere eſſet, ego in noſtro Archivo non inveni. Quòd *Leo* Epiſcopus *(Civis cujusdam Ratisponenſis Filius*, uti Hundius in Metropoli Salisburg: de Epiſcopis Ratisbon. ſcrib't) inſignia gentilitia à Patre ſuo, *cive*, aſſumpſerit, dicere non valeo, licet legatur in Gloſſario *du Cange*, verbô: SIGILLUM &c. etiam non nobiles tunc ſigillis jam uſos fuiſſe. Conjicere licet, *Leonem* Epiſcopum, ſibi *Leonem* (animal fortiſſimum) pro ſymbolo elegiſſe. Contra-Sigillum *(ſcil. ſcutum cum trabe transverſa)* hodiedum Sigillum eſt Epiſcopatûs Ratisbonenſis, **in Rotten Feld ein ſchmaler ſilberner Schrägbalcken.**) undenam verò hujus Inſignis origo ſit? an à *Leone* Epiſcopo? vel unde? ego dicere nequeo. Ex inſcriptione hujus contra-ſigilli patet hoc ſigillum, tanquam *Secretum* à *Leone* fuiſſe adhibitum. Præterire hîc non poſſum, dum de *Leone* Epiſcopo ſermo eſt, quòd Hundius citato loco ſcribat: *Leonem* Epiſcopum, dum veteri Baſilicâ combuſtâ (quam in honorem *S. Remigii* conſtructam fuiſſe ait,) magnificam Eccleſiam ædificaſſe, Patronum mutâſſe, & novum Patronum Eccleſiæ, *S. Petrum* ſcilicet ſelegiſſe; cui Narrationi tamen contraria videntur, quæ ſuprà de Sigillo *Cho-*

ri & *Capituli* Eccleſiæ Cathedralis dixi; in his enim ſigillis, imago S. Petri, non verò *S. Remigii* conſpicitur. Solebant autem Eccleſiæ, ſive Capitula, & Conventus Monaſteriales, Patronum ſuæ Eccleſiæ in ſigillis exhibere. Itaque, cùm Sigillum *Chori* ſive *Capituli Ratisbonenſis* ſub *Chunrado Epiſcopo* Anno MCLXXXXIII, *S. Petri* imaginem oſtendat, oportet longè ante *Leonem* Epiſcopum *S. Petrum* Patronum Eccleſiæ Ratisbonenſis fuiſſe.

V. Alterius *Chunradi, V. (de Haimberg)* Epiſcopi Ratisbonenſis ſigillum produco, de anno 1379, ubi *Chunradus* manum dextram, Benedicentis more, elevat, ſiniſtrâ pedum tenet, ex cujus latere *Inſigne (ſcutum cum trabe transverſa)* conſpicitur; ex altero autem latere ſcutum gentilitium (quod tamen dignoſcere non valeo) additum eſt. Ex quo apertè declaratur, *ſcutum cum trabe transverſa, à Leone* Epiſcopo jam uſurpatum verum *Inſigne* eſſe Eccleſiæ Epiſcopalis Ratisbonenſis, cùm Sigillum *Chunradi de Haimberg* gentilitium ex altero latere ſpecialiter additum ſit. Verba in hujus Sigilli Gyro non adeo bene exciſa, iſta leguntur: potiùs ita legenda eſſe judico: ✠ *S. Chunradi DEI & Apoſtolicæ ſedis grã Epi. ecle Ratisponenſis.* In Anterioribus Epiſcoporum litteris, & inſcriptione Sigillorum, hæc verba: APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA, non leguntur, poſtquam autem concordia Sacerdotii cum Imperio facta fuit, Epiſcopi hæc verba, cùm initio ſuarum litterarum, tum ſigillis addidiſſe videntur. Mabillonius *Eberhardum Bambergenſem* Epiſcopum commemorat, quem, in Epiſtola ad *Eugenium* III. data, *Divina & Apoſtolica Miſeratione Epiſcopum* ſeſe nominaſſe ſcribit. lib. 2. de Re Diplomat. cap. 2. N. 10. Plura autem hujus formulæ exempla, ſæculi XIV. cit. loco refert.

VI. Denique ſpeciale aliquod Sigillum huic Tabulæ adjungere volui. (vide lit. a.) in hoc Sigillo imago videtur ſedentis Epiſcopi, cujus caput radio cinctum eſt. Manu dextra clavem, ſiniſtrâ pedum is tenet. Imaginem hanc de *S. Petro* intelligendam eſſe puto; in nullo enim Epiſcopali Sigillo, ubi Epiſcopi ſedentis imago cernitur, Radius caput ſedentis cingit, niſi in iſto ſigillo. Conjecturam meam *clavis S. Petri* confirmare videtur. Verba è latere dextro propè pedes ſedentis incipiunt: *Sigill: Judicii Ratisponenſis Eccle.* Litteræ, ex quibus hoc ſigillum pendet, ſunt de anno M. CC. nonageſimo quarto, eæque in ſcriniis noſtris ſervantur.

Tria

Tria ex his litteris ſigilla pendent, ordine iſto, ita ut ex latere (quo litteræ finiuntur,) Sigillum *Caroli* Abbatis ad S. Emmeramum: in medio Sigillum Conventûs S. Emmerami: Tertium (Sigillum JUDICII,) conſpiciantur. Initium harum litterarum tale eſt. *Nos Karolus Dei Gratia Abbas, totùsque Conventus Eccleſiæ S. Emmerami Ratispon. tenore preſentium conſtare volumus &c.* (locavit Abbas *Karolus*, & Conventus S. Emmerami domum quamdam, à *Friderico* Canonico ad S. Johannem, Eccleſiæ S. Emmerami donatam aliis in civitate Ratisbona perſonis, quæ res ſuas quoque poſt mortem S. Emmeramo tradendas, dono dederunt.) ad finem litterarum iſta leguntur: *Igitur in teſtimonium locationis domus eis* (perſonis) *factæ Sigilla noſtra (Karoli Abbatis & Conventûs,) & in teſtimonium promiſſionis ac donationis eorum coram Judice ordinario publicatæ, Sigillum Judicii Ratisponen: Eccleſiæ preſentibus litteris ſunt appenſa. Teſtibus, qui & locationi, promiſſioni, ac donationi hujusmodi interfuerunt nihilominus ſubnotatis. &c.*]

TABULA IV.

SIGILLA ABBATUM AD S. EMMERAMUM, ET CONVENTÛS IBIDEM.

I. JAm iterum Mabillonii verba *de Re Diplomat.* lib. 2. cap. XV. N. III. huc afferre lubet, quæ de *Abbatum* & *Monachorum* ſigillis ſcribit: Notat hic eruditus vir, ea, quæ de Epiſcoporum & Capitulorum ſigillis dixerat, id pro portione de *Abbatum & Monachorum* ſigillis intelligendum eſſe. Sigilla Monaſteriorum à Monaſterii Patrono deſumpta fuiſſe, in quibus imagines ſeu effigies Patronorum exhibebantur, notat; verùm addit: ſe nullum *Monaſteriale*, ſeu *Abbatiale* SIGILLUM ante Sæculum XII. deprehendiſſe, quamvis plurimas Abbatum LITTERAS ex Sæculis X. & XI. *(absque ſigillis* tamen*)* vidiſſet. Sigillum *S. Bernardi* Claræ vallenſis, imaginem ipſius cum nomine præferebat: *ex Epiſt. Bernardi* 284.*)* *Mabillonius* hoc ſigillum non viderat. Plerisque in locis, ſprimitus ſigilla Abbati & Monachorum Conventui communia

nia erant, ſed poſtea utrisque propria fuerunt. Subin Abbates Sigillo Capituli abuſi ſunt, ideo proprium Sigillum acceperunt. Sed & propriô Sigillo illos ſubin abuſos fuiſſe, ac rei gerendæ auctoritatem in ſe convertiſſe experientia docuit. Denique ſub medium Sæculum XIII, cùm ſymbola gentilitia in morem veniſſent, ea etiam Abbates adhibuiſſe, adductis exemplis Mabillonius ſcribit.

II. Varia & Multa Abbatum Monaſterii S. Emmerami Sigilla ex Litteris & Chartis pendentia in ſcriniis Archivi noſtri ſervantur. In multis etiam Chartis, Sigilla Conventûs Monachorum ad S. Emmeramum addita ſunt. (a) Magis antiquum Sigillum Abbatiale, quod inveni, eſt Sigillum *Eberhardi* Abbatis, ex litteris Anno MCCX. exaratis, in filis ſericis rubri & viridis coloris pendens; iisdem litteris ſimilibûs ſericîs filîs appenſum conſpicitur Sigillum Conventûs S. Emmerami. Ex Mabillonio, prius notavi, illum *nullum Abbatiale ſeu Monaſteriale SIGILLUM ante Sæculum XII. VIDISSE*, licet litteras Abbatum ex Sæculis X. & XI. legiſſet. Mabillonius tamen non dicit, nullum ante Sæculum X, XI, *Monaſteriale* vel *Abbatiale* Sigillum FUISSE. Fortè etiam Nullum invenire eſt. An *Eberhardus* Abbas, cujus Sigillum exhibeo, primus fuerit, qui Sigillo Abbatiali proprio, à Sigillo Conventus diſtincto uſus fuerit? An vero Anteceſſor quidam Sæculo XII tale jam habuerit? Ego dicere nequeo; aliud magis antiquum non invenire licuit. Sigillum iſtud imaginem *Eberhardi* Abbatis ſedentis, baculum una, & librum altera manu tenentis, absque mitrâ, cum ampla Monachorum Coronâ exhibet, hâc in Circulo additâ inſcriptione. ✠ *Eberhardus DEI Gratia Abbas Sancti Emmerami.* (*) Sigillum Con-

---

(*) Sigillis Abbatum & Conventûs ad S. Emmeramum in tabula jam incisis, reperi Sigillum *Peringeri* Abbatis ad S. Emmeramum, qui declinante Sæculo XII. ab anno 1177. Abbatem ibi egit, ſed cùm nullus huic Sigillo in tabula noſtra exprimendo jam locus ſuperſit, id ſolùm de eo annotare volo, quòd *Peringeri* effigies ſedentis ibi videatur. Veſtis tamen ornatior eſt veſte in Sigillo *Eberhardi* expreſsâ. Ante pectus enim crucicula veſti intexta variis ornamentis circumdata conſpicitur. Sigillum iſtud non *pendet*, ſed membranæ *impreſſum* eſt. Nullus in litteris invenitur annus Incarnationis, vel tempus confectarum litterarum. Patet igitur Abbatem ad S. Emeramum Sæculo XII Sigillô uſum fuiſſe.

Conventûs longè majus Sigillô Abbatis, Patronum Ecclesiæ refert: in Gyro Sigilli sequentia leguntur. *S. C. S. Emmeramus Martyr & Episcopus.* (e) An Sigillum istud olim Abbati, & Monasterio commune fuerit, quemadmodum de quibusdam Monasteriis legitur, id ego judicare nequeo. Litteræ S. C. (*Sigillum Conventûs*) hoc Sigillum uni Conventui proprium fuisse indigitare videntur. Alia adhuc Sigilla Abbatum Monasterii S. Emmerami eandem figuram exhibentia adsunt; Sigillum scilicet *Pertholdi*, litteris de Anno 1234. appensum: Sigillum *Wulfingi* Abbatis MCCXXXVI. quorum nullus mitrâ (Episcopali) ornatus est. Nullum in his Sigillis aliud insigne, vel *Contra-Sigillum* cernitur. Plura quoque Ejusdem figuræ hîc exhibitæ *Conventûs Sigilla* superfunt.

III. Primus Abbas (quem in Sigillo *Mitrâ* decoratum inveni) est *Ulricus.* Litteræ sunt de Anno 1249. Huic successit *Fridericus*, qui à Summa Sede pro se, suisque Successoribus Mitræ usum perpetuum obtinuit. Vide in libro Probationum Num. LXXXVI. pag. 186. Hujus Abbatis (*Friderici*) Sigillum ex litteris de Anno 1265. pendet. Imago est Sedentis, manu dextra pedum, sinistra librum tenentis. Caput Mitrâ Ornatum est. Cùm vero in his duobus *Ulrici* & *Friderici* Sigillis nullum aliud insigne, vel Contra-Sigillum deprehendatur, ea exhibere inutile judicavi. Hoc tamen adnotare lubet, quod litteris *Friderici* Abbatis modò indigitatis, Sigillum Conventûs S. Emmerami appensum cernatur, quod à Priori Conventûs Sigillo diversum est; Imago enim *S. Emmerami* ibi cernitur, qui Mitrâ decoratus sedet, dextrâ manu *palmam*, sinistrâ *librum* tenens. Post *Ulricum*, qui *Friderico* successit, sed per tres menses tantùm Abbatiam rexit, *Haymo* Abbas factus est, cujus litteræ de Anno 1274. unà cum ejus Sigillo superfunt. Nullum in hoc quoque Sigillo Abbatiali *insigne* vel Contra-Sigillum deprehenditur. Aliud tamen Sigillum Conventûs à præcedenti jam iterum diversum eisdem litteris adjunctum est; S. Emmeramus enim manu Dextrâ Pedum, manu sinistrâ Palmam & librum tenens, ibi conspicitur.

IV. Jam verò Sigillum *Karoli* Abbatis ex ejusdem litteris de Anno 1292. pendulum exhibere statui. (b) Hic Abbas primus

ex Abbatibus in Sigillo ſuo, *inſigni quodam* ſpeciali, & *Contra-Sigillo* uſus eſt. Sigillum eſt ex Cera rubra. Sub pedibus Karoli ſedentis INSIGNE quoddam (*trifolium*, Kleeblat) conſpicere mihi videor. ex parte poſtica *Contra-Sigillum* impreſſum exhibetur, quod nomen *Karoli* exprimere videtur, poſita in Circulo iſta inſcriptione. ✠ *Perlectum Karoli Secretum pandere noli.* Idem *Karolus* Abbas in litteris de Anno MCC. nonageſimo tertio, iterum alio Contra-Sigillo, quod ſub (c) exhibeo, uſus eſt. Litteris *Karoli* Abbatis, Sigillum quoque Conventûs S. Emmerami, ſed iterum à prioribus diverſum, appenſum eſt, quod exhibere volui. Plura hujus figuræ Sigilla Conventûs in poſterioribus litteris appenſa inveni, in uno eorum, *aliquod Contra-Sigillum* impreſſum cernitur, ſcilicet, *aquila*: cum inſcriptione: S. JOHANNES EVANGELI: uti in tabula videre eſt; (f) hoc tamen Contra-Sigillum non omnibus Sigillis Conventûs, hujus figuræ, ſed tantum uni Sigillo contra-appoſitum deprehenditur.

VI. *Karolo* Abbati, Succeſſere *Henricus*, & *Paldwinus* Abbates, quorum Sigilla tamen nullum *inſigne gentilitium*, vel *Contra-Sigillum* exhibent. *Albertus* Monachus, à Joanne XXII. (latâ de Exemptione Monaſterii ſententiâ) conſtitutus fuit Abbas ad S. Emmeramum. Is in ſuo Sigillo Abbatiali, litteris de Anno 1330. appenſo, ſubtus pedes, *trifolium* aliquod, à trifolio *Karoli* Abbatis tamen diverſum, (drey in die Höhe ſtehende Blätter) conſpiciendum præbet. Illum in pluribus Sigillis, quæ adhuc extant, nunquam Contra-Sigillo uſum fuiſſe deprehendi. *Trifolium* autem modò deſcriptum ubique cernitur. Vide figuram Sigilli Alberti Abbatis Tab. IV. *Albertus* iſte, uti ex Sigilli inſcriptione patet, hæc verba addidit: *& Apoſtolicæ Sedis Gratia.* Priores omnes in ſuis Sigillis, ſolùm hæc verba: *Dei Gratia Abbas*, uſurparunt. ALBERTO Mortuo, Abbas ad S. Emmeramum ſucceſſit ALTO. Hic primus omnium in ſuo Sigillo *Palmam*, & *Clavem* expreſſit, quod *inſigne*, Monaſterium noſtrum, dein tanquam proprium hujus loci Sigillum ſemper adhibuit. *Palma* mihi videtur aſſumpta, ob Palmam Martyrii *S. Emmerami*; (nam in Sigillo Conventûs ſub lit. (f) S. Emmeramus Palmam manu dexterâ tenet.) *Clavis*, videtur

tur esse Clavis *S. Petri;* dicitur enim in Diplomate *Caroli* Magni, (vide in *Libro Probationum* Num. II. pag. 5.) quòd Ecclesia nostra in honorem *S. Mariæ*, & *Principis Apostolorum Petri* . . . . & *Pretiosissimi Martyris S. Emmerami* constructa fuerit. Hæc mea interim conjectura est, aliam enim INSIGNIS (seu Sigilli,) nostri Monasterii Originem, vel causam nondum inveni. *Blasius* Abbas, qui ab Anno 1561. usque ad annum 1575. Abbatiam rexit, *Palmæ*, & *Clavi*, *aquilam & tria lilia* addidit: illam, (ùt conjicio,) quòd Monasterium sub Protectione Imperatorum: & status Imperii sit; Ista, (*lilia* scilicet) ob lilia Regum Franciæ, ex quibus *Carolus M.* & *Ludovicus Pius*, ejus Filius, &c, Maximi nostræ Ecclesiæ Patroni extiterunt. Quandonam verò Reges Franciæ liliis uti cœperunt, vide Mabill. de re Diplomatica. lib. II. cap. XVI. pag. 139. &c. &c. item lib. V. ad Tabulam XL. pag. 422. 424. &c. De aliorum Abbatum (*Altonis*) Successorum Sigillis plura differere non vaccat. Quidam eorum etiam specialia gentilitia sua insignia signis (*Palmæ*, & *Clavi*) conjunxerunt. Alii sola, *Palmæ*, & *Clavis*, insignia adhibuerunt. Denique posterioribus temporibus quisque vel *gentilitia* aut alia signa post electionem, assumpta Abbatiali Sigillo apponi fecit. De Moderno Sigillo Principum & Abbatum S. Emmerami, vide Diploma, *Caroli VI.* in libro Probationum. pag. 412, & tabulam ultimam hîc additam. Verùm satis de his.

TABULA V. Prior.

SIGILLA REGUM CAROLINGORUM.

PAuca tantùm de Sigillis; quæ in succedentibus tabulis proferuntur, dicam, cùm de Sigillis Regum, &c. *Mabillonius*: *Heinecius*: *Illustrissimus Chronici Gottwicensis Author* plurima jam dixerint. Notandum igitur ex Mabillonio. 1. Sigilla *Carolina*, sive Regum *Carolinorum* omnia in latus conversas imagines Re-

gum præferre, cum circulari Epigraphe; 2. *Primæ* enim ſtirpis Regum Francorum Sigilla, imagines Regum *extantes*, *rectas*, aut *ſupinas* exhibent. Mabill. de re Diplomat. lib. 1. cap. XI. num. XII. pag. 51. 3. Sigilla Regum Francorum Primæ & Secundæ ſtirpis Ceræ Albæ (quandoque rubricatæ) imprimebantur, non verò appendebantur. Cera autem antiquorum Sigillorum ære, ac plumbo ipſo, paulò minùs durabilis videtur; cùm cera his temporibus adhibita, longè fragilior ſit. 4. *Carolus* Magnus, aut primus, aut certè inter primos Imperatores Aureum Sigillum aliquando adhibuit. Nonnulli Reges etiam plumbeo Sigillo uſi ſunt. Mabill. libr. II. cap. XVI. Num. 1. pag. 135. 5. In *Carolinis* ſive Regum *Carolinorum* litteris Sigilla poſt Cancellarii, aut Referendarii Nomen, Chartæ membraneæ in modum Crucis inciſæ, (& quatuor inciſuræ angulis revulsîs,) appoſitâ ex utraque parte Cerâ, per fiſſuræ ſeu inciſuræ ſpatium, in unam coagmentatâ, affigebantur. In anteriori ſive antica parte effigies Regis imprimebatur, quam Cancellarius, ſigno ſuo in orbem variis notis, & ſinuoſis anfractibus circumdare ſolebat. Mabill. cit. loco. pag. 136. 6. In Circulo Nomen Regis, aut alia formula, ut poſtea dicetur, ſcripta erat. 7. In Carolinis litteris nullum in dorſo Sigillum aliud deprehenditur. At in Sigillis plumbeis, pendentibus, ex utraque parte quædam impreſſa fuerunt. 8. Effigies Regum *Carolinorum* in Sigillis thoracatæ ſunt, quem ritum ex veterum Imperatorum imitatione proceſſiſſe Mabillonius ſcribit; cùm veteres Diplomatis ſuis thoracen ſuam apponi curaverint. 9. *Carolinorum* Regum effigies in Sigillis, (quæ Mabillonius exhibet) labra ac genas pilis decenter veſtitas oſtendunt; videbimus etiam Regum juniorum vultus imberbes. Notat tamen Mabillonius, modum circa iſta pro arbitrio regum ſubin variaſſe, idque etiam de ipſis Sigillis dicendum eſſe, cùm varia ejusdem Regis ſubin Sigilla exiſtant. Licet Reges Francorum Sigillis *ſuam effigiem* exprimentibus uſi ſint, nonnullos tamen, cùm Regium proprium Sigillum in promptu non fuiſſet, alia ſubin ſigna illos adhibuiſſe Mabillonius ſcribit, & exemplis confirmat.

II. Jam ad quodvis Tabulæ V. prioris Sigillum me converto, ubi Regum *Carolinorum* Sigilla litteris in *libro Probationum* addu-

adductis annexa collegi. Sigillum *Caroli* (Magni) cum Epigraphe: *Chriſte protege Carolum Regem Francorum*, idem eſſe exiſtimo, quod *Mabillonius* de re Diplomatica lib. V. in Tabella XXIII. pag. 387. - - *Heinecius* de Sigillis tab. III. N. 8. 9. 11. *Heumannus* de re Diplomat. tab. IV. N. 1. & 2. *Fridericus Schannat* in vindiciis Archivi Fuldenſis, tab. IIII. exhibent. Plura & diverſæ figuræ Sigilla *Caroli*, cùm apud Heinecium cit. tab. III. & IV. item apud Heumannum tab. IV, tum apud Zilleſium de diplomat. Monaſterii S. Maximini parte III. pag. 13. & Georgium Eckhardt tom. II. Hiſtor. Franc. Orient. pag. 91. videre eſt. Nullum tamen Sigillum *Carolum* cum Corona aut diademate exhibet; *Lauream Coronam* in Diplomate, *Corbeiæ novæ* anno Imperii XIII conceſſo, *Carolum* adhibuiſſe *Mabillonius* notat. pag. 144. de re Diplomat. Cùm alii pluribûs de *Caroli* M. Sigillis (præcipuè *Mabillon.* & *Heinecius*) jam diſſeruerint, ego ſingulas eorum animadverſiones ulteriùs exſcribere nolo.

III. *Ludovici Pii* (Caroli M. Filii) Sigillum nullum adeſt. Vide, quæ in *libro Probationum*; pag. 16. & ſeqq. dixi. Filii tamen ejus, *Ludovici Germanici* plura in multis diplomatibus, ſive litteris affixa, eaque, (duplicis tamen diverſæ figuræ,) illæſa plerúmque Sigilla ſervamus. Sigillum *Ludovici Germanici*, quod ejus litteris in *libro Probationum* ſub Num. XI. XIII. XIV. XVI. affixum eſt, nuſpiam huc usque reperi. Licet alterum ejusdem *Ludovici* Sigillum apud *Eckardum* : *Schannatum* : *Heinecium* inveniatur. 1. In Sigillo iſto citatis mox litteris affixo, *Ludovici* effigies, ad latus ſiniſtrum converſa eſt, cùm effigies alterius Sigilli ad dextrum latus verſa conſpiciatur. 2. Juvenis imberbis comparet *Ludovicus*, umbellâ & haſtili munitus, circulo aureo (*in ſpeciem ſimplicis Coronæ*,) liliô ſupra frontem in circulo poſitô, caput cinctus eſt. (Si ſignum ſupra frontem in circulo poſitum, lilium eſſe neges, tunc lilii formam apud *veteres* ego nullam adhuc vidi.) 3. Solum Nomen HLUDOVVICUS REX ibi legitur. 4. Litteræ hoc Sigillo (excipe Num. XVI. pag. 49.) munitæ, VIVENTE ET IMPERANTE PATRE LUDOVICO (Pio) datæ ſunt. vide libr. probat. pag. 36. 42. 46. Alterum, ſive ſecundum *Ludovici* Sigillum in tabula V. (*priori*) expreſſum effigiem ad latus dextrum converſam

verſam exhibet, nudô capite: modicâ barbâ, absque ullo alio ſigno: hac Epigraphe: *Chriſte protege Hludoicum Regem.* Hocce jam Senioris *Ludovici* Sigillum oſtendunt Eckhartus Tom. II. Franciæ Oriental. pag. 614. licet in Capillorum forma, exteriori Sigilli circulo, & veſtitu aliquantum differat, fortè pictori aut ſculptori id tribuendum eſt. At diverſum omnino hujus *Ludovici* (Germanici) Sigillum idem *Eckhartus* tom. 1. citato. pag. 890. exhibet. *Heinecius* quoque Sigilla Ludovici Germanici jam Senioris tabula IV. num. 12. & 13. affert; at ſuſpicor ea non accuratè delineata eſſe. *Fridericus Schannat* Sigillum hujus *Hludoici* tabula V. expreſſum habet, idque noſtro Sigillo, (*Ludovici* jam Senioris,) magis aſſimilatur.

IV. Patrem *Ludovicum Germanicum Carolomann* Rex, Filius ſequitur, cujus ſigillum nullibi impreſſum vidi. Affixum cernitur binis hujus Regis litteris in noſtro Archivo cuſtoditis. Imberbis comparet *Carolomannus* ad ſiniſtrum latus converſus. Caput circulo aureo, liliis deſuper eminentibus, (ùt ego puto) circumdatus eſt. Circulus Mitræ cuidam, capillos capitis tegenti, junctus videtur. Epigraphe CARLOMANN REX refert. Circulus iſte in ſpeciem ſimplicis coronæ formatus eſt, corona tamen dici nequit. *Du-Cangius* in gloſſario, verbô: *Circulus aureus &c.* advertit, Circulum aureum apud Romanos ſub Imperatoribus Occidentalibus *Patriciatûs* inſigne fuiſſe. Sigillum Plumbeum ad Numerum XXIV. ſpectans, *Caroli Craſſi* Sigillum eſt, cum hac inſcriptione circum caput laureâ coronâ redimitum: KAROLUS IMPERATOR AUGUSTUS. In poſtica parte hæc verba leguntur: *Renovatio* Regni Franc. *(Francici* ſeu *Francorum.)* Hujusmodi ſigilla plumbea ab Imperatoribus Occidentis *Carolinis* adhibita fuiſſe Mabillonius lib. II. cap. XVII. pag. 142. & Heinecius de ſigillis parte 1. cap. V. pag. 43. referunt. Sigillum *Caroli Craſſi* plumbeum vide apud Mabillon. in ſupplemento de Re Diplomat. pag. 48. apud Eckhartum Franciæ Oriental. tom. II. pag. 697.

V. Duplex in noſtra Tabella V. *Arnolfi* ſigillum conſpicitur, REGIS & IMPERATORIS AUGUSTI. In illo (Regis) laureatus comparet, imberbis, ad lævam verſus, usque ad pectus, cum umbella, & haſtili, poſita hac inſcriptione: ARNOLFUS REX.

REX. In ſigillo *Imperiali* effigies etiam ad ſiniſtrum convertitur latus. Caput laurô cinctum, pendentibus tamen retro ex laureâ corona unionibus, ſeu globulis, qui in ſigillo *Regali* non videntur. (de globulis vide Heinecium pag. 101. *de ſigillis.)* Veſtis diademate quodam (Roſæ in modum) in humero dextro connexa eſt. Ad pectus usque, *Arnolfus* (etiam absque barba,) conſpicitur, ante illud *(pectus)* ſceptrum liliferum cum umbella (niſi globum dicere mavis,) poſitum eſt. De *Globo Crucigero*, & absque Cruce vide *Heinecium* citato jam ſæpius libro de ſigillis. pag. 86. Inſcriptio ſigilli Imperialis, talis eſt: *Arnolfus Imperator (Mp.) Auguſtus. Arnolfi Regis* ſigillum à noſtro valde diverſum vide apud *Fridericum Schannat* in vindiciis Fuldenſibus. Tab. VII. Item aliud diverſum apud *Heinecium* Tab. IV. N. 17. *Sigillum Arnolfi Regis* apud Eckartum Tom. II. Franciæ Orient. pag. 786. ſub Num. 1. poſitum noſtro ſigillo ſimile eſt. *Imperiale Arnolfi* Sigillum nec *Schannatus*, nec *Heinecius* habent; exhibet tamen *Eckhartus* aliquod citato mox loco. pag. 786. ſub Num. 3. at multa deſunt, forte antiquitate detrita; quæ autem ibi videntur, cum noſtri ſigilli figura conveniunt.

VI. Prior pars tabulæ V. ubi *Carolinorum* Regum ſigilla collecta ſunt, *Ludovici Infantis* (Arnolfi Imperatoris filii,) Sigillô clauditur. *Ludovici* hujus ſigilla tria, ſingula tamen à ſe diverſa, reperi. Primum apud Eckhartum Tom. II. Franc. Orient. pag. 829. Alterum in Tabula VII. Friderici Schannat. Tertium apud Meichelböck tom. 1. Hiſtor. Friſing. pag. 153. Ubique adoleſcens comparet, umbellâ, & haſtili præditus, ſed reliqua circa coronam diverſa ſunt. Breve ejus Regni tempus fuerat, ad quod parvulus adhuc pervenit. Miror tamen intra hoc breve tempus tam diverſa ejus ſigilla efformata eſſe, niſi forte Pictor in eis efformandis, ſeu depingendis pro arbitrio quid efformârit. Sigillum *Ludovici*, quod chartis & litteris *Ludovici* Infantis ſub Num. XXXII. & XXXIV. in noſtro *Probationum libro* exhibitis impreſſum videtur, ipſiſſimum ſigillum eſt *Ludovici germanici* jam Senioris (Ludovici Pii, Imperatoris Filii,) uti conſideranti patebit. Sigilla aliorum, cùm propria non ſemper in promptu fuiſſent, etiam Regiis litteris addita fuiſſe, ſuprà intelleximus. An hanc ob cauſam id in binis

hiſce

hiſce litteris factum fuerit? ego tanquam certum ſtatuere nolim. Facilè tamen ob Nominis (*Ludovici*, & *Regis*) paritatem adhiberi potuit. Quidquid cauſæ fuerit, ſi Eruditus lector litteras iſtas tanquam ſuppoſititias arguere velit, oportebit, ut vitium harum litterarum demonſtret, & certò affirmare valeat, Sigillum alienum nunquam fuiſſe adhibitum. *Heinecius* de ſigillis pag. 32. refert, *Papebrochium* aſſeruiſſe, quòd Reges ſubin alterius etiam Regis anulô uti conſueverint. *Heinecius* quidem putat, hæc minimè convenire potuiſſe verbis: *anulo noſtro formari juſſimus*, quæ verba in litteris leguntur, cùm *alieno* ſigillo id factum fuiſſet. At *Ludovicus* Rex (*Infans* dictus ob juventutem ſuam) Sigillo *Ludovici Proavi*, tanquam ſuo facile uti potuit; Eodem enim Nomine, & Regia dignitate præditus erat. *Ottonem* III. in litteris Monaſterio Niemburgenſi datis, Sigillo Ottonis II. Patris uſum fuiſſe judicat *Heinecius*. vide de Sigillis pag. 92. N. XXXIV. Si Barbam in hoc Sigillo, *Ludovico Infanti* minimè convenire putes, eaque tibi ſcrupulum moveat, ſcrupulum quoque movere tibi deberet, facies alterius Regis, ab illo utique diverſa, qui alterius Regis Sigillo utitur, quod tamen factum fuiſſe, mox audivimus.

TABULA V. Poſterior.

SIGILLA REGUM GERMANICORUM.

I. A *Carolingis* Regibus, ad germanicos Reges nunc greſſum facio. Retinuerunt Galli nomen *Regni Francici*, à *Francis*, (Germanis) dictum, qui eorum victores olim fuerant. Germani ad Regni Gubernationem aſſumpti, Reges & Imperatores GERMANICI vocati ſunt. Mortuo LUDOVICO INFANTE ultimo *Carolidum*, *Conradus*, *Conradi* Franciæ Orientalis Comitis filius, (OTTONE Saxoniæ Duce ob ſenium, Theutonici Regni oblati Majeſtatem recuſante) Primus Germanorum Rex factus eſt. De ſigillis Germanorum vide *Heinecium* & *Chronicon Gottwicenſe*.

Ego

Ego hîc pauca de Primorum *Germaniæ* Regum ſigillis *in genere* præ-libabo, ne ſingula, dum ſigilla profero, animadvertere debeam. 1. A Francicis Regibus uſus ſigillorum ad Germanicos Reges tranſiit. 2. Sigilla ceræ albæ (quæ diuturnitate temporis nunc lutea, flava, evaſit) impreſſa, 3. & Membranæ affixa fuerunt. (quando ſigilla cerea *pendula* adhibita fuerint, ſuo loco dicetur.) Modum ſigilla cerea apponendi, quem prius latinis verbis ex Mabillonio deſcripſi, nunc germanicis verbis ex *Leubero* (vide Chronicon Gottwicenſe. parte 1. pag. 102.) refero. Der Augenſchein gibt es, daß das Pergament an dem Ort, da die Sigel aufgedruckt ſeynd, ſolchermaſſen durchſchnitten worden, daß das Pergament Creutzweiß gantz blieben, hernach von auſſen und inwendig das Wax auf das Creutz gelegt, das Sigel inwendig auf das Wax, und hierdurch das inwendig und auswendig auf das Pergament gelegte Wax zuſammen gedruckt worden, alſo daß es keinesweegs abfallen kan. Und auf diſe Art und Weiſe werden die Diplomata von Sächſiſchen Kayſern beſiglet. Ita *Leuberus*. 4. Sigilla Priorum *Germanorum* Regum, more *Francicorum*, ad dextram affigebantur. 5. Limbo, circulô quodam cereo in circumferentia munita ſunt, ad meliorem conſervationem, qui limbus, ſeu circulus etiam in ſigillis *Caroli-nis* noſtris reperitur, licet ſigilla nuda absque circulo vel limbo iſto æri inciſa fuerint. 6. Effigies Regum in ſigillis comparent, Dimidiatæ, Priorum, ad latus ſiniſtrum converſæ, aliorum rectæ, ſupinæ, extantes, etiam ſedentes. Sed de his ſatis; dùm alia adhuc circa ipſa ſigilla ſingula notanda occurrent.

II. Sigillum *Chuonradi I.* Regis, in noſtra poſteriori tabula V. expreſſum exhibet *Chuonradum*, imberbem, ad ſiniſtrum latus converſum, dimidiatum, brevibûs capillîs, coronâ apertâ aureà, radiîs, (vel liliis) deſuper eminentibûs, veſtitum, cum ſcuto, & lanceâ vexilliferâ, hâc inſcriptione: *Chuonradus Rex*. Ejusmodi valde ſimile vide apud Fridericum Schannat. tab. VIII. Sigillum, quod Chronicon Gottwicenſe parte 1. pag. 106. ex noſtro Sant Emmeramenſi Diplomate deſumptum exhibet, delineator ejusdem non benè efformavit. Heinecius tabulâ IV. num. 18. Eckhartus Tom. II. Franciæ Orient. pag. 862. Chronicon Gottwicenſe. pag. 89. Sigillum CORBEIENSE Chuonradi I. ſe exhibere dicunt, ſed

quantum hoc *Corbeienſe* ſigillum à ſe diverſum, apud quemvis (ex his tribus) authorem delineatum videatur, quisque aſpiciens judicabit. Sigillum *Ottonis I.* adhuc *Regis* poſt *Chuonradi I.* Regis Sigillum in poſteriori tabulæ V. parte ſequitur. OTTO veluti Juvenis, imberbis, coronâ apertâ, radiis (vel liliis) deſuper promicantibûs cum lanceâ vexillifera, & ſcuto, cingulô & ſtricta tunicâ, in lævam converſus ſeſe ibi conſpiciendum præbet, hâc inſcriptione. ✝ *Otto Di Gratia Rex.* Simile *Ottonis I.* Regis adhuc profert Zylleſius parte III. de Juribus Monaſterii S. Maximini pag. 16. & 18. Sigillum in Chronico Gottwicenſi ex Sant-Emmeramenſi Ottonis I. ſigillo (pag. 159.) delineatum, nullo modo cum eo convenit. Delineatori id tribuendum. Aliud etiam *Ottonis Regium* ſigillum *Fridericus Schannat* tabula IX, iterum aliud *Heinecius* Tab. V. N. 1. exhibent. IMPERIALE *Ottonis I.* ſigillum nullum exhibere potui, licet litteras *Ottonis I.* Imperatoris Auguſti, Monaſterium noſtrum olim poſſederit. vide in *Libro Probationum* pag. 113. Num. *XLV.* *Ottonis I.* ſigillum *Imperiale* longè diverſum eſt à Regio ejusdem ſigillo. Imperiale exhibet *Zylleſius* citato mox locô pag. 22. Illuſtriſſimus Author *Chronici Gottwicenſis notat*, pag. 163. nec *Conradum I.* nec *Henricum*, neque *Ottonem I. ante ſuſceptam Romæ coronationem, & ſic ante ſuſceptum Imperium cum ſceptro in ſigillis præſentari.*

III. Ottonem I. filius ſequitur Otto II. Hujus ſigillum *Imperiale* etiam in Chronico Gottwicenſi, ex Sant-Emmeramenſi ſigillo pag. 194. delineatum exhibetur, ſed delineator quædam ſe videre judicavit, quæ ibi non videntur. Facies enim *Ottonis* edacitate temporis, ita languet, ut nihil inde ſatis clarè dignoſci queat. Barbam brevem, adhibitis Conſpicillîs nobis conſpicere videmur. Sigillum apud Zylleſium partis III. pag. 26, *Ottonem* barbatum producit, quam barbam tamen ſigillum *Ottonis II.* apud *Fridericum Schannat* non exhibet. Coronam ſingula ſigilla apud *Zylleſium*, *Schannatum*, *Heinecium* aliam oſtendunt. *Ottonis* effigies non ad latus verſa, ſed recta, extans, ſupina conſpicitur. Manu dextra Baculum, ſiniſtrâ globum crucigerum geſtat. De *Baculo* Mabillonius lib. II. cap. XVII. pag. 144. *de Re Diplomatica* notat, quòd *in imagine quadam picta Carolus Calvus* (in Codice quodam Manuſcripto) *baculum oblongum, ſuperiùs inſtructum globulò manu ſiniſtra teneat.* Pergit Mabillonius:

Baculus

Baculus iſte haud dubie aureus erat. Qualem Joannes Papa VIII. eidem Carolo inter alia dona miſit: Sceptrum & Baculus aureus. Aliud tamen erat *Sceptrum*, aliud Baculus *Regius*. Sceptrum inſigne *Regnantis*. Baculus Symbolum *Gubernaculi*. In ſigillis autem *Carolinis* nuſpiam nec Sceptrum, nec Baculus viſuntur. Ita ſentit *Mabillonius*. pag. 144. citatô locô. In ſigillo autem noſtro *Arnolfi Imperatoris*, unius ex *Carolinis*, ſceptrum comparet. Monere adhuc volo curioſum Lectorem, ut advertat, coronas aureas à Germanicis Regibus & Imperatoribus, diverſæ tamen formæ, fuiſſe uſurpatas, dum Coronæ Laureæ *Carolingis* priùs in uſu fuerant.

IV. Ultimum Poſterioris tabulæ V. Sigillum Effigiem *Henrici II.* Imperatoris Auguſti refert, Cùm effigies præcedentium Regum tantùm thoracatæ fuerint; *Primus* in Throno Majeſtatis (ita *Chronicon Gottwicenſe* hanc *Henrici* ſedem vocat) Imperator Auguſtus Henricus II. ſedet, brevi barbâ, coronâ clausâ, deſuper radio (vel lilio) promicante, manu dextrâ ſceptrum liliferum, ſiniſtrâ pomum referens. Sigillum Henrici II. à Friderico Schannat exhibitum noſtro ſimillimum eſt, niſi quòd Crux in pomo, ſeu globo ibi conſpiciatur, quæ forte in noſtro oculum fugit. Brachia in noſtro veſtita ſunt, quæ in altero nuda videntur. Sigilla Henrici II. in *Chronico Gottwicenſi*, item *apud Zylleſium*, & *Heinecium* à noſtro magis diverſa exiſtunt. De Sigillo *Henrici ſedentis* Chronicon Gottwicenſe quædam affert, quibus ſigillum quoddam à Meichelbekio allatum explicatur.

TABULA VI.

I. INitium Tabulæ VI. facit Duplex *Friderici I.* Sigillum, unius ejusdemque Figuræ, ideo tamen utrumque hîc exhibetur, quòd prius filîs ſericîs rubri & viridis coloris litteris *appenſum*, alterum autem membranæ *impreſſum* hæreat. Ex quo Illuſtriſſimus Author Gottwicenſis Chronici pag. 361. infert, *Fridericum I.* Autho-

rem dici poſſe ſigillorum pendulorum *Cereorum*. vide in Libro Probationum pag. 147. & ſeqq. Sigillum *Friderici I.* in Chronico Gottwicenſi pag. 359. ex originali Sant-Emmeramenſi deſumptum, à delineatore non ſatis accurratè efformatum fuit, uti noſtrum inſpicienti patebit. *Fridericus* Græcorum Imperatorum, cum quibus per itinera ſua familiaritatem contraxit, magnificentiam & ſplendorem imitatus eſt, in Throno ſedens, coronâ unionibus ornatâ, clausâ, Crúce deſuper poſita, ex utroque latere faſciis dependentibus, barbatus, veſtitu Regis indutus, manu dextrâ ſceptrum liliferum, ſiniſtrâ pomum gerens, conſpicitur. Sigilla *Friderici* apud *Zylleſium*, pag. 59. parte III. ſceptrum cum cruce, apud *Heinecium* Tab. VIII. N. 3. 4. ſceptrum *liliferum* ſuperpoſita cruce, apud utrosque, globum in manu cum cruce exhibent.

II. *Fridericus II.* in ſigillo ſuo ex filis ſericis flavi, & cærulei coloris pendente, in ſolio quidem, non tamen ita ſplendido ſedet, juvenili quaſi facie, manu dextrâ ſceptrum in lilium deſinens, ſiniſtrâ globum ſimplicem cum parva crucicula tenens. Corona, Pileo Ducali, quàm coronæ ſimilior eſt. Ex utroque latere ſedentis characteres expreſſi ſunt: *Rex Jeruſalem.* Multa & varia *Friderici II.* à variis exhibentur ſigilla. De quorum varietate Illuſtriſſ. Author Chronici Gottwicenſis quædam. pag. 422. notat. Sequitur *Rudolfi I.* ſigillum cereum, totum RUBRUM, craſſum, ex filis ſericis rubri & viridis coloris pendens. *Zylleſianum* ſigillum parte III. pag. 61. noſtro ſimillimum deprehenditur. *Heinecius* Tab. IX. ſub Num. 4. Rudolfi ſigillum etiam producit. In ſingulis hiſce tribus ſigillis, *Rudolfus* cum corona aperta, absque barba, ſceptrum liliferum, & globum crucigerum geſtans, habitu Regis indutus in throno ſedet. Sigilla ADOLFI, & ALBERTI Regum, eos quaſi eâdem formâ cum *Rudolfo* exhibent, ſolô ſceptro à ſceptro *Rudolfi* diverſô exceptô, quod in aliam lilii figuram deſinit. Utrumque ſigillum *Adolfi*, & *Alberti* cereum ſub-flavi coloris, prius filîs ſericeis albi, rubris & viridis, alterum viridis & albi coloris appenſum eſt.

TABULA VII.

I. SIgillum cereum flavum ex ligamine membraneo pendens *Joannis* Bohemiæ & Poloniæ Regis fractum, effigiem sedentis Regis, absque barba, sceptrum (ut judico) manu dextrâ, globum crucigerum sinistrâ tenentis exhibet. E cujus dextro latere *Aquila* scuto impressa cernitur. Verba Inscriptionis hæc supersunt legenda: *E. Rex ac Lucen.* id est, uti ex litteris ejus pag. 243. exhibitis colligitur: *Joannes DEI Gratia Boemiæ & Poloniæ Rex &c. ac Lucenburgensis Comes.* Sigilla *Ludovici IV.* (Bavari) bina in tabula ista cernuntur. Descriptionem unius *Stephanus Baluzius* lib. 2. Miscellan. pag. 274. ex verbis Clementis VI. profert, ubi Pontifex iste meminit Litterarum quarumdam *Ludovici* Procuratoriarum *sigillatarum impendenti quodam sigillo rotundo in cera crocea, in quo in medio sculpta erat quædam imago hominis habentis infulam in capite suo, sedentis inter duas aquilas, habentis sub pedibus ejus duos Leones, & tenentis in manu dextra quoddam sceptrum, & in manu sinistra quoddam pomum rotundum, in cujus circumferentia hæ litteræ legebantur. LUDOVICUS QUARTUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS. Et à tergo dicti sigilli erat impressio alterius parvi sigilli, in qua erat sculpta, quædam aquila, & in circumferentia ipsius eæ litteræ legebantur: JUSTE JUDICATE FILII HOMINUM.* Hæc descriptio Sigillo nostro convenit, cui adhuc annectere juvat, quòd sceptrum in crucem, super quam aquila stat, desinat. Effigies sedentem exhibet, sed nullius throni, aut sedis indicium in sigillo apparet. Stolâ etiam in crucis formam ductâ ornatus comparet *Ludovicus.* Hujus sigilli figuram neque apud Zyllesium, nec apud Heinecium videre est. vide quæ pag. 8. de Sigillo Clementis VI. & de *Rosis gentilitiis* dicta sunt. Alterum *Ludovici* Sigillum illum in Throno stellato sedentem, coronâ à prioris sigilli corona diversâ, absque barbâ, alioque vestium ornatu distinctum exhibet. Sceptrum in lilium desinit. Sed neque hujus sigilli Figuram apud *Heinecium*, vel *Zyllesium* vidi. Sigilla *Ludovici* nostra, modò sericis filis diversi coloris, modò ligamine membraneo appensa sunt. Ultimum hujus Tabulæ sigillum, *Karoli IV.* effigiem præfert. Sedet

Karolus in Throno Majeſtatis, liliferum ſceptrum, & globum crucigerum manibus tenens, à latere dextro *Aquila*, à ſiniſtro *Leo* conſpiuntur. *Heinecius*, & *Zylleſius*, uterque diverſum *Karoli IV.* Sigillum oſtendunt.

TABULA VIII.

OCtavæ Tabulæ ſigillum primum Effigiem *Wenceslai* Regis exhibet. Is ſedet in eodem Throno, ac Pater ipſius *Karolus IV.* Manu dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ globum crucigerum portat, *aquilâ* è dextro, *Leone* è ſiniſtro latere conſpiciendis. Vultu largô, barbatus, longioribûs capillîs, apertâ coronâ comparet. Contra-Sigillum appreſſum bicipitem *aquilam*, cum *leone* (in medio aquilæ) oſtendit. Nulla in Contra-Sigillo invenitur Epigraphe. *Rupertus* ex ſanquine Ducum Bavariæ, & Comitum Palatinorum prognatus, *Wenceslaum* ſequitur. Aperta coronâ, longiori barbâ, cum ſceptro, & globo, aquilâ ex uno, ex alterò latere inſignibus Bavaricis & Palatinis poſitis, ſe conſpiciendum præbet. Ex utroque inferiori Throni parte Leones videntur. Animal quod ſub Throni ſcabello cernitur, oviculæ mihi ſimile videtur. Tertium Sigillum Regem *Sigismundum* præfert, ſedentem in ſolio Majeſtatis, corona clauſâ, cruce deſuper poſita, prolixa barbâ, ſceptrum & globum manibus geſtantem. Regali indutus habitu, ſtolam in formam crucis ductam, ante pectus exhibet, ſex ſcutis hinc inde Diſpoſitîs, hac epigraphe in circulo factâ ✠ Sigismundus Dei gra Romanõr Rex, ſemper Auguſtus, ac Hungarie, Dalmaciæ, Croac. Rame. Servie. Gallicie. Lodmicie. Comae. Bulgarieque Rex. Marchio Brandenburgenſ. nec non Bohemiæ & Lucenburgenſ. hæres.

TABULA IX.

I. SOlum Sigillum *Friderici* III. ſeu IV, Nonam occupat Tabulam. *Fridericus* alio Sigillô quà *Rex*, aliô quà *Imperator* uſus eſt. Noſtrum Sigillum Imperatoris eſt, ut ejus inſcriptio in Antica parte declarat: *Sigillum Majeſtatis Friderici Dei Gratia Romanorum IMPERATORIS Semper Auguſti, Ducis Auſtriæ, Stirie, Karinthie, & Carniole, Comitisque Tirolis &c.* Poſtquam *Fridericus* Romæ Cæſaris Coronam accepit, Imperatorium Diadema, & Bicipitem Aquilam in Sigillo adhibuit. Sigillum noſtrum *Fridericum* in Throno ſedentem exhibet, Sceptrum, & Globum Crucigerum, gemmis in Cruce coruſcantibûs, tenentem. Corona *Imperialis* ſingularis formæ, eſt ad inſtar Mitræ Sacerdotalis antiquæ. Barba *Friderici* raſa. à Dextris Throni (ubi quinque litteræ a. e. i. o. v. leguntur) ſcutum quinque volucrum, item Clypeus *Carinthiæ, & Tyrolis*, à ſiniſtris ſunt ſcuta *Styriæ*, *Carniolæ*, & *Leo Habſpurgicus.* Parmula, quæ à dextris throno propior eſt, bicipitem aquilam exhibet. à ſiniſtris throni propior eſt parmula, ſeu *Faſcia Auſtriaca.* Veſtis & ſtola gemmîs ornatiſſimæ ſunt. Inferiùs ad pedes Imperatoris anulare Sigillum conſpicitur; nempe ſub Corona tria ſcuta: in ſuperiori *aquila*, dein *faſcia Auſtriaca*, & *Leo*, tum duabus litteris ſupra Coronam videndis. F. S immixtis quinque vocalibus. a. e. i. o. v. in Pede Throni hæc leguntur, *qui natus eſt in die Mathei S. Ap. an. Dni* MCCCCXV. De Sigillis *Friderici* adhuc *Regis* vide Pl. R. D. P. *Marquardum Herrgott* in Monumentis Auguſt. Domûs Auſtriacæ. tom. 1. pag. 25. &c. Tabula IX, & X.

II. Sigillum in poſtica parte Bicipitem Aquilam continet. In circulo ſeptem ſcuta Provinciarum Auſtriacarum videntur, videlicet *Marchiæ Slavonicæ*, *Landgraviatus Alſatiæ*, *Principatus Auſtriæ ſuprà Anaſum*, *Portus Naonis*, Comitatus *Pherretani*, *Kyburgi*, & *Burgaviæ.* Superiùs in circulo exteriori leguntur quinque Vocales A. E. I. O. V. alia Epigraphe ita ſonat. *Aquila. Ezechielis. ſponſe. Miſſa. eſt. de celis. volat. ipſa. ſine meta. quo. nec. vates. nec*

Pro-

Propheta. evolavit. alcius. Verùm quidnam prioribûs quinque litteris A. E. I. O. U. ac ista inscriptione quæ ex Prophetiæ Ezechielis cap. 17. sumpta est, intelligendum sit, Meum non est hîc differere, vel Prophetam agere. De quinque litteris a. e. i. o. v. quædam habet Heinecius *de Sigillis* pag. 110. De verbis Ezechielis similiter aliqua notat, pag. 109. & 110. sed dum ea juxta quorumdam interpretum Catholicorum mentem explicat, animum suum à Romano-Catholicis alienum satis declarat &c.

III. De Origine *Bicipitis aquilæ* in Sigillis expressæ *Heinecius* quoque pag. 111. differit. (vide pag. 113.) & ita scribit: [*Quæcumque demum fuerit ratio, certè ante Ludovicum IV. nemo Occidentalium Imperatorum Sigilla aquilâ, nedum bicipiti exornavit. At Ludovicus nec ipse quidem statim bicipiti usus est, sed binas diversas aquilas ad utrumque throni latus collocavit. Quem deinde in hoc imitatus est CAROLUS IV. donec SIGISMUNDUS duas has aquilas in unam veluti conflavit, ac bicipitem finxit.*] Ita Heinecius cit. loc. *aquilam* ex utroque latere *Ludovici IV.* videmus in Tabula, at in Sigillo *Joannis* Boemiæ & Poloniæ Regis, tunc *Sacri Imperii citra Montes Vicarii Generalis* (vide Tabul. VII.) aquila à latere dextro throni jam conspicitur. *Joannes Rex Bohemiæ &c. Vicarius Sacri Imperii citra Montes*, ante Ludovicum IV. eo Munere, & dignitate vigebat. Imperator quidem non fuerat. Conspicimus etiam bicipitem aquilam inferius in Tabula XVIII, quod Sigillum erat *Alberti*, Filii Ludovici IV. Bavari, & Imperatoris. En *bicipitem aquilam* longè ante *Sigismundum* Regem! Biceps quoque aquila in Contra-Sigillo, seu Secreto *Wenceslai* Regis Tabulæ nostræ VIII. comparet. Ergo ante *Sigismundum* Regem biceps aquila in Sigillis adhibita fuit.

IV. Notandum adhuc est, quod Sigillum *Friderici* Ceræ albæ, sed diuturnitate temporis jam nigricanti impressum sit, pendens ex Filis sericis purpurei coloris.

TABU-

TABULA X.

I. PRiora Sigilla Regum & Imperatorum, (excipe Sigillum *Rudolfi I.* cereum, *rubri coloris*,) ſingula Ceræ *albæ*, jam nigricanti, (aliqua ex iis, ceræ papyro ſuperfusæ,) impreſſa ſunt. At Sigilla *Maximiliani I.* & omnium ſequentium Imperatorum in Cera rubra expreſſa videntur, quæ Ceræ flavæ, in modum Capſellæ formatæ, annexa ſunt. Figura quoque Sigillorum ſub *Maximiliano I.* immutata fuit. Non ampliùs effigies ſedentis Imperatoris conſpicitur, ſed ſub Corona *Regia*, & *Imperiali* ſcuta regnorum & provinciarum Auſtriacæ Domui ſemper accreſcentium producuntur, eaque ad lubitum vel Regum, vel ſculptorum circa ordinem mutata, modò plura, modò pauciora, ex voluntate & ratione eorumdem Regum &c. poſita videntur. Sigillum Maximiliani I. ſub Regia Coronâ *unicipitem aquilam* exhibet, ſuperiùs è dextero latere poſitâ parmulâ *faſciæ auſtriacæ*, è ſiniſtro, Parmulâ *Burgundiæ*. Duo Gryphi Parmulas tenent, inferiùs à dextris eſt *Leo Habſpurgicus*, vel *Brabantiæ*, à ſiniſtris *aquila* (ni fallor) *Carniolæ*. Aureum quoque vellus ibi pendulum cernitur; Maximilianus enim *Brugis* Anno MCCCCLXXVIII. indictô aurei velleris Equitum Conventu, maxima pompâ in Equitem, ac Supremum hujus Ordinis Magiſtrum promotus eſt, & inde ea dignitas auguſtæ huic Domui illata eſt. de Maximiliani I, Sigillis vide Pl. R. D. P. *Marquardum Hergott in Monumentis Auſtriæ* tom. 1. pag. 29. & 30. Multa ibi etiam legere eſt de *Auſtriæ* antiquo & Recentiori ſcuto; item de aliis Archi-Ducali huic Domui ſucceſſu temporis unitarum provinciarum, & regnorum ſymbolis &c. *Caroli V.* Sigillum Coronam Cruce deſuper poſitâ, refert, ſub qua duo ſcuta exhibentur. A dextris *aquila* Imperii coronata, (uti judico,) à ſiniſtris ſymbola *Caſtiliæ*, *Legionis* & *utriusque Siciliæ*.

II. *Ferdinandi I.* Regis Sigillum ad Num. CLXXXV. ſpectans &c. &c, *Unicipitem aquilam* cum Nimbo circa caput exhibet. Nulla ibi corona conſpicitur. Litteræ ſub hoc Sigillo datæ, *nomine Caroli V*, Fratris *Ferdinandi* conceſſæ ſunt. Vide Numeros citatos.

tos. In Medio aquilæ varia ſcuta occurrunt; Medium eſt *Faſcia Auſtriaca*, reliqua mihi videntur eſſe Symbola *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Caſtiliæ*, *Legionis*, *Tyrolis*, *Burgundiæ*. de ultimo Symbolo (Leone) non poſſum determinare, an *Leo Brabantiæ*. vel *Habſpurgicus* cenſendus ſit. Aureum quoque vellus ibi additum eſt. Sigillum *Ferdinandi I.* ad Numerum CLXXXIX. pertinens, primùm expreſſum eſt in Tabula XI. Maximum adhuc cernitur in hac Tabula *Ferdinandi I.* Sigillum ad Numerum CXC. pertinens in hac tabula expreſſum. Ubi *Biceps Aquila* à Duobus Gryphis ſuſtinetur, ſub Corona Imperiali ampliſſima; in Media aquila *Faſcia Auſtriaca*, & Scutum *Caſtiliæ* cernuntur, unà cum pendulo *aureo vellere*. Undecim Parmulæ in Circulo expreſſæ ſunt, quarum ſignificatum multîs afferre minimè neceſſarium eſt; cùm hæc Symbola notiſſima ſint. Epigraphe legenti obvia eſt.

TABULA XI.

PRimum hujus Tabulæ Sigillum rurſus aliud eſt *Ferdinandi I.* à prioribus diverſum Sigillum, pertinet hoc ad Numerum CLXXXIX. pag. 389. ac Ferdinandi I. Sigillo *Majori*, in priori tabula exhibito, ordine præferendum: ſed ob ſpatium magis commodum *hîc* expreſſum eſt. Licet *Ferdinandus I.* pro accipienda Corona, Romam non venerit, quod Anteceſſores ejus fecerunt, uſus tamen eſt bicipiti aquila in Sigillo ſuo, & Imperator Auguſtus dictus eſt, uti ex figura hujus Sigilli, & Epigraphe ejusdem patet; Biceps enim aquila ſub Corona Imperiali hic conſpicitur. In Media aquila eadem ſcuta poſuit Ferdinandus *Imperator*, quæ adhuc *Rex* in *Unicipite* aquila exhibuit. Hac tamen differentiâ, quòd ſcuta in media aquila expoſita, Coronâ quadam apertâ tegantur, quæ in Sigillo *Ferdinandi* REGIO nullâ coronâ ornata ſunt. Inſcriptio talis eſt: *Ferdinandus D. G. El. Rom. Imp. Semp. Aug. Ger. Hung. Bohem. &c. Rex. Inf. Hiſpa. Archid. Auſt. &c. Com. Tyrol. &c.* In prioris Tabulæ *majori* Sigillo, ubi *Ferdinandus* undecim

decim ſcuta in circulo exhiberi voluit, amplior eſt Epigraphe, & plurium Provinciarum &c. mentio fit. *Maximiliani II.* Sigillum idem eſt cum præcedenti Ferdinandi I. Sigillo, excepta inſcriptione, uti legenti patet. *Rudolphi II.* Sigillum differt à præcedentibus duobus, in eo ſcilicet quòd Corona ſuper ſcuta in media aquila poſitâ, *clauſa ſit*, cruce deſuper extante, cùm Corona ſuper Scuta in prioribus Sigillis ſit *aperta*, deeſt etiam in *Rudolfi* Sigillo Inſigne *Aurei velleris*. *Mathias* Imperator idem Sigillum habet cum Rudolfo Imperatore, addito tamen *Aurei velleris* Signo.

TABULA XII.

SIgilla *Ferdinandi II*, *Ferdinandi III*, *Joſephi* Eadem ſunt, ſolâ inſcriptione Nominum diſtincta. Eadem ubique Corona ſuper bicîpitem aquilam, eademque ſupra ſcuta in media aquila expreſſa, ubique *aurei velleris inſigne* comparet. Sigillum *Leopoldi* cum Sigillo Majori *Ferdinandi I.* in ſingulis convenit. Parmulæ undecim in utroque eædem poſitæ ſunt. Epigraphe Legenti obvia eſt.

TABULA XIII.

TAbulæ hujus Decus eſt, Sigillum *Caroli VI.* Imperatoris. Aquila Nigra biceps, capitibus nimbo ornatis, exſertis linquis comparet, impoſita ſuperius Coronâ Imperatoriâ. Pectori hujus Bicipitis aquilæ impreſſum eſt ſcutum torque aurei velleris circumdatum, ſuperiùs iterum impoſita Coronâ. [In ſcuto quadripertito primus laterculus in ſex areolas ab ſummo diviſus eſt. *Prima* & *ſecunda* Regni *Hungariæ* Faſcias, & Crucem Patriarchalem ex corona prominentem repræſentant; *tertia Leonem Bohemicum*, *quar-*

ta Dalmatiæ, *quinta Croatiæ*, & *ſexta Boſniæ* ſymbola præbent. His impoſita parmula media cum *faſcia Auſtriaca*. Secundi Ordinis Laterculus quadripertitus areas continet *Caſtiliæ*, *Legionis*, *Arragoniæ*, & utriusque *Siciliæ*, ſuper impoſitâ parmulâ honorariâ, *Leone Habſpurgico* inſignitâ. Tertia ſeries quatuor areolas, *Brabantiæ*, *Sueviæ*, Marchionatûs S. R. I. *Antverpienſis*, & *Leonem Flandriæ*, impoſita media *Burgundica* parmula complectitur. In quarto Laterculo ſimiliter quatuor areæ proſtant, *Neapolis*, *Hieroſolymarum*, *Navarræ*, & *Indiarum*, impoſitâ parmulâ *Cataloniæ*. In pede ſcuti viſuntur *aquila* Tyrolenſis, & *Boa* Mediolanenſis.] Ita D. P. Marquardus Herrgott de Monumentis Auſtriacis tom. 1. pag. 121. Novam faciem Carolum VI. in Sigillum ſuum induxiſſe patet, imò, dum Pes aquilæ dexter Gladium, & Sceptrum: ſiniſter vero globum crucigerum tenent, quæ ſigna in prioribus Sigillis nuſpiam comparent. 2. Scuta, & parmulas in aliis Sigillis Majoribus (Ferdinandi I. & Leopoldi) in circulo poſitas, plurésque alias *Carolus VI.* in ſuo Sigillo in pectore *aquilæ* collectas exhibet, impoſitô Diademate, (ſive Coronâ,) quæ tamen Corona in Majori *Ferdinandi I.* & *Leopoldi* Sigillo ſupra ſcutum pectoris non viſitur, fortè ideo, quòd in ſingulis ſcutis & parmulis, in circulo poſitis, conveniens pileus, & Corona ubique jam indigitentur.

TABULA XIV.

TAbula iſta AUREAM BULLAM CAROLI VI. exhibet. Pendet illa (aureô ligamine, ſive aureis filîs per eam traductis,) ex litteris *in libro Probationum* num. CCXV. exhibitis. Pars antica CAROLUM Imperatorem in Throno Majeſtatis ſedentem refert, diſpoſitîs hinc inde novem S. R. I. Electorum *Inſignibus*. *Religio*, & *Juſtitia* ex utroque throni latere conſpiciuntur. Superiùs ex latere dextro Biceps aquila gladium, ex ſiniſtro uniceps aquila Sceptrum præferunt. Duo *Leones* gradibus throni aſſident. Inſcriptio eſt iſta: CAROLUS VI. D. G. ROMANORUM IMPE-

IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS: in parte *poſtica*: hæc verba adduntur: GER. HIS. HUN. BOH. IND. UTR. SIC. DAL. CRO. SCL. & R. A. A. D. BUR. MED. MANT. & PR. BELG. SUE. WIT. & C. TY. Hæc Nomina Titulus CAROLI VI. litteris (pag. 408.) præfixus declarabit. Biceps Aquila (*in poſtica parte*) Coronâ ſuperpoſitâ, expansîs alîs, & pedibûs, ſcuta, ſive Inſignia Regnorum, & Provinciarum ad Domum Auſtriacam tunc ſpectantium continet. Horum *inſignium* explicationem apud heraldicos quosque invenire erit. *Magnitudinem* AUREÆ HUJUS BULLÆ ſculptor accurratè expreſſit. Laminæ ſunt aureæ, quid verò ſub laminis aureis poſitum ſit, ſcrutari non licuit; cuncta enim auro circumdata, & benè firmata ſunt. De *Aurea Bulla* multis diſſeruit Joannes Michael Heinecius, DE VETERIBUS SIGILLIS pag. 32. &c. Ubi de ejus *origine* & *ortu*, *de uſu*, ac de illis, quos eam adhibuiſſe conſtat, multa erudite ſcribit. Mabillonius quoque *de re Diplomat.* lib. 2. cap. XVI. num. XVI. pag. 141. de Bullis Aureis quædam pro more ſuo eruditè notat. Alii *Aureæ Bullæ*, Originem à Græcis, alii à Francis deducunt. Cùm ejus in rebus tantùm graviſſimis uſus fuerit, rariùs inveniuntur.

TABULA XV.

DUo in hac Tabula exhibentur Sigilla, Scil. CAROLI VII. & FRANCISCI I. In Illo Biceps aquila *Imperiali Coronâ* ſuperpoſitâ conſpicitur. In media aquila Inſignia Bavarica (*Rutæ*, & *Leo*) per quatuor parmulas diviſa, ſub *Pileo Ducali* poſita comparent: hâc in Circulo poſitâ inſcriptione, CAROLUS SEPTIMUS DEI GRATIA ELECTUS ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS &c. *Inſignia* quoque *aurei velleris: ac Ordinis S. Georgii & Defenſorum Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ*, Sigillum iſtum exornant.

In altero Sigillo FRANCISCI I. modò Glorioſiſſimè Imperantis Eadem Biceps aquila Imperiali Coronâ ornata cernitur. Cu-

jus pectori Insignia FRANCISCI I. Imperatoris sub *Corona* posita inhærent. Inscriptio in Circulo sequens legitur. FRANCISCUS D. G. ELECTUS ROM. IMPERAT. SEMP. AUG. GERMAN. HIEROS. REX. LOTHAR. BARR. ET MAGNUS HETRURIÆ DUX.

NOTÆ QUÆDAM AD TABULAS SEQUENTES.

EXhibitis jam *Regum*, & *Imperatorum* Sigillis, *Ducum Bavariæ*, aliorumque Comitum & Nobilium Sigilla, ad nostras Chartas in *libro Probationum* productas, spectantia affero. Prævie autem quædam de *Ducum*, *Comitum*, *Nobilium &c.* Sigillis, & *insignibus gentilitiis* in genere prænotare volo, quæ ex *Mabillonio*, & *Heinecio* desumpsi.

I. *Mabillonius de re Diplomatica* lib. II. cap. XVIII. num. III. notat, jam ab ævo *Gregorii Turonensis* (Sæculo scilicet VI.) usum sigillorum in chartis saltem apud Francos receptum fuisse, non tamen *omnibus* ante Sæculum XI. convenisse. Intellige id de Sigillis *Magnatum*, *Principum*; nam de Regum Sigillis alia vidimus, distinque etiam *Sigilla* antiqua ab *Insignibus gentilitiis*, quæ succedente tempore *Sigillis* primùm impressa fuerunt. Scribit Mabillonius, se in multis chartis, quas vidit, etiam *primariis Magnatum* instrumentis, uti *Giselæ*, *Sororis Caroli Magni* in litteris pro Monasterio *S. Dionysiano* concessis: & in litteris *Hugonis* Ducis pro Ecclesia *Carnutensi*, nullum vidisse Sigilli vestigium. Aliqua tamen Sigillorum Chartis impressorum documenta affert, quibus constat quosdam Comites &c. Sigillis usos fuisse. vide pag. 146. Recenset etiam Sigillum Flandriæ Comitis de anno DCCCCLIII, ubi ejus effigies, sed absque Sigillo gentilitio comparet. *Ab undecimo* autem Sæculo plura jam Comitum &c. Sigilla commemorat, ex iis quoque unum *Rotberti* Primi, unà cum *Leone*, quod *Insigne* est Flandriæ Comitum. Dubitat tamen Mabillon, an *Leonis* Symbolum hîc exhibitum, sit genuinum, cùm omnium subsequentium Comitum Clypei hoc *insigni* careant, usque ad annum MCLVII. Pl. R. D. P. *Marquar-*

quardus Herrgott tom. I. *de Monumentis Auſtriacis &c.* ſcutum cum *aquila* in Tabulâ I. ad pag. 2. ſub Num. I. exhibet, quod Sigillum *Erneſtus* Babenbergenſis ex perſona Marchionis Auſtriæ, Chartæ pagenſi circa *Medium Sæculum XI.* addidit. *Erneſtus* ſedens in equo cum ſcuto &c. in quo avis (aquila) videtur, comparet. Ex quibus patet *Aventinum* antiquiora Sigilla nec vidiſſe, nec de illis quidquam audiiſſe, dum de Henrico octavo Bojorum Regulo libro *6.* Annal. Boicorum pag. m. 618. ita ſcribit. *Hunc Henricum primum omnium privatis auſpiciis, donationem feciſſe, Diploma dediſſe, HOC SUA IMAGINE SIGNASSE, id quod antea Imperatores, Reges, & Cæſares duntaxat factitarunt, reperio. Actum* (id erat) *Ranneshofen anno Chriſti MCXXV.* hinc colligitur *Aventinum* Sigillorum Ducalium Originem ad Sæculi XII. initia referre. Sed allata teſtimonia contrarium perhibent. vide Mabillonium pag. 146. citato loco. Et Heinecium *de Sigillis.* pag. 122.

II. Sigilla *Principum*, & *Comitum* vetuſtiſſima eos exhibent vel ſellæ inſidentes, vel Thoracatos, *ſceptrum* aut *ſcutum*, *vexillum*, aut *gladium* præferentes. *Heinecius* id exhibitîs ſigillîs declarat. Plura idem *Heinecius* de ſigillis Principum notat, de *ſceptro*, de *corona* &c. ſed Ego ea tantùm hic animadverto, quæ ad ſigilla *noſtra* conſideranda ſervire poterunt. 1. *Enſes ſtricti* in ſigillis videntur, in ſignum juſtitiæ, *ad irrogandas pœnas iis, qui male faciunt;* hinc Comites non aliud accepti dominii in territorio ſuo ſignum, quam ſignum *gladii*, à Regibus impetrabant, vide Gloſſarium *Du-Cange*, verbò: *Gladius.* 2. dò Sæculo undecimo ſigilla *equeſtria* invaluêre. In ſigillis equeſtribus antiquioribus equi nihil habebant ornamenti, ſubin ipſa *fræna*, & *Ephippia* deerant. Galeæ *acuminatæ* equitum capita ornabant, (vide Sigillum *Gebehardi* Sulzbacenſis in Tabula XXI.) nulla ibi cimeria, vel criſtæ. &c. Equites Tunicas habebant ſuper Loricas, non tamen omnes. Plerùmque vexillum, aut gladium gerebant; A parte ſiniſtrâ umbellam vel ſcutum (absque *inſignibus gentilitiis* tamen) tenebant. Umbellæ vel ſcuta, variis coloribus, lineis, & ſtriis picta erant. Inſcriptiones ſimpliciſſimæ. Hæc de *antiquioribus Equeſtribus* ſigillis intelligenda ſunt. 3. Succeſſere dein ſigilla magis ornata, Equi comptiores, ſcutîs ornati, in quibus *inſignia gentilitia* impreſſa erant. 4. Paulò

poſt

poſt *Principes & Duces* galeas ſuas cimeriîs multîs, criſtîs, cornubûs Bubulîs ornare cæperunt. Galeas easdem dein penitus clauſerunt, equos prolixîs tegumentis veſtierunt, eaque tegumenta ſcutîs, & inſignibus gentilitiis ornarunt. Hujusmodi ſigilla plura exhibet *Heinecius.* Similia etiam ſequentes tabulæ producent.

III. Adhæc animadvertere oportet, 1.mò, cur Principes in ſigillis antiquis *equeſtres* compareant? 2. Cur vexilla gerant? quænam vexillorum forma? 3.tio quandonam ſcuta, ſeu *inſignia gentilitia* ſigillis inſculpi cæperint? ad *primum* igitur Nota. Principes &c. *Equeſtres* illis temporibus comparere voluerunt, ut ita ſuñam dignitatem ſuam indicarent; Ipſos Imperatores equo vectos in ſigillis conſpicere eſt. Vide *Heinecium* de ſigillis. pag. 127. & 128. Ad 2.dum ſciendum eſt, vexillum, (oder Renn-Spieß mit einer Fahne) ſignum fuiſſe *juris territorialis*, ſeu *meri mixtique Imperii* indicium. Plura de vexillis vide apud *Heinecium* pag. 128. 129. *de ſigillis &c.* ubi etiam *vexillorum* varias formas pag. 199. exhibet. Vexillum iſtud tunc temporis binis conſtabat partibus, lanceâ, ſive haſtili, & flammulo ſive velo. Lancea, ſive cuſpis absque arte confecta erat. Velum duas partes, integram unam, haſtili propiorem, alteram exteriorem partem, in duas vel tres lacinias diſtinctam habebat. Hæc vexilla *antiquiora* nihil in ſe aut pictum aut intextum habebant, niſi ſtrias, ſeu colores, areolas, rhombos (vide vexilla in ſigillis Priorum Ducum Bavariæ.) poſteriore tempore autem inſignia gentilitia eisdem intexta, vel ibi picta fuerant. Ad 3.tium ex *Mabillonio* & *Heinecio*, animadverto, quôd *ſcuta* apud ipſos Reges & Imperatores in uſu fuerint, vide Sigilla noſtra *Arnolfi*, *Conradi I.* *Ottonis I.* ubi umbella etiam in eorum ſigillis comparet, ſed tunc nullum ibi inſigne gentilitium videbatur, aut exprimebatur. Scuto etiam Nobiles, Principes, & Duces uſi ſunt, tantique id æſtimabatur, ut ſcuto ammiſſô, aut in hoſtium poteſtate relictô, Nobilitas quoque perdita crederetur; hinc videntur in ſigillis plurimis clypei ſive ſcuta collo alligata, ne ab hoſte temerè avelli aut incautis eripi poſſent. Ob hanc ſcutorum æſtimationem Principes & Nobiles ſua ſcuta antiquis temporibus, multis coloribus diſtinxerunt. Nullum tamen videtur *inſigne* quoddam gentilitium in ſcuto germanorum antiquorum, qui *Tacito* teſte ſcuta ſua *tantùm lectiſſimis coloribus di-*

ſtin-

ſtinquebant; *Heinecius* hujusmodi ſcuta coloribus diſtincta exhibet pag. 130. *de ſigillis*. Succedente Tempore, cùm Familiæ opibus, & potentiâ creſcerent, *inſignia* ſibi elegerunt, quibus ab aliis diſtinquerentur, eaque *inſignia* primò ſcutis, dein vexillis, poſtea galeis, ipſis denique equorum phaleris inſeruerunt. At, quonam id tempore factum eſt? *Mabillonius* ſcutum & ſigillum Arnulfi Comitis Flandriæ indigitat de Anno DCCCCLIII, at ibi nullum inſigne gentilitium videre eſt. Meminit dein ſigilli *Rotberti* Primi Flandriæ Comitis, ad annum MLXXII, cum inſigni ſeu ſymbolo *Leonis*; dubitat tamen, an hoc ſymbolum ſit genuinum, uti ſupra num. I. notavi. Mentem ſuam denique Mabillonius de *inſignibus gentilitiis* hiſce verbis citato Lib. II. Cap. XVIII. Num. III. pag. 146. declarat: [*Certe nulla, aut pauca ante id tempus* (Sæculum ſcilicet XII.) *inveniuntur inſignia nobilium, tametſi in ſigillis clypei erant in uſu, ſed nudi . . . . . Nudum quidem perſæpe eſt clypei ſpatium, ſed ſtemma gentilitium appoſitum in Contra-Sigillo. At nullum Nobilium contra-ſigillum invenio ante Sæculum XII.*] ita Mabillonius. Circumſpectè tamen loquitur Mabillonius: Certè *nulla* aut *pauca* Nobilium *inſignia* inveniri dicit ante Sæculum XII. Attulit ipſe Sigillum *Roberti* Primi Flandriæ Comitis cum *Leone*. Dubitat tamen, an ſit *genuinum*. Cùm ergo nullum aliud viderit, poſtquam diu inquiſivit, dicere potuit: *Nulla* inveniri, noluit tamen abſolutè id *aſſerere*, ideo addidit, *pauca invenienda fore*. Vidimus tamen ex dictis, *Aquilam* in ſcuto *Erneſti* Babenbergenſis Sæculo XI. medio. Itaque benè diſtinquenda ſunt 1ò. ſcuta & ſigilla Magnatum, & Principum antiquiſſima, ſed ſimpliciſſima, absque *inſignibus gentilitiis* tamen, qualia ſcuta & ſigilla Sæculo X. & XI. adhibita fuiſſe ex dictis jam conſtat. 2.dò alia ſunt ſigilla cum *ſignis gentilitiis*, quæ Mabillonius Sæculo XII. primùm adhibita fuiſſe ſcribit, talia autem aut nulla aut certe pauca ante hoc tempus inveniri judicat.

IV. *Heinecius de ſigillis*, cum aliis Authoribus, quos citat, pariter ſentit, gentilitia inſignia ſæculo primum XII. uſitata fuiſſe, idque ob paſſagia ſacra & militias cruciatas contigiſſe, ut ſic Principes contra ſaracenos certaturi à ſe invicem ſignis diſtinquerentur. De Eccleſiaſticorum ſigillis, & inſignibus gentilitiis ſupra pag. 10. ad Tab. II. ex Mabillonio jam aliqua notavi. Ulteriùs animadvertere oportet,

quòd Principes & Duces, cùm antea *equeſtres* in ſigillis comparere voluerint, ſuccedente tempore ſola gentilitia ſcuta ceræ imprimi fecerint. Quo tempore id factum fuerit, non facile determinari poteſt; at Sæculo XIII. hunc morem jam invaluiſſe conſtat, uti ex ſigillis infrà adducendis patebit; Occurret etiam plura alia de ſigillis Nobilium &c, dum ſingulas tabulas conſiderabimus, annotandi occaſio. Hoc unum hîc addere volo, quòd ad ſepulchrum WARMUNDI Comitis de Waſſerburg in noſtra S. Emmerami Eccleſia ſepulti, quem *Aventinus* (fortè ex ipſa lapidis ſepulchralis inſcriptione) Anno MX. defunctum eſſe ſcribit, (vide quæ in libro Probationum de iſto *Warmundo* pag. III. notavi) in ſcuto ad pedes *Warmundi* poſito *Leo* videatur. Lapidea ibi cernitur effigies viri jacentis, ad cujus pedes gryphus ſcutum lapideum exciſum, ſuperiùs *rectum*, inferiùs *ovale* tenet. Scuto appictus eſt *Leo niger*. Satis clarè apparet coloribûs totum hoc Monumentum fuiſſe renovatum. An autem, dum hoc monumentum primò poſitum fuit, ſcutum iſtud aliquod *Inſigne (Leonem)* exhibuerit, dicere nequeo, neque Pictorem temeritatis arguere valeo, quòd novîs coloribus totum monumentum exornando, ipſe primùm *Leonem* eò poſuerit. Cuncta in hoc Monumento conſpicienda, *Effigies viri jacentis*, *Vexillum*, *Gladius*, *Pileus*, *Pallium*, *veſtis reliqua* Magnam Antiquitatem hujus monumenti ſepulchralis declarant. Non ideo tamen affirmare cupio, *Warmundum* in ſcuto *Leonem* pro *inſigni* habuiſſe.

TABULA XVI.

SIGILLA DUCUM BAVARIÆ.

I. ANtequam ad ſingula Tabulæ hujus & ſequentium ſigilla transgrediar, ſcire oportet ex *Aventino* Lib. VII. pag. 529. *Ottonem illuſtrem, Ludovici* Bavariæ Ducis Filium Anno Chriſti MCCXV. cum *Henrici* ultimi Palatini Rheni filia unica *Agnete* connubium iniiſſe, & *Palatinatum* hoc connubio Ducatui *Bavariæ* conjunxiſſe.

Ita

Ita coierunt ſereniſſimæ Duæ Domus, *Bavaria*, & *Palatinatus Rheni*, vel potiùs *Palatinatus* & *Bavaria;* Nam *Otto* Dux & ejus Succeſſores nomen *Palatinum* præponere ſolebant. vide Sigilla ſequentia, quorum ultima (translato ad Bavariæ Duces Electoratu) ab hoc more recedunt, ùt legenti patet. *Aventinus* tamen ſcribit. Lib. VII. pag. 529. *Ludovicum Ottonis* Patrem à Friderico II. jam antea Ducatum Rhenanum accepiſſe, & demum filiam *Henrici Agnetem*, filio ſuo *Ottoni* deſponſaſſe. Hac utriusque Ducatûs unione, LEO, inſigne Palatinum, ad inſigne Bavaricum acceſſit. De Origine Inſignis Palatini *(Leonis)* vide *Freherum de originibus Palatinis* Cap. XIII. pag. 99. qui hoc inſigne *(Leonis)* à Francis Regibus, quorum id inſigne fuiſſe *ex Hunibaldo* ſcribit, ad Francorum gentes & familias derivatum eſſe Judicat; nam *Palatinos* veteres *à Pipinis Palatinis*, Francoque ſanquine deſcendere extra dubium ferè eſſe *Freherus* ſentit. Eodem loco Cap. XIII. pag. 100. *Freherus* de *inſigni Bavarico* (quod ter ſeptem rutas cæruleo, candidoque colore alternatas (Rautten, oder Weckhen) appellat,) aliqua notat, ſed originem ſe invenire minime poſſe ingenuè fatetur; affert tamen quædam ad illuſtrandam hanc materiam jucundiſſima, & aptiſſima. *Velſerum* quoque adducit, qui *(Frehero)* cogitatum ſuum de his communicavit; verba *Velſeri* ex *Frehero* de Origin. Palatin. pag. 101, huc exſcribere lubet, & ſunt ſequentia: [*Scriptor belli Punici medii poeta Silius Chrixum Bojorum Ducem memorat, Brenno atavo tumidum, Capitolia capta trahentem in titulos, clypeo celtas aurum penſantes prætuliſſe. Quæ ſi ad hiſtoriæ fidem ſcripta, ut pleraque Silii, Boios Romæ capiendæ non interfuiſſe tantùm, ſed præfuiſſe quoque oportet, qui ducem dederint. Cæterum Virgilius (cui nullum temere verbum excidit) gallos Capitolii obſeſſores, cæſarie, & veſtibus aureis, ſagulis deſcripſit virgatis: ſive gentis morem ſequutus, ſive picturam antiquam aliquam, utrumque potuit. At virgata quæ ſint, lævè explicavit grammaticus interpres. Ex Diodoro patet, fuiſſe in teſſellatam prope ſpeciem, interſtincta, & coloribus variegata: ut ſi quem retium plagas & maculas pictis tabellis explere & ſolidare delectet, funiculi decuſſati virgarum vicem ſint. Sic Suturarum viæ in ſegmentatis veſtimentis iſtis, quas ſi etiam auratæ lineæ ad ornatum clauderent (omne enim gallicum nomen auro apprimè delectabatur) veſtes auro virgatæ dictæ, quod de Chrixo Silius ſcripſit. Ab Areolarum autem hoc modo, vetuſtiſſima Boicorum inſignium pars, cæru-*

leo, & candido alternata, perparum abit, quadris modice in Rhombos nimirum compreſſis: cujus generis virgato ſagulo miles Thoracomachus, in priſco de rebus bellicis libro (qui Notitiæ utriusque Imperii ſubjunctus) ornatus viſitur. Atque ego compertum habeo, pleraque inſignia, quorum meri colores, ex militari primò habitu manaſſe, ſeu (quod hactenus eodem recidit) in militum ſaga migraſſe ex clypeis. Eant, ſi qui fabulam de Pſammetichi panibus probare adhuc poſſunt, commento vix poetis decorè uſurpando. Rhombos plerique ter ſeptennos obſervavêre; alii aliter conſtituêre. In cauſas ejus Numeri, uti colorum itidem naturam & præſtantiam atque inde ſignificatum, ſubtilius inquirere, vereor fruſtra fieri: etiamſi eſt antiqua numerorum ſuperſtitio, & benigna otioſis hæc omnis ad diſſerendum materia. Tenuit apud germanos Mos iſte deinde perpetuo. Tacitus genti univerſim tribuit, Scuta Lectiſſimis coloribus diſtincta præcipuum cultum credere.] Hæc ſatis prolixè, at, ùt puto, pro eruditione jucundè.

II. Antiquiora Bavariæ Ducum Sigilla, quæ ex litteris pendent, & in archivo noſtro ſervantur, ſunt Sigilla *Ludovici Severi*, & *Henrici* Fratris ejus, filiorum *Ottonis* Illuſtris. Ab his initium Duxi, & quantùm fieri potuit, ſigilla poſterorum Ducum juxta ordinem diſpoſui, uti conſideranti patebit. *Ludovicus Severus* equo inſidet. Nullus equi ornatus. Clypeus coloribus Boico more depictus è ſiniſtro latere ex collo pendet; nam manu dextra vexillum, in tres Lacinias diſtinctum & ſtriis ornatum, ſiniſtrâ frænum equi *Ludovicus* tenet. Galea clauſa eſt. At quid dicam de ornamento galea ſuperiùs addito? *An cornua Bubula* ea appellem, ex quibus ramuli cum foliis ſurgunt, & extenduntur? an ornamentum iſtud cum *Meliſſo Franco* (vide Freherum *de Origin. Palatin.* pag. 73.) *Fruticetum Myrtillorum* dicam? exhibet *Freherus* ſive *Meliſſus* citato mox loco, Sigillum civitatis *Heidelberch*, in quo *Leo palatinus galeatus* cernitur, clypeô Bavarico ad ſiniſtrum latus, ſive priorem pedem ornatus. Ornamentum galeæ hujus Leonis idem eſt, ac ornamentum galeæ *Ludovici Severi* in hoc ſigillo conſpiciendum. *Meliſſus*, hoc ornamentum appellat *Fruticetum Myrtillorum*, ob *Heidelberg*, cujus civitatis nomen à Monte proximo, *Myrtillis* in frutice pendentibus referto, Meliſſus deducit. Ego huic *Meliſſi* Franci, vel *Freheri* opinioni tam facilè ſubſcribere non audeo; licet enim *Otto* Illuſtris,

Pater *Ludovici Severi*, cum uxore ſua *Agnete*, unica *Henrici ultimi Comitis Palatini Rheni* prole, & filia, *Heidelbergam* & omnia ipſius hereditarie poſſederit, nullo tamen ſatis idoneo documento mihi conſtare videtur, ornamentum iſtud, *Myrtillorum fruticetum* appellari debere, cùm multæ galeæ in aliis ſigillis compareant, ubi vera *Cornua bubula* ſuprà galeas poſita conſpiciuntur, quæ variis ſignis ornata ſunt. Ex quibus patet Cornua galeis ſæpiſſimè fuiſſe impoſita, ipſis Cornubus dein alia pro libitu iterum addita fuerunt ſigna. Accedit, quòd in poſterioribus Ducum Bavariæ ſigillis, & quidem in ſigillis filiorum *Ludovici* IV. Bavari (vide tabulam XVIII. & ſigillum *Alberti* Ducis ad Num. CCLII.) *cornua*, quæ certe *Fruticeto Myrtillorum* non aſſimilantur, jam conſpicienda ſint. Verùm de iſto ornamento galeæ plura dicere nequeo, ſed ab aliis erudiri cupio. Adverte inſuper in Sigillo *Ludovici Severi* non videri *Leonem*, *inſigne Palatinorum Comitum*, ſed ſolum Clypeum duplici colore, cæruleo & albo, boicum in morem, depictum. Sigillum hoc, *Ludovici Severi* Sigillum eſſe declarant litteræ, ex quibus pendet, Anno 1272. exaratæ. vide pag. 433. libro Probationum. Epigraphe hujus Sigilli: *Lodwicus Dei Gratia Comcs &c.* demonſtrat, ipſos Bavariæ Duces, hoc Nomen: COMES PALATINUS RHENI primo loco poſuiſſe.

III. Alterum ſigillum hujus Tabulæ exhibet *Henricum* Bavariæ *inferioris* Ducem, Fratrem *Ludovici Severi*. Inſidet is equo, galeâ, eodemque galeæ ornamento, vexillô in tres lacinias diſtinctô, clypeo Boico è collo pendente, gladioque munitus. Equus tamen tegumentis, in quibus *Leo Palatinus* ante & retro conſpicitur, veſtitus eſt. Hoc Sigillum, *Henrici* fratris *Ludovici Severi* ſigillum eſſe declarant litteræ, pag. 437, in Libro Probationum deſcriptæ; ſunt illæ de Anno 1287. *Henricus* iſte inferiori Bavariæ præerat. Nominatur in his litteris tanquam teſtis, *Præclarus Ludewicus, Dni Ducis Ludewici Filius*, id eſt, *Ludewicus*, primogenitus filius *Ludovici Severi*, qui poſtea in ludo equeſtri occubuit: cùm hæ litteræ datæ ſint Anno 1287. *in die ſancti Leonardi;* Oportet, hunc primogenitum *Ludovicum*, Ludovici Severi filium, ad finem hujus anni, (1287,) vel, ut alii etiam ſcribunt, Anno 1289. primùm ſuccubuiſſe. *Ludovicus* frater ejus, (poſtea Rex Romanorum),

norum) Anno 1286. natus eſt. Ut in exhibendis ſigillis juxta ordinem Ducum procederem, tabulæ huic Sigilla Filiorum *Ludovici Severi* incidi curavi. Filios autem, & Nepotes, *Henrici* (fratris, *Ludovici Severi*,) ſeu eorum ſigilla, in ſequenti Tabula oſtendam. Filii *Ludovici Severi* fuerunt hi. *Ludovicus*, *Rudolphus*, item *Ludovicus*, poſtea Romanorum Rex. Prioris ſive Primogeniti *Ludovici* (ex *Anna* ſecunda *Ludovici Severi* conjuge) nati Sigillum in illis, quæ adhuc videntur, cum Sigillo Patris *Ludovici Severi* convenit. Nullum ibi ſignum *Leonis* conſpicitur. Litteræ, ex quibus hoc ſigillum pendet, ſunt de Anno 1287. XII. Kalend. Decembris. vide Libr. Probationum. pag. 438. ad Num. CCXXVIII. An ad finem anni 1287. ludus equeſtris adhuc fuerit, in quo *Ludovicum* ſuccubuiſſe hiſtorici ſcribunt, ego ignoro. Alii, ut prius dixi, id anno 1289. contigiſſe narrant.

IV. Sequitur Sigillum ſecundogeniti *Ludovici Severi Filii*, ex tertia ejus conjuge *Mechtilde* nati, *Rudolphi* ſcilicet, Comitis Palatini Rheni, cujus Poſteri huc usque *Palatinatum* poſſident. Sigilli hujus Deſcriptione haud opus eſt, cùm illud idem exhibeat, quod prius jam obſervavimus; eumdem Scil. Equitis ſitum, eadem ornamenta Galeæ: Equi tegumenta Signô Palatino (*Leone*) decorata &c. Epigraphe quoque Lectû facilis, obvia eſt. Plurimas *Ludovici Bavari* (tertii ex Mechtilde Ludovici Severi Filii) litteras, ejusdem Sigillis *Regiis* munitas poſſidemus; Sigilla Ejusdem Regia in Tabula VII. exhibuimus. Hîc Sigillum *Ludovici* Bavari SECRETUM (in quo uniceps aquila cernitur) oſtendere volui, cum illud litteris, in quibus de bonis noſtris in Bavaria ſitis mentio fit, appenſum ſit. Epigraphe eſt iſta: ✠ *S. Secretum* (Ludovici) *Dei Gratia Romanorum imꝑatoris.* S. A. (*Semper Auguſti.*)

TABULA XVII.

I. *HEnrici* Ducis Inferioris Bavariæ, Fratris, Ludovici Severi, Hi ſunt Filii, *Otto*, *Ludovicus*, *Stephanus*, quorum Sigilla in hac tabella exhibentur. *Ottonis* Sigilla tria produco, unum

unum majus, litteris appenſum de anno 1295, quo tempore nondum Rex Hungariæ extiterat. In hoc Sigillo obſervo, quòd illud longe majus ſit, Sigillis ſuorum Fratrum *Ludovici* & *Stephani*, juniorum utique. Clypeus è collo pendens *Leonem* Palatinum refert, cùm Clypei Fratrum ſuorum *Ludovici* & *Stephani*, è collo eorum pendentes *inſigni bavaro* decorati ſint. Cætera eadem ſunt, uti in Sigillo *Rudolfi* Palatini. Pater hujus *Ottonis*, *Henricus*, clypeum è collo pendulum, cum inſigni Bavarico decoratum, præfert. vide Tabulam præcedentem. En Epigraphen hujus Majoris Sigilli: *Otto (Dei Gratia) Palatinus Comes Reni D. (Dux Bavariæ)* Alterum Sigillum *Ottonis*, ceræ rubræ impreſſum, è litteris pendulum, Cera flavâ circumdatum, eſt Sigillum *Ottonis*, poſtquam in *Regem Hungariæ* jam evectus fuiſſet, uti ex litteris patet. *Leo* coronatus cum Scuto Bavarico hîc comparet, hâc Epigraphe. *Sigillum Credencie.* An hæc verba, idem denotent, ac Sigillum *Secretum*, (*Credere* alicui ſuum *Secretum?*) id neſcio. Servatur in noſtro Archivo adhuc aliud Sigillum hujus *Ottonis* Bavariæ Ducis, & *Regis Hungariæ*, quod hîc exhibere etiam volui. Parvum illud eſt, Ceræ viridi impreſſum, cerâ quoque flavâ, modò jam nigreſcente, circumdatum. Ibi animal quoddam, (ni fallor gryphus) conſpicitur, absque ullo alio ſigno, absque Coronâ, absque clypeo, inſcriptio in gyro eſt eadem, ſed minutîs characteribus formata: ſcilicet, *Sigillum Credencie.* Sigilla *Ludovici*, & *Stephani* Fratrum *Ottonis*, eadem ſunt, minoris tamen figuræ, exceptô etiam clypeô è collo pendente, qui *Inſigne Bavaricum*, non verò *Leonem* exhibet. Inſcriptio *Prioris* eſt. *Ludwicus Dei Grã Palatin Comes Reni Dux Bavarie: Poſterioris Stephanus Dei gra Palatin Comes Reni Dux Bavarie.* Aliud etiam Sigillum *Stephani* hujus, Ducis Bavarie, ceræ rubræ impreſſum, (quod videtur eſſe *Secretum Stephani Ducis*) hîc refero. (a) pendet illud ex litteris ſub Num. CCXXIX. exhibitis, ubi etiam Sigillum tale parvum *Ludovici* Ducis appenſum fuerat ceræ quoque rubræ, cujus particula ſupereſt, impreſſum. Sed Sigillum *Ottonis Equitis* Primum, Majoris formæ, ex his litteris ceræ flavæ impreſſum pendet. Hæc ſunt Sigilla Filiorum *Henrici*, ſcilicet *Ottonis*, *Ludovici*, *Stephani* Fratrum.

II. *Otto* habuit Filium *Henricum*, dictum *Juniorem*, de *Nabernberg*. Hujus *Henrici Junioris* Sigillum, ultimum est hujus tabulæ, cùm tabulæ spatium alium locum non concessisset. De *Ludovici* posteritate, qui anno 1296. mortuus dicitur, nihil constat. *Stephanus* duos ex Juditha conjuge habuit Filios. *Henricum* & *Ottonem*. *Henricus iste* vocabatur *Senior* der Aeltere. *Henrici Senioris* & *Ottonis* Fratrum, (*Stephani* Filiorum) Sigilla hîc conspiciuntur. *Henrici* (*Senioris* dicti) Sigillum longe majus est Sigillo Fratris sui *Ottonis*. Eadem autem sunt, quoad situm, Ornamenta, & Clypeos &c. hoc unicum tamen advertere oportet, quòd in his Sigillis *Henrici Senioris*, & *Ottonis* Fratrum, & in Sigillo *Henrici Junioris*, Filii *Ottonis*, (postea Regis Hungariæ,) tota Sigilli facies interior striis, & stellulis ornata sit, qui ornatus in prioribus Sigillis non apparet. Unde declaratur majorem semper ornatum, succedente tempore Sigillis fuisse datum. Cùm in hac tabula nullum ampliùs restaret spatium, alia adhuc Sigilla HENRICI SENIORIS ad tabulam XX, ne ordo turbaretur, (post reliqua Bavariæ Ducum Sigilla) exhibenda servavi. Exhibitîs jam Ducum inferioris Bavarie ab *Henrico*, (Fratre *Ludovici Severi*) descendentium Sigillîs, quorum ultimus *Joannes*, absque hærede tamen, anno 1340. obiit, ad *Ludovici Bavari* Regis Romanorum filios, eorumque Sigilla transeo.

TABULA XVIII.

I. LUdovici Bavari (IV.) Romanorum Regis Filii commemorantur, *Ludovicus Brandenburgicus*, & *Stephanus Fibulatus* dictus, ex *Beatrice*, (Henrici Ducis in Glogau Filia,) conjuge nati. *Beatrice* Mortûâ Ludovicus Bavarus aliam accepit conjugem *Margaretham Wilhelmi III.* Hollandiæ Comitis Filiam, ex qua ei nati sunt, *Ludovicus* (*Romanus*) dictus, *Wilhelmus*, dein Comes Holandiæ, sed brevi mortuus; *Albertus*, & *Otto*. De his vide Historiæ Bavaricæ scriptores; meum est de Sigillis differere. Sigilla modò exhibeo priorum *Ludovici Bavari* Filiorum, scilicet *Ludovici*

dovici Brandenburgici, & *Stephani Fibulati*, dein etiam *Alberti* ex Margaretha conjuge Filii. Nota: Nulla Sigilla, in quibus Duces & Principes *equeſtres* comparent, in hac tabula ampliùs proferri. Invaluit jam mos Sigillorum, cum ſolis ſcutis gentilitiis. Nec tamen omnis uſus Sigillorum, in quibus Principes &c., *Equites* conſpiciuntur, ſtatim ſublatus fuit. D. P. Marquardus Hergott tom. 1. *Monument. Aug. Dom. Auſtriac* multà & pulcherrima *Equeſtria* Ducum Auſtriæ Sæculi XV. etiam *Caroli V.* Sigilla producit. Sigillum *Ludovici Brandenburgici* aquilam exhibet, cum Scuto Bavarico cordi aquilæ annexo. Inſcriptio hujus Sigilli eſt iſta, (Si tamen rectè lego,) ✠ *S. Ludovici Marchionis Brandenburgenſis, & Ducis Karinthiæ.* Sigillum *Secretum Stephani* (Fibulati) ſolum Scutum Bavaricum continet, cum hac Inſcriptione ✠ *S. Secretum Stephani Ducis Bavarie.* (*Alberti Ducis*; qui etiam *Junior* appellatur) duplex adeſt Sigillum; Prius *bicipitem aquilam una* cum Scuto Bavarico exhibet, ſed Epigraphe tota legi haud poteſt: *S. Alberti Duc. Bava. Com. Palat.* reliqua legere non valeo; *Wilhelmo* Fratri in comitatu Hollandiæ &c., *Albertus* ſucceſſit. Alterum *Alberti* Sigillum, Galeam clauſam ſupra Scutum Bavaricum poſitam refert, Galeæ verò tegumento quaſi ornatæ, inter duo Cornua variegata leunculus inſidet, his verbis circumſcriptîs. *S. Alberti Comitis Palatini Reni, Ducis Bavarie.* De hac Sigilli forma notare volo, *Leonem* inter Cornua *variegata* proſtare. Cornua iſta rutîs, (**mit denen Bayriſchen Wekhen**) Bavaricis decorata mihi videntur. Videbimus in Tabula XX. Sigillum *Henrici Senioris*, ubi *Leo*, ſupra Galeam eminet. Eſt illud (*Henrici Senioris*) Sigillum appenſum litteris anno 1332. ergo *Leonis* effigiem *ſupra Galeam poſitam*, & à *Bavariæ* Duce (longè ante *Albertum* iſtum,) jam uſurpatam fuiſſe colligimus. Nulla autem in Sigillo *Henrici* Senioris, ubi *Leo* ſupra Galeam eminet, Cornua deprehenduntur. *Freherus* parte I. Originum Palatinarum. pag. 100. ſcribit: *Rupertum Seniorem Palatinum, Adolpho & Joanni Comitibus de Naſſaw, Gerlaci Filiis, Adolphi Regis Nepotibus, inſigne hoc in feudum rectum dediſſe, Leonem aureum inter duo Cornua Galeæ impoſitum, quem ipſi & eorum primogeniti, ad honorem & recognitionem prædicti Principis geſtarent.*] Idque factum eſſe *Spiræ* anno 1353 idem Freherus notat. *Leonem, Inſigne Palatinum, Inſigni* Ducum Bavariæ (poſt nuptias *Ottonis* cum *Agnete* Palatina,) jam acceſſiſſe conſtat, & Sigilla Priora an-

tiqua *Leonem* exhibent. Cornua quoque jam pridem adhibita fuisse meminimus, & in Sigillis prioribus, si rectè judico, ea, *Bubula* tamen, conspeximus. Sed cornua ista elegantiora sunt. Undenam vero Originem traxerint, vix credo, dici posse: Ex mox dictis patet, quòd ipsi Principes Nobilibus aliis *insignia* quædam, ad ornanda Sigilla concesserint. Idem Freherus citato loco pag. 100. & 101. diploma *Ludovici* Bavari de anno 1338. affert, quo quibusdam comitibus *Jacobo* & *Fencio de prato Luniciane & Palatii Lateranensis Comitibus* hanc gratiam contulit, ut *Leoni*, quem prius in armis suis gerebant, *Coronam de Armis sui Ducatus Bavariæ* imponerent. Id est, pictam, & binis coloribus cæruleo, & albo variegatam. His coloribus *Ducatûs Bavariæ*, cornua variegata in Sigillis sequentibus cernuntur. Sed de his satis.

II. Ex supra nominatis Ludovici Bavari Filiis, solus *Stephanus Fibulatus* posteros Duces propagavit. Filios habuit *Stephanum II*, *Juniorem* dictum: *Fridericum:* & *Johannem*, qui Ducatum per aliquod tempus simul possederunt, donec anno 1392. Monachii divisione inter se factâ, *Stephano* Juniori *Ingolstadium &c. Friderico Landishutum &c. Joanni* Monachium &c. in hæreditatem cesserint. Hinc Ducum Bavariæ tres lineæ *Ingolstadienses*, *Landishutana* & *Monacenses*. Sed ad Sigilla revertor, *Stephani II.* (de Friderico nullum habemus) & *Joannis Monacensis*. Sigillum *Stephani II.* (*Junioris*) exhibet Scutum Bavaricum obliquum sub Galea clausâ, tegumento quodam exornatâ positum, cui inter duo Cornua rutis Bavaricis variegata leo coronatus insidet. Inscriptio verborum ista est. *S. Stephani Ducis Bavarie.* Nulla hîc mentio nominis, *Comitis Palatini.* De *Stephani II.* Filio, *Ludovico Barbato*, quem *Adlzreutter Ismaelem* Bavaricum appellat, parte II. lib. VIII. pag. 170. num. II. nullæ adsunt litteræ. De *Joanne* autem Episcopo Ratisbonensi Ejusdem *Stephani* Filio litteras quidem plures possidemus, sed cùm *Ducum regnantium* Sigilla præcipuè exhibere proposuerim, alia omitto. *Stephani Fibulati* alter Filius erat *Fridericus Landishutanus*, de quo similiter nullas habemus chartas, adsunt verò litteræ *Filii Friderici*, scil. *Henrici Divitis* dicti, unà cum Sigillo illæso ex illis pendente, quod Scutum Bavaricum, sub Galea clausa simplici (absque tegumento) exhibet. Galea ista ad dextrum latus

latus versa est, cui pariter inter duo cornua variegata *Leo* insidet. Facies Sigilli interna alio iterum modo, ac priorum Sigillorum figura, delineata est. Epigraphe est ista: *S. Heinrici Ducis Bavarie. Henrici Divitis* Filius erat *Ludovicus* (*dives* quoque dictus.) In hoc Sigillo *altera vice* (*vide Sigillum Ernesti Ducis cum Scuto quadripertito*) adverto, quôd Scutum Ducum Bawarie in quatuor areolas sectum sit, ubi duæ areolæ transversæ Leonem, aliæ duæ, Rutas Bavaricas duplicis coloris, exhibent. Scutum istud undequaque variis colorum ductibus ornatum conspicitur; Galea clausa, ad latus dextrum versa, coronâ apertâ ornata est, cui *Leo* coronatus inter alas (rutîs quoque Bavaricîs [alis hisce] impressîs) insidet. Inscriptio est ista. *S. Ludovici Comitis Palatini Reni inferioris ac Superioris Bavarie Ducis.* In ipsa interiori Sigilli facie duæ litteræ comparent. H. L. judico illîs significari Herzog Ludwig. Notabis: in hac Sigilli inscriptione, Ludovicum appellari *inferioris ac Superioris Bavarie Ducem*, quod in nulla. inscriptione hucusque observavi. Fortè ideo id contigit, quòd iste *Ludovicus*, (Duce ultimo *Ingolstadiensis lineæ* mortuô,) illius terras cum *Alberto* Monacensi divisérit. Denique *Ludovici Divitis* Filium, *Georgium* pariter *divitem* vocatum produco, id est, ejus Sigillum (quod *Secretum* esse judico) exhibeo, ubi quatuor areæ *Leonis Palatini*, & Bavaricarum Rutarum Symbolis ornatæ prostant, additis literis. H. G. (Herzog Georg.) Hæc de Sigillis *Stephani II*, & *Friderici* Filio *Henrico* divite, ejusque posteris, quibus pariter demortuis, ad *Joannem* Monacensem *Stephani Fibulati* Filium, à quo Bavariæ Ducum stirps florentissima huc usque in diem propagata est, transgredior.

III. Joannis Monacensis Sigillum sive Secretum, Scutum Bavaricum bicolore, cui *Leo* insidet, refert, hac inscriptione ✠ *Secretum Johannis Ducis Bavarie. Joannis Monacensis* Filii fuêre *Ernestus*, & *Wilhelmus.* Prioris *Ernesti* Sigillum continet Scutum in *quatuor* partes divisum, in quibus *Leo*, Palatinus & *Rutæ Bavaricæ* conspiciuntur. Scutum sub Galeâ Clausâ simplici, obliquo situ positum est. Galeæ insidet Leo inter duo Cornua rutis Boicis variegata. Facies Sigilli interior stellulîs & tribus parvis cruciculîs ornata est, cum Epigraphe: *S. Ernesti Ducis Bavarie.* Sigillum seu *Secretum Wilhelmi Ducis Bavarie* simplex Scutum Boi-

cum duplici colore variatum refert. *Erneſtum* Patrem *Albertus III*, (Probus) Filius ſequitur, cujus *Sigillum* & *Secretum* ad finem hujus tabulæ cernuntur. *Secretum* in minori figura efformatum, Scutum cum quatuor parmulis, ſive areolis, ſcil. Leonem in duabus parmulis, & Rutis Bavaricis in aliis binis areolis exhibet. Alterum, SIGILLUM ſcilicet, novam rurſus faciem, à prioribus Sigillis diverſam refert. Scutum obliquum in quatuor areolas diviſum ſub Galea clauſa, ſed coronata poſitum priùs jam vidimus, *Leonem* quoque inter duo cornua variegata ſupra Galeam coronatum proſtantem obſervavimus. Hîc autem puellam quamdam, utrâque manu catenam, quâ pedes *Leunculi* conſtricti ſunt, tenere videmus. Incidit mihi, ne forte hîc Alberti III Juvenilis amor, quo *Agnetem Bernaverin* Chirurgi Auguſtani filiam complectebatur, indigitetur. Aventinus enim Libr. VII. Annal. pag. 825, & Adlzreutter parte II. libro VII. pag. 164. num. LXXX. narrant ex Andrea Ratisbonenſi, *Erneſtum* Ducem Patrem *Alberti*, cum Filium à conſuetudine hujus Puellæ abducere non poſſet, &c., eam Straubingæ in Danubium præcipitari, & aquis mergi juſſiſſe. Ea ſepulta eſt in Sacello propè templum D. Petri &c. Nolo tamen hanc meam de Sigilli hujus figura conjecturam cuiquam obtrudere. Advertere præterea oportet, in hoc Sigillo ex utroque cornu ramulos cum pendentibus foliis extendi. Inſcriptio Sigilli eſt ſequens: *Sigillum Alberti Dei Gratia Comitis Palatini Reni, & Bavarie Ducis.*

TABULA XIX.

I. *Albertum* Patrem ſequuntur Filii, quorum Sigilla iſta adſunt, ſcil. *Johannis*: *Sigiſmundi*: *Alberti IV.* (Chriſtophori Ducis nullum Sigillum habemus) & *Wolfgangi*. Sigillum *Johannis*, Scutum in quatuor parmulas Bavaricîs Inſignibûs ornatas, diviſum exhibet, ſupra Scutum Galea *aperta*, *coronata* (ad dextrum latus verſa conſpicitur, huic Galeæ Leo Coronatus inter duo Cornua variegata, ramulîs ex utroque latere extensîs inſidet, pariter

ad

ad dextrum latus, vel, (ſi mavis,) ad puellam longa veſte indutam converſus; Ego enim *Puellam* quamdam hîc exhiberi puto, verùm nulla conjecturâ aſſequi valeo, cur ea compareat. Notæ etiam, hîc primùm exhiberi Galeam *apertam*, quæ in prioribus Sigillis adhuc *clauſa* erat. In Circulo Sigilli hæc leguntur: *Sigillum Johannis Dei Graçia Comitis Palatini Reni, Bavarie Ducis. Sigiſmundus* Dux alio rurſus Sigillo uſus eſt. Cuncta in hoc Sigillo *proſtant*, ad nullum latus converſa. *Leo* Galeæ *apertæ*, & *Coronatæ* inter duas Alas Rutîs Bavaricîs depictas inſidet. Duo Satyri Scutum tenent. Ex quo apparet, ad ornamentum Sigillorum pro libitu cujuscunque varia fuiſſe adhibita. Inſcriptio hujus Sigilli iſta eſt, *S. Sigiſmundi Dei Gracia Comitis Palatini Reni, & Bavarie Ducis.* Duplex dein *Alberti* Ducis Sigillum, utrumque *Secretum* (juxta verba) occurrit. In priori Minore duæ litteræ H. A. hæc verba: Herzog Albrecht, denotare videntur. In altero verba circumſcripta ita ſonant: *Secret. Alberti Duc. Bauarie.* Sapientiſſimè iſte *Albertus IV.* (*Sapiens* dictus) Angelum Ducem, ſibi elegit, qui in altero Sigillo ſtolâ crucigerâ circumdatus conſpiciendus eſt. Denique Sigillum *Wolfgangi* Ducis Bavarie cum hac inſcriptione in ſuperiori Tabulæ hujus parte cernitur. S. CURATORIUM DUCIS BA. WILHELMI: Mortuo enim *Alberto IV.* (*Sapiente*) Frater ipſius, Dux *Wolfgangus* Curator extitit *Wilhelmi*, (Defuncti *Alberti*,) Filii. In hoc Sigillo ſingula ad dextrum latus convertuntur.

II. *Johanne*, & *Sigiſmundo* Ducibûs, absque prole mortuîs, defunctô etiam *Alberto IV*, hujus Filii *Wilhelmus* & *Ludovicus* in Ducatu ſucceſſerunt. Horum Sigilla quoque in hac tabula conſpicimus; eaque SECRETA; tum ſolius *Wilhelmi* Ducis H. W. Herzog Wilhelm; cùm utriusque, W. L. Wilhelm, Ludwig: quasnam verò litteras tertium parvum Sigillum, quod Leo tenet, in ſuperiori titulo contineat, videre non potui. Ultimum Sigillum Majus, non *Secretum*, Leonem refert, qui Scutum Bavaricum exhibet, hac inſcriptione: S. WILHELMI ET LUDOVICI FRATRUM. DUCUM BAVARIE. Ex *Wilhelmo IV.* Duce natus eſt *Albertus V*, qui *Annam Ferdinandi I.* Imperatoris Filiam, conjugem habuit. Hinc in utroque *Alberti V.* Sigillo (*Secreto*) Aurei

velleris ornamenta Scutum Bavaricum exornant. Adſunt in Archivi noſtri Scriniis aliquæ litteræ ab iſta Sereniſſima ANNA *Alberti V.* Conjuge, *Ferdinandi I.* Filia, ad Abbatem S. Emmerami datæ, in quibus ANNÆ VIDUÆ Nomen, optimè ſcriptum legitur, ejusque Sigillum integrum adhuc litteris his impreſſum hæret. *Alberti V.* Filii fuerunt, *Wilhelmus*, *Ferdinandus*, *Erneſtus*, Horum *Secreta* Sigilla ex litteris quibusdam Archivi noſtri in hanc tabulam retuli, ut ordinem ſequerer. *Wilhelmus V.* Lineæ *Wilhelminæ* nomen dedit. *Ferdinandus* (cujus Secretum cum litteris ℌ. F. J. B. Herzog Ferdinand in Bayrn à Gryphone præfertur,) *Mariæ de Pettenbeck* nupſit, unde Comites de *Wartenberg* orti ſunt. *Erneſtus* factus eſt Epiſcopus Friſingenſis: Hildeſimenſ. & Leodienſis; unde ejus *Secretum* hæc verba exhibet: *Erneſtus D. B. Adminiſt. Friſing.* hujus Epiſcopatus Friſingenſis *Inſigne* Medio Scuto Bavarico *Erneſti* Ducis impreſſum cernitur.

TABULA XX.

I. Cùm comodus in Priore tabula haud amplius ſupereſſet locus, aliud adhuc *Wilhelmi V. Majus* Sigillum, (non tamen *ſecretum*,) in hanc tabulam referre volui. Ubi Leo ſcutum Bavaricum præfert, hac inſcriptione: *S. Wilhelmi Comitis Palatini Reni, Bavariæ Ducis.* Patrem immediate ſequitur Filius *Maximilianus I.* in cujus ſigillo Leo ſcutum Bavaricum tenet, ſcuto autem Pileus Ducalis impoſitus eſt, hac addita Epigraphe: *S. Maximiliani Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariæ Ducis.* Nota. Litteræ, quibus hoc Sigillum appenſum eſt, ſunt de anno 1600. hinc nulla adhuc mutatio Tituli, vel ſcuti in hoc ſigillo deprehenditur. At, factâ Anno 1623. Palatiniani ſeptemviratûs translatione ad domum Bavaricam, tunc quoque in ſcuto Bavarico & ejus inſcriptione quædam mutatio, & additio facta eſt, quemadmodum in Sigillo *Ferdinandi Mariæ* Ducis Bavariæ, *Maximiliani I.* filii videre eſt. Pulcherrimum & Magnum eſt iſtud ſigillum, in quo ea, quæ in prio-

prioribus ſigillis ſeparata vidimus, hîc unita cernimus. ſcil. binas galeas *coronatas*, *apertas*, quarum uni Leo inter duo cornua, alteri alius Leo inter duas alas rutis Bavaricis variatas, inſident. Inter Duos Leones Pileus Ducalis ſupra Scutum Bavaricum poſitus eſt. Scuto autem novum Decus in medio additum cernitur, ſcil. *Globus aureus Imperii cum cruce impoſita*, de quo plura vide apud Freherum *de Originibus Palatinis* parte prima, pag. 104. &c. Inſcriptio etiam Tituli (factâ hac ſeptemviratûs Palatiniani translatione) mutata fuit. In Prioribus Ducum Bavariæ Sigillis Nomen COMITIS PALATINI RENI, Nomini DUCIS BAVARIÆ prælatum fuit. At facta iſta translatione hæc inſcriptio in Sigillo *Ferdinandi Mariæ* legitur. *Ferdinandus Maria D. G. utriusque Bavariæ & Palatinatûs Superioris Dux. Comes Pal. Rh. S. R. I. Archi-Dapifer & Elector. LL.* De his, pluribûs diſſerere non vacat. Sigillum iſtud *Ferdinandi Mariæ* (inferiùs ita deprehenditur,) Anno 1650. formatum fuit. *Ferdinandum Mariam* Patrem imitatus eſt Filius *Maximilianus Emanuel*, eâdem in ſuo Sigillo, quod in hac tabula exhibetur, inſcriptione uſus: *Max. Eman. U. B. & P. S. Dux. Co. P. R. S. R. J. Arc. & El. LL.* Circa Scutum Bavaricum, aureo & crucigerô globô auctum & ornatum, ornamenta aurei velleris cernuntur. SIGILLO *Conſilii Aulici* Monacenſis, quod in hac tabula conſpicitur, idem globus aureus additus eſt. Denique Sigillum H. F. P. *Ducis Friderici Palatini* (Herzogens Friderich Pfaltzgrauens) exhibere volui, quod ex litteris ſub Num. CCLXXVII. productis pendet. Is eſt FRIDERICUS II. Comes Palatinus; litteræ ſunt de Anno 1537. In hoc Sigillo Duo ſcuta apparent, quorum prius *Leonem*, alterum *Rutas Bavaricas* præferunt. Nullum ibi inſigne *Globi Imperialis*, ſed ornamentum aliud depictum eſt. Notat Freherus de *Origin. Palatin.* Parte I. pag. 110. *Fridericum* II. Palatinum à *Carolo* V. impetraſſe, ut *pomum aureum*, ſive globum Imperii, ſcuto ſuo inſerere ſibi liceret, ad imitationem Collegarum ſuorum Electorum Saxonici & Brandenburgici, qui eadem ſigna, quæ Imperatori de ſolemnitate in publico præferunt, in inſignibus ſuis oſtendunt. Quo tempore autem à Carolo V. iſta conceſſio facta fuerit, Freherus non indicat. *Glaber Rodulphus* Monachus Cluniacenſis de pomo aureo ita ſcribit: [*Venerabili Papæ Benedicto* (VIII.) *Sedis Apoſtolicæ viſum eſt inſigne Imperiale, quod prius diverſis*

ſpecie-

ſpeciebus figuratum fuerat, fieri admodum intellectuali ſpecie. Qui idem Inſigne præcepit fabricari quaſi aureum pomum, atque circumdari per quadrum pretioſiſſimis quibusque gemmis, ac deſuper auream crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur. Ut dum illud reſpiceret Princeps terreni Imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quàm ut dignus haberetur vivificæ crucis tueri vexillo. In ipſo diverſarum gemmarum decoramine, imperii culmen plurimarum virtutum ſpeciebus exornari oportere. Freherus iſta ex *Glabro* refert. Sed pergit *Glaber*, (quæ tamen Freherus non amplius exſcripſit) cùm Benedictus Papa Imperatori Henrico II, *Romam venienti obviam cum maxima virorum, & ſacrorum ordinum multitudine proceſſiſſet ex more, eique hujusmodi inſigne imperii in conſpectu totius Romanæ plebis tradidiſſet, ſuſcipiens illud hilariter, circumſpectoque eo (ut erat vir ſagaciſſimus) dixit. Optime Pater, iſtud facere decreviſti noſtræ portendendo regimen Monarchiæ, qualiter ſe ſe moderari debuerat, cautius perdocuiſti. Deinde manu gerens illud auri pomum ſubjunxit: Nulli melius hoc donum poſſidere congruit: quam illis, qui pompis mundi calcatis crucem expeditius ſequuntur ſalvatoris.* Et protinus illud miſit ad Monaſterium Cluniacenſe. ita *Glaber*. Licet *Benedictus* VIII. *Henrico* II. (ſancto) pomum ſeu globum aureum cruce ornatum obtulerit, Imperatores tamen globo iſto variè uſos fuiſſe ex ſigillis conſtat. Sic ipſum *Henrici* II. Sigillum, quod in tabula V. exhibuimus, pomum absque crucicula præfert, ſaltem nullam ibi videre potuimus; forte vetuſtas & frequentior Sigilli attrectatio cruciculam, formâ minimam delevit. Neque in binis *Friderici I.* Sigillis crucem Pomo impoſitam cernere licet. *Fridericus* II. tamen cruciculam formâ minimam globo ſuperpoſitam præfert. OTTO II. (Ante Benedicti VIII. tempora) pomum cruce ornatum oſtendit. Notanda ſunt verba *Glabri Rodulphi;* dicit enim: pomum, antequam Benedictus VIII. crucigerum Henrico obtuliſſet, *priùs diverſis ſpeciebus fuiſſe figuratum.* *Glaber Rodulphus* vixit Sæculo XI., ejus hiſtoriarum libros V. *Andreas du Cheſne* Tomo IV. *Scriptorum rerum Francicarum* exhibet.

II. Credebam Sigilla Bavarica cuncta me luſtraſſe, ſed denuo alia occurrebant, & cùm ea quid ſingulare àb aliis diverſum refe-

referant, illa adhuc in hac Tabula exhibere ſtatui. Bina iſta Sigilla pertinent ad Henricum *Seniorem* Ducem Bavarie, de quo in tabula XVII, Sigillum quoddam jam oſtenſum fuit. Cùm autem Signum quoddam ſpeciale in priori iſto ſigillo ad Num. CCXL. &c. ſpectante, ſupra *Caput Equi* compareat, quod etiam tribus vexilli Laciniis inditum cernitur, (cujus ſignificatum tamen elucidare nequeo,) ideo illud Curioſitati conſpiciendum præbeo. Alterum ejusdem Henrici *Senioris* Sigillum rurſus à priori diverſum cernitur; licet illud ex litteris pendeat, quæ tantum tribus vel duobus menſibus, quàm priores, poſteriùs exaratæ ſunt. Litteræ, cui ANTECEDENS Sigillum Henrici *Senioris* appenſum eſt, Anno 1232, confectæ fuerunt. Hæ autem (poſteriores) ex quibus iſtud ultimum Henrici *Senioris* Sigillum pendet, Anno 1232. (**do man zalt von Chriſtus Gepurt dreizehen hundert Jar, darnach in dem zway und dreyzzigiſten Jar, an dem achten Tag nach den Weinacht-Tag.**) Cùm ſerius hæ litteræ in manus meas inciderint, illas in ordinem non amplius inſerere potui. Sigillum tamen, cùm in iſta tabula ſupereſſet Locus, exhibendum duxi. In quo obſervandum quòd *Leo* Galeæ clauſæ inſideat, quod in præcedentibus notis (ad Sigilla Bavarica) de Sigillo *Alberti*, Filii Ludovici IV. Bavari ad Tabulam XVIII. obſervandum eſſe indigitavi.

TABULA XXI.

SIGILLA QUORUMDAM COMITUM.

PRIMUM hujus Tabulæ Sigillum *Gebehardum Comitem de Sulzbach* equeſtrem, ſtrictô gladio, umbella munitum, loricâ, apertâ tamen galeâ indutum exhibet. Nullum ibi Equi ornamentum, nullum *inſigne gentilitium* conſpicitur. Inſcriptio ſimplex legitur: ✠ *Sigillum Comitis Gebehardi Sulzbacenſis.* vide de Gebehardo iſto, in *Libro Probationum.* pag. 433. Nota tamen morem Sæculi XII, (litteræ iſtæ ſunt de Anno 1179.) ſcil. *Sigilla Equeſtria:*

Simplicia: absque ornamento: absque injignibus gentilitiis: galeam apertam: Loricam. Cælator hujus Sigilli, per errorem, ſtrictum enſem Gebehardi manui ſiniſtræ indidit.

ALTERUM Sigillum *Ulricum de Abenſperg* Equeſtrem producit. Is galeâ clausâ, umbellâ ſive ſcuto, *inſignibus gentilitiis* ornatô, ſtricto enſe, vexillo ſupra galeam poſito conſpiciendum ſe offert. Litteræ magis antiquæ, ex quibus iſtud Sigillum pendet, ſunt de Anno 1282. ergo Sæculo XIII. *equeſtria* ſigilla, & ſimul *non Equeſtria* viguerunt; ſtatim enim occurret Sigillum *Gebehardi* comitis *de Rotenek*, Litteris de Anno 1262. appenſum, *non Equeſtre*. Ex quo conjicio, quosdam Comites & Nobiles, à Progenitoribus ſuis præ cæteris magis conſpicuos, & potentiâ majores, equeſtria ſigilla diu in uſu habuiſſe, dum alii ſcuta ſolùm *inſignibus gentilitiis* decorata adhibuerunt, quamvis etiam minora Sigilla, non *equeſtria*, (*ſecreta* potius) à Ducibus Bavariæ Sæculo XIII. uſitata ſupra in Tabula XVII. vidimus. Nota eſt *Abmſpergenſium* proſapia, potentia, hujusque ſtirpis ampliſſima poſteritas. At, quid *vexillum* ſupra galeam poſitum hic ſignificet? Notavi ſuprà pag. 40. ex Heinecio, quòd vexillum ſignum fuerit *Juris-Territorialis, ſeu Meri mixtique Imperii.* Addere hîc juvat, quæ in Gloſſario *Du Cange:* verbo: BANNERETI leguntur, quæ ſic ſonant: [*BANNERETI Milites, quos vulgo Chevaliers Bannerets appellamus, viri inter nobiles primarii, qui cum plura ac majora prædia poſſiderent, vaſallos ſuos in prælium ſub vexillo ſuo conducebant, cùm à Rege vel Principe ſubmonebantur: & ut ait Rigordus in vita Philippi Auguſti Ann.* 1214. *qui tantæ erant nobilitatis, ut eorum quilibet vexilli gauderet inſignibus.*] [*De Banneretis multa congeſſit Seldenus in libro de titulis honorar: parte* 2. *cap.* 1. §. 26. *nos etiam integram Diſſertationem dedimus ad Joinvillam, quæ eſt nona &c.*] ibidem. Vide quæ de *Abmſpergenſibus* in diſſertatione de *Advocatia Eccleſiæ S. Emmerami, in Libro Probationum.* pag. 534. 546. dixi. Inſcriptio hujus Abmſpergenſis Sigilli ſimpliciſſima, legitur iſta. *S. Ulrici de Abmſperch.* Incidi in aliud Sigillum Abmſpergenſe in noſtro Archivo cuſtoditum, parvum, ubi nulla Effigies equeſtris, ſed ſcutum Abenſpergenſe *Inſigni Gentilitio* ornatum videtur, ſed hoc poſterius, Priori Ulrici Abmſpergenſis Sigillô Recentius eſt. Nota adhuc, ſcutum in Sigillo Ulrici

Abm-

Abmſperchenſis, eſſe *Triangulare*, qualia pro eo tempore plura occurrunt.

TERTIUM Sigillum *triangulare* ad *Gebehardum* Comitem *de Roteneck* ſpectat. Pendet illud ex litteris Anno 1262. confectis. Obſerva *Inſigne Gentilitium* Comitum de Roteneck in ſcuto expreſſum. Vide, quæ *Hundius* in Libro Genealog. Tom. I. de Comitibus *in Rotenek* ſcribit. item dicta in *Libro Probationum* pag. 234. & 537.

QUARTUM Sigillum à Judicio *Hirsperchenſi* litteris in noſtro Archivo cuſtoditis appenſum eſt; Plures adhuc hoc Sigillô munitæ litteræ, in ſcriniis noſtris adſunt.

QUINTUM (ſeu primum in inferiori tabulæ parte) Sigillum *Wernhardi Comitis de Leonberch* ſcutum triangulare, cum Inſigni Gentilitio *(Leone)* exhibet, hac Epigraphe: ✠ *Sigillum Wernhardi Comitis* (de Leonberch.) Sigillum iſtud Magnum eſt, pendens ex litteris de Anno 1281. Vide, quæ de comitibus in *Leonberch.* pag. 230. & 536. *Libro Probationum*, dixi. Aliud Ejusdem *Wernhardi* Comitis Sigillum, ſed minoris formæ, Eodem tamen *Inſigni Gentilitio* ornatum, in eadem Tabulæ inferiori parte comparet, ad litteras ſub Num. CX. pertinens. Cernitur etiam ibi Sigillum *Hainrici de Leonberch*, quod reliquîs longè minoris formæ eſt.

SIGILLUM *Perngeri Comitis de Leonberch*, (qui in litteris ſub Num. CIX. *in Libro Probationum* adductis præ *Wernhardo* & *Hainrico* nominatur,) diverſum quodam modo eſt à *Wernhardi*, & *Hainrici* Sigillis. Comparet quidem ibi *Leo* in obliquo ſcuto, ſed ſupra ſcutum poſitam videmus galeam clauſam, prominentibûs ex ea cornubus binis, quæ *ſpicas*, *ariſtas* (mea pace flores quis nominet,) prætendunt. Litteras. P. H. ibi poſitas ſecurè declarare neſcio, licet ſub littera P. *Peringerum* indigitari credam. Dubito, an *Freherus*, vel *Meliſſus*, ſi hoc *Perngeri* Comitis Sigillum cum duplici cornu, & ſpicis extenſis &c. vidiſſet, ſigna ea, cornubus ſimillima, (quæ *Leo* in Scuto *Heidelbergenſis* Civitatis præfert,) *Fruticetum Myrtillorum dixiſſet?* nihil enim ad Comitem Peringerum *Fruticetum Myrtillo-*

rum ſpectabat. vide dicta ſupra pag. 44. ad Num. II; Cornua enim ſupra galeas à pluribus adhibita, iisque varia ſigna, ramos, aliaque addita fuiſſe notum eſt.

Denique SIGILLUM VICE DOMINATÛS STRAUBINGÆ ultimo locô *hujus* Tabulæ conſpiciendum eſt. Has litteras, quibus hoc Sigillum cereum rubri coloris appenſum eſt, confecit *Joannes Landgravius in Leuchtenberg, Comes in Hals, Præfectus in inferiori Bavaria.* Sigillum autem vocatur, unſers gnädigen Herrn (Herzogen Albrechts) Viztum Ambts anhangentes Inſigl. *Sigillum Vice Dominatûs Straubingæ.* An hoc Sigillum *cornua*, & *ramulos cum foliis*, de quibus ſupra in explicandis Sigillis Bavaricis mentionem fecimus, & quæ in Sigillis Ducum Bavariæ vidimus, referat? an verò *Joannes Landgravius de Leuchtenberg, Comes de Hals* iisdem ſignis uſus fuerit, determinare nequeo. Forte *Landgravius* his ipſis ſignis in ſuo Sigillo uſus eſt, quod pro impoſito ſibi officio, & dignitate propria, illo tempore *Sigillum Vice Dominatûs* ſimul appellare potuit.

TABULA XXII.

INſignia in hac Tabula expoſita explicantur in *Libro Probationum* pag. 412. &c.

BENEVOLE LECTOR. Errata benignè corrige. Denique ſæpius perpende, hos omnes (unô ſolo exceptô) SUMMOS TERRÆ PRINCIPES, quorum Sigilla conſpicienda exhibui, pridem Mortuos, & in cinerem redactos fuiſſe: ſequemur ſinguli, utinam ad æternam gloriam! quæ certa nos manet, ſi hîc, dum vivimus, ſtudia noſtra, opera noſtra eò dirigamus,

Ut in omnibus Glorificetur DEUS!

S. P. Benedictus in Regula cap. 57.



De Bullis LEONIS. III. vide pag. 9.



pag. 161.



à pag. 163. usqꝫ 172.

à pag. 200. usqꝫ. 206.

à pag. 249. usqꝫ 259



pag. 270.

pag. 342.



pag. 345.

UGENII. II.

pag. 17.



3 174
2. 175.

NICOLAI. I.

pag. 82. 83.



à pag. 179 usq3 183.

Formosi

pag. 82. 91.



pag. 184. 185.

LUCII. II.

pag. 139.

pag. 186. 188. 189. 195.



276.



pag. 282. 284



pag. 293. 307. 309. 312.



pag. 320.

pag. 347.





pag. 368.



GUILL. DE SANCTO LAURENT.
ad pag. 14.

CARDINALIS ANCHERUS.
ad Num. CII. et CIII.
pag. 208. pag. 210.

CARDINALIS
GASPAR CONTAREN9

Ad Num.
CLXXXVIII.
pag. 386.

PETR. PAUL.
LEGATUS

pag. 379.

ad Num
CLXXXIII. et C

: ET ALIORUM
CCLES:

CARDINALIS PILEUS.

ad Num.
CXLI. CXLII.
CXLIII. CXLIV.
pag. 288. 289. pp.

CARDINALIS CAMPEGIUS.

Ad Num. CLXXXI.

pag. 374.

RGERIUS.
APOSTOL:

pag. 381.

XXXIV.

SIGILLA EPISCOP
ET CAPIT

HARTWICUS II.

ad Num. LIX. et CCXXIII.

pag. 153. pag. 431.

LEO EPISCOP.

ad Num. XCII. pag. 197.

CHUNRADUS. II.

ad Num. LXI.
pag. 157.

SIGILLUM S: PETRI.
RATISBONENS: ECCLESIÆ.

ad Num. LXI.
pag. 157.

CHUNRADUS. V.
EPISCOP: RATISBON:

ad Num. CXI.
pag. 285.



EBERHARDUS. ABBAS.

a

KAROLUS ABBAS.

b

c

SIGILLUM CONVENTUS.

e

ALBERTUS ABBAS.

ad Num: CXXIX.
CXXXI. CXXXIII.

pag. 262.

ALTO ABBAS.

d



f

ad Num. CXXIX.
CXXXIII.
pag. 264.
273.

SIGILLA

CAROLI M.

ad Num. I. pag. 1.

LUDOVIC: GERMAN:

ad Num. XI. pag. 36.
Num. XIII. pag. 42.
Num. XIV. pag. 44.
Num. XVI. pag. 49.

LUDOVIC: GERM:

ad Num. XVII. pag. 51.
Num. XIX. pag. 56.

Num. XVIII. pag. 54.
Num. XX. pag. 58.

CAROLOMANNI, FILII
LUDOVICI GERMANICI

ad Num. XXI. pag. 60.
Num. XXII. pag. 63.

CAROLI CRASSI



ad Num. XXIV. pag. 67.

ad Num. XXVI. pag. 73.
Num. XXVII. pag. 75.

LUDOVICI INFANT

ad Num. XXIX. pag. 80.

ad Num. XXXII. pag. 86.

Num. XXXIV. pag. 92.

SIGILLA

CHUONRADUS. I.

ad Num. XXXVII. pag. 100.
Num. XXXIX. pag. 103.
Num. XL. pag. 104.

OTTONIS I. REGIS

ad Num. XLII. pag. 107.
Num. XLIV. pag. 113.

OTTONIS II. IMP

ad Num. XLIX. pag. 124
Num. L. pag. 126.

HENRICI II. IMP.

ad Num. LII. pag. 129.
Num. LIII. pag. 131.
Num. LIV. pag. 134.




FREDERICK

FREDERICK

FREDERIC. I.

ad Num. LVII. pag. 146.

FREDERIC. I.

ad Num. LVIII. pag. 150.

RUDOLF. I.



ad Num. CI. pag. 206.

ADOLFUS

ad Num. CVII. pag. 218.
Num. CVIII. pag. 225.

FRIDERIC: II.

ad Num. LXIV. pag. 162.

ALBERTUS. I.

ad Num. CXVIII. pag. 242.





IOANNES BOHEMIÆ et POLONIÆ REX.

ad Num. CXIX. pag. 243.

LUDOVICUS. IV. BAVARUS.

ad Num. CXX. pag. 245. CXXI. pag. 246. CXXII. pag. 247. CCXXXIV. pag. 445.

LUDOVICUS. IV.



ad Num.

BAVARUS.

KAROLUS IV.



CXXVIII. pag. 260.
CXXX. pag. 265.
CCXXXV. pag. 446.
CCXXXVIII. pag. 451.
CCXLII. pag. 455.

ad Num. CXXXV. pag. 276.

Num. CXXXVI. pag. 278.


MENCESTAUS REX

WENCESLAUS REX.

Ad Num.
CLIV. pag. 316.
CLV. pag. 319.
CLVIII. pag. 324.

SIGISMUNDU

Ad Num.
CLXV. pag. 337.
CLXVI. pag. 340.

RUPERTUS. REX.



GISMUS REX.



Ad Num.
CLIX. pag. 325.
CLX. pag. 327.
CLXI. pag. 329.
CLXII. pag. 330.
CLXIII. pag. 331.
CLXIV. pag. 336.

FRIDER



ad Num
pag

ICUS. III.

ACTOU AOUTA ORACIMILIS SPONSA
PROPHAM QUOLAUIT ALAUS MDCI QUOLAUIT ALAUS

MAXIMILIANUS. I.



ad Num. CLXXIV. pag. 359.
CLXXV. pag. 362.
CLXXVII. pag. 368.
CLXXVIII. pag. 370.

FERDINAN

ad Num.
pag.

CAROLUS. V.

ad Num. CLXXIX. et CLXXX.

pag. 371. pag. 373.



ad Num. CXC. pag. 389.

FERDINANDUS. I.



ad Num. CLXXXV. pag. 383.
ad Num. CLXXXVI. pag. 385.
ad Num. CLXXXVII. pag. 385.



FERDINANDUS. I.

ad Num. CLXXXIX.
pag. 388.



RUDOLPHUS. II.



ad Num. CXCIV. pag. 392.
Num. CXCV. pag. 393.
Num. CXCVI. pag. 394.
Num. CXCVII. pag. 395.
Num. CXCIX. pag. 397.

MAXIMILIANUS. II.

ad Num. CXCI. pag. 390.
CXCII. pag. 391.
CXCIII. pag. 392.

MATHIAS.



ad Num. CC. pag. 398.





FERDINANDUS. II.



ad Num. CCI. pag. 398.
CCII. pag. 399.

IOSEPHUS.

Sigillum FERDINANDI. III.
Idem est ac FERDINANDI. II.
ad Num. CCIII. pag. 400.
CCIV. pag. 400.
CCV. pag. 401.

ad Num. CCXI. pag. 4

LEOPOLDUS.



ad Num. CCVIII. pag. 404.
CCIX. pag. 405.
CCX. pag. 406.





CAROLUS. VI.

CAROLVS·VI·D·G·R·IMP·SEMP·AVG·HISP·ET·HISPAR·REX·ARCHID·AVS·D·BURG·BRAB·MEDIOL·PR·SVEV·CATAL·MAR·S·R·I·COM·HABS·FL·TYR·



ad Num. CCXII. pag. 407.
CCXIII. pag. 407.
CCXIV. pag. 408.


CAROLUS
BOM · MOVIM · IMPERATOR

Aurea
Car

ad Num

BULLA
VI.



CCXV.



CAROLUS . VII.

ad Num. CCXXI.

FRANCISCUS I.



ad Num. CCXXII.

OTTONIS ILLUSTRIS FILII.

ad Num. CV. pag. 216.

LUDOVICI SEVERI FILII TRES LUDOVICUS.

LUDOWICUS SEVERUS.

ad Num. pag.

et Num. CCXXVIII. pag. 438.

et

HENRICUS.

Henrici Filios, et Nepotes sequens exhibebit tabula.

ad Num. pag. CCXXVII. 437.

XV. 3.

RUDOLPHUS.



ad Num. CXVI. pag. 239.

Num. CCXXXI. pag. 443.

ac LUDOVICUS *IV. postea* IMPERATOR.

ad Num. CCXXXVII. pag. 451.
ad Num. CCXXXIX. pag. 453.

VALDOLEZ
PARIS

HENRICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS
HENRICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS
OTTO

OTTO REX HUNGARIÆ

ad Num.
CCXXXII.
pag. 444.

IDEM OTTO.

ad pag. 229.
439.
442.



OTTO Filius

HEINRICUS Senior
Filius STEPHANI
Superioris Ducis
ad Num.
CCXXXIII.
pag.
445.

hi duo sunt
Fratres.

ad Num
pa

LUDOVICUS.

ad pag. 229.
pag. 442.

STEPHANUS.

ad pag. 229.
pag. 442.

IDEM STEPHANUS.

a

Stephani Ducis.

ad Num. CCXXXIII.
pag. 445.

HEINRICUS IUNIOR
Filius Ottonis
Ducis, et Regis Hungariæ.

CCXXXIII.
. 445.

ad Num. CCXXXIII.
pag. 445.

Filii Ludovici IV. Bavari imperatoris.

Ludovicus Brandenb:

ad Num. CCXLIII. CCXLIV. CCXLV. pag. 456.

Stephanus Fibulatus.

ad Num. CCXLVI. CCXLVII. CCXLVIII. pag. 459.

Albertus.

ad Num. CCXLIX. pag. 463.

Stephani Fibulati Filii.

Stephanus II.

ad Num. pag. CCLIII. 467.

Fridericus. Friderici Filius

Henricus Dives

ad Num. CCLVII. pag. 470.

Ioannes

Ludovicus Dives.

Henrici Divitis Filius

ad Num. CCLIX. pag. 473.

Ludovici Divitis Filius Georgius

ad Num. CCLXV

DEM.

ad Num. CCLII. pag. 467.

ONACENSIS.

ad Num. CCLI. CCLIV. pag. 466. 468.

IVES.

I. pag. 483.

IOANNIS MONACENSIS DUCIS FILII.

ERNESTUS.

ad Num. CCLV.

WILHELMUS.



ad Num. CCLV. pag. 468.

ERNESTI DUCIS BAVARIÆ FILIUS

ALBERTUS III. PROBUS.

ad Num. CCLVI. pag. 469.

ad Num. CCLVIII. pag. 471.







IOANNES.

ad Num.
CCLX.
CCLXI.
CCLXII.

pag. 474.

SIGISMUNDUS.

pag. 474.

ALBERTI IV. DUCIS FILII.

WILHELMUS IV.

ad Num. CCLXXII.

et

ad Num. CCLXXIII
CCLXXV.
pag. 491. 494.

LUDOVICUS.

ad Num. CCLXXIV.
pag. 493.

WILHELMI IV. FILIUS

ad Num.
CCLXXVIII.
pag. 502.

ALBERTUS V. MAGNANIMUS.

ad Num.
CCLXXIX.
pag. 503.

BAVARIÆ FILII.

ALBERTUS. IV.

ad Num. CCLXIII.
pag. 477.

ad Num. CCLXIV.
CCLXVI.
CCLXVII.
pag. 478.
481 ss

WOLFGANGUS.

ad Num.
CCLXIX.
CCLXX.
CCLXXI.
pag. 483. ss

ALBERTI V. FILII.

ERNESTUS.



pag. 495.

ad Num.
CCLXXVI.

WILHELMUS V.

FERDINANDUS.

ad Num. CCLXXX. pag. 506.

BIBLIOTECA CENTRALE



WILHELMUS V.

ad Num.
CCLXXXI.
pag. 507.

WILHELMI. V.
FILIUS MAXIMILIANI

ad Num.
CCLXXXII.
pag. 508.

SIGILLUM
HENRICI SENIORIS
Henrici, Fratris
Ludovici severi
ex
Stephano
Nepotis.

ad
Num.
CCXL.
CCXLI.
pag. 454.

Idem HENRICUS.



Maximiliani. I. Filius
Ferdinandus Maria

ad Num. CCLXXXIV. pag. 512.

Secretum Consilii Aulici.





ad Num. CCLXXXIII. pag. 510.

Fridericus dux
Comes Palatinus.

ad Num. CCLXXVII. pag. 499.

Ferdinandi Maria Filius
Maximilianus Emanuel.

ad Num. CCLXXXV. pag. 513.



FERDINAND COMTE DE SOLMS



HENRI COMTE DE HOHENLOHE

GEBEHARDUS COMES DE SULTZBACH.

ad Num. CCXXIV.

ULRICUS DE ABMSPER

ad Num.

CIV. CIX.

CX.

CXIII.

CXV

WERNHARD COMES DE LEONBERCH.



ad Num. CCXXVI.

PERNGERUS COMES DE LEONB

ad Num. CIX. et CCXXX.

E ABNCRG.

Num.

CXII.

CXIV.

CCXXXVI.

GEBEHARDUS DE ROTENEK.

ad Num. CXI.

SIGILLUM IUDICII PROVINCIALIS. COMICIE IN HIRSPERCH

ad Num. CCLXV.

HAINRIC. DE LEONBERCH.

ad Num. CX.

BERCH.



WERNHARD COMES DE LEONBERCH.

ad Num. CX.

SIGILLUM VICE DOMINATUS. STRAUBINGÆ.

COMES DE HALS.

ad Num. CCL.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Vogl, Coelestin,

Ratisbona Monastica. Clösterliches Regenspurg ... Oder Mausoloeum, Herrliches Grab Des Bayrischen Apostels und Blut-Zeugens S. Emmerami Nebst der Histori von Ursprung [et]c. dises Closters und Fürstlichen Stiffts [et]c. mit verschidenen Begebenheiten, so sich biß 1650. dann in und um
Bd.: [2]

Regenspurg 1752

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/Rat.ep.479
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11115847-8
VD18 80451411